ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXXXV - SERIES II - VOL. XX

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC • LII1

USI:

AN. ET VOL. XXXXV 16 IANUARII 1958 (SER. II, t. XX). - N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

EPISTULA ENCYCLICA

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS ORIENTALIUM ECCLESIARUM, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES,

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Orientales Ecclesias, quae Ss. Patrum praeclara doctrina fulgeant, et quae antiquissima recentior eque aetate ac nostra profuso martyrum purpurantur sanguine, peculiarissimo modo Nobis cordi esse nemo est qui ignoret. Etenim, vixdum fuimus, nullis Nostris meritis, arcano Dei consilio ad Apostolorum Principis Cathedram evecti, mentem animumque Nostrum ad vos convertimus, et ad eos etiam, qui « extra catholicae Ecclesiae saepta versantur », [1] quique vehementer cupimus ut ad communis Patris ovile, quasi ad avitam domum, quam primum redire velint.[2] Alia paternae benevolentiae Nostrae testimonia per Pontificatus Nostri decursum vobis praebuimus. Nostis siquidem alterum Nos e sacris Antistitibus vestris, Armenorum nempe

[1] Cfr. *Nuntius radiophonicus e sacello Sixtino datus d. III Martii a. MC MXXXIX; A. A.* S., a. XXXI, ser. II, vol. VI, p: 86.

[3] Cfr. Litt. Enc. *Summi Pontificatus; A. A. S.*, a. XXXI, ser. II, yol. VI, pp. 418-419; et Litt, Enc. *Mystici Corporis; A. A. S.*, an. XXXV, ser. II, vol. X, pp. 242-243,

Ciliciae Patriarcham, Romanae purpurae dignitate decorasse; ac Iuris Canonici leges, ad vos quod attinet, in unum corpus redigendas curare; quod quidem gravissimi momenti opus iam est ex parte ad effectum deductum. Sed haud necesse est haec fusius commemorare vobis, quibus procul dubio res est apprime cognita; ac ceteroquin hac Nostra agendi ratione Decessorum Nostrorum vestigiis institimus,[3] qui inde a christianae aetatis exordio non modo singulari caritate maiores vestros prosecuti sunt, sed etiam, quotiescumque eos viderunt vel haereticorum insidiis perturbâtes, vel hostium insectationibus vexatos ac terri tos, eis pro facultate suppetias venire sollemne habuere. Itaque, Apostolica interposita auctoritate, quae a Divino Redemptore fuit Apostolorum Principi eiusque Successoribus demandata, in Conciliis Nicaeno I et II, Constantinopolitano I, II et III, Ephesino ac Chalcedonensi, catholicae doctrinae integritatem iidem lutati sunt; et cum lamentabile discidium Orientales Ecclesias magna ex parte a Romano Pontifice seiunxit, non tantum illud in Concilio Constantinopolitano IV per suos Legatos reprobarunt, sed effecerunt etiam pro viribus ut res feliciter in commune bonum componeretur; quod quidem, post tot laudabiles difficilesque nisus, in Florentino Concilio actum ratamque fuit, etsi contra bonorum omnium vota, postea non fuit ad rem deductum. Cum vero orientales regiones a novis irruentibus populis invaderentur, ac sacra etiam Palaestinae loca, quae divino Iesu Christi sanguine consecrata fuere, pervastarentur, tum etiam Romani Pontifices, christianos ad tantum defensionis religionisque opus excitarunt Principes. Neque hoc Decessorum Nostrorum erga vestrates sollicitudinis benevolentiaeque studium recentiore aetate remisit, vel defuit; quin immo videtur potius in dies impensius exarsisse. Ad vos, ut probe nostis, non pauci missi sunt, qui catholicam illustrarent doctrinam, suaderentque omnibus ut ad optatissimam unitatem fidei ac regiminis redire vellent: heic vero, apud Beati Petri Sedem, Sacrum Consilium constitutum fuit, seu ut aiunt Sacra Congregatio, cuius esset Orientalium Ecclesiarum negotiis, rationibus, ritibus

[3] **Cfr. Litt. Enc.** ***Rerum orientalium; A. A. 8.,*** **an. XX, vol. XX, p. 277 sq.**

prospicere ac consulere; itemque Orientalium studiorum Institutum, quod, data òpera diligenter, rectam vestrarum rerum cognitionem foveret ac proveheret.

Sed in praesens, proh dolor, aliud est, quod curam sollicitudinemque postulat Nostram. Etenim in regiones non paucas, in quibus Orientales Ritus potissimum vigent, nova maiorum procella ingrtiit, quae quidem florentes Christianorum communitates subvertere, vastare ac misere restinguere conatur. Si superiorum saeculorum decursu aliquod catholicae doctrinae caput oppugnabatur, hodie, ut videtis, ultra temere progreditur; ac sacra omnia iura, instituta, leges, immo etiam quidquid divinum est et ad divina refertur, haec omnia, veluti fabulosum aliquid et infaustum e publica civium consortione, e domestico convictu, ex athenaeis, e scholis, e populi denique vita ut reiciantur contenditur.

Quemadmodum igitur gravior est calamitatum congeries, quae lectissimam christianae gentis partem offendit, ita impensior est, Venerabiles Fratres, benevolentia erga vos Nostra, incensius est caritatis studium, quo vos omnes paterno animo amplectimur.

Imprimisque cupimus vobis luculentissime patefacere Nos dolores luctusque vestros utpote Nostros habere; ac nihil magis excupere quam ut aegritudines vestras aliquo modo lenire ac mulcere possimus, Nostra praesertim interposita christianorumque omnium deprecatione pro iis omnibus ad Deum admota, qui ob catholicam religionem eiusque sacra iura, ut oportet, defensa, misere vexantur.

Novimus plurimos esse in orientalibus plagis christifideles, qui lugent hodie profusis lacrimis, cum suos cernant sacrorum Antistites vel enecatos, vel dispersos, vel ita praepeditos, ut libere nequeant suos greges alioqui, eosque, ut oportet, auctoritate sua moderari; cum non pauca e suis templis videant ad alios usus destinata, vel squalore silere; cum noscant iam ex iisdem non posse supplicantium voces, pulcherrimae liturgiae vestrae normis rationibusque concinnatas, ad Caelum extolli, ut inde supernarum gratiarum imbres demittantur ad mentes

erigendas, ad solandos ánimos, et ad tantorum maiorum cumulo medendum.

Novimus multos e vestratibus vel in carceribus, vel in publicae custodiae campis esse detentos, vel, si domi degant, sacrosanctis illis iuribus perfrui non posse, quae ad eos pertinent, ut religionem nempe non modo in suo cuiusque conscientiae sacrario profiteantur, sed in domestico etiam convictu ad subolem rite educandam, sed in scholis quoque ad discipulos recte conformatos, aperte doceant, tueantur, praedicent.

At novimus etiam Orientalium Ecclesiarum filios, quasi fraterno foedere cum Latini Ritus christifidelibus consociatos, et harum insectationum fortiter una simul perpeti luctus, et pari modo una simul participare martyrium, participare triumphos, participare gloriam. Strenuo siquidem animo suam fidem retinent; christiani nominis hostibus eadem invicta firmitate obsistant, qua olim obstitere maiores vestri; preces supplicationesque si non publice, privatim saltem ad Caelum erigunt; in arctissima cum Romano Pontifice et cum peculiaribus cuiusque suis Pastoribus coniunctione fideliter persistant; itemque Beatam Virginem Mariam caelestium ac terrestrium omnium Reginam amantissimam ac poten tissimam, cuius Immaculato Cordi eos singulos universos consecravimus, colere, deprecari atque amare impensissimo. Atqui haec omnia auspicium profecto sunt futurae tutissimaeque victoriae; illius dicimus victoriae, quae non ex hominum invicem dimincatium cruore oritur, non efíreno terreni dominatus studio alitur, sed aequa legitimaque animorum libertate solidatur; sed iustitia civibus, populis, gentibus non nomine tenus, at re quoque attributa; sed pace fraternaque caritate, quae omnes amicitiae vinculis coniungat; sed religione potissimum, quae mores recto ordine componat, quae privatas cupiditates temperet easque iubeat communi bono inservire, quae mentes ad caelestia erigat, quae denique sit civilis consortionis omniumque concordiae altrix.

Haec quidem in votis habemus; sed interea nuntii, qui ad Nos afferuntur, eiusmodi sunt ut dolorem maeroremque Nostrum exacuant atque exacerbent. Interdiu noctuque ad eos mentem

animumque Nostrum paterna sollicitudine convertimus, quos ex divino mandato pascere iubemur,[4] quosque non ignoramus alicubi tam indigne haberi, ut ob catholicam fidem, quam mordicus retinent, calumniis afficiantur, ac legitimis priventur iuribus, iis etiam interdum, quae cum humanae naturae insita sint, si vi, si metu, si alia arte eripiantur, eiusdem humanae naturae dignitas depressa ac laesa evadat.

In quibus tristissimis perlatis nuntiis, ille recens non modo Nos, non modo christianos omnes, sed quotquot etiam sunt debitae civibus libertatis dignitatisque cultores, summo perculsit dolore : in Bulgaria nempe, ubi parva sed florens vigebat catholicorum communitas, aspéra procella tristes parit Ecclesiae luctus. Usitatis videlicet incusationibus adhibitis, Dei administri, veluti publici criminis rei, insimulati sunt; in quibus Venerabilis Frater Eugenius Bossilkofí, Episcopus Nicopolitanus, capitalis poenae damnatus est, unaque cum eo sacerdotes tres, apostolici eius laboris socii. Alii praeterea non pauci vel in carcerem iam detrusi sunt, vel publica praepediti custodia, quibus catholicorum virorum agmen adiungitur, qui quidem variis mulctantur poenis, atque adeo eadem palma, eodemque honore decorantur. Rem Nos, pro officii Nostri conscientia, cui deesse non possumus, conquerimur, dum illatam Ecclesiae iniuriam universo christiano nomini denuntiamus. Ii enim idcirco quod catholicam religionem non modo profitentur, sed aperte quoque strenueque tutari enisi sunt, utpote rei publicae infensi habiti sunt, cum contra nemini cedant in patria caritate, nemini in publica potestate observanda, nemini denique in editis legibus obtemperando, dummodo eaedem aliquid non imperent, quod naturalibus, divinis, ecclesiasticisve iuribus repugnet.

Quod autem in Bulgaria recentioribus praesertim temporibus evenit, id iam diu in aliis gentibus, in quibus orientalis ritus Ecclesia vigescit, misere contingit; in Romenorum nempe, in Ukrainorum, et in aliis quoque gentibus. Ad primam gentem quod attinet, datis iam superiore mense Martio Apostolicis Litteris,[5] tot luctus, quibus ritus vestri christifideles una cum La-

[4] Cfr. IOAN., XXI, 15-17.

[5] Cfr. *A. A. S.,* an. XXXXIV, ser. II, vol. XIX, p. 249 sq.

tinis afñictantur, vehementer conquesti sumus, ac paterno eos omnes sumus animo adhortati, ut invicta ea, qua praestant, firmitate in avita, religione perstent.

In praesens autem ad alium populum Nobis sane carissimum, mentem animumque maerentes convertimus Nostrum; ad Ukr ai - num nempe populum, apud quem haud pauci sunt christifideles, qui Romam summo desiderio impensoque amore respiciunt, atque hanc Apostolicam Sedem veluti christianae religionis caput reverentur christianaeque veritatis magistram ex Iesu Christi mandato falli nesciam.[6] Ii tamen, quod vehementi dolore accepimus, haud minoribus insectationibus vexantur, haud minus acerba rerum condicione iam diu utuntur, quam ceterae gentes, quarum vobis mentionem, Venerabiles Fratres, per has litteras fecimus.

Peculiari autem modo eos orientalis ritus Episcopos commemorare volumus, qui inter primos, defendendae religionis causa, aerumnas, luctus, iniurias tolerarunt; quique in Kioviensem urbem translati, ibi, instituta causa, variis poenis damnati fuere; in Kioviensem urbem dicimus, unde olim per illas omnes regiones christianae doctrinae lumen eluxit, christianique nominis cultus propagatus fuit. Horum nonnulli gloriosam iam mortem oppetiere ; atque adeo, ut sperare licet, e supernae, qua fruuntur, beatitatis sede suos filios suosque pacifici certaminis sodales amantissime respiciunt, eisque a Deo validissimam impetrant tutelam.

Praeterea, eos latini orientalisque ritus christifideles silentio praeterire non possumus, qui e suis regionibus e domesticisque laribus pulsi et in longinquas ignotasque terras deportati, suos ibi legitimos non habent sacrorum administros, qui eos solentur, adiuvent, moderentur, quique eis superna religionis adiumenta praebeant.

Haec omnia tam acerrimo Nos maerore afficiunt, ut lacrimas cohibere non possimus; dum ciernentissimum Deum ac misericordiarum Patrem adprecamur, ut benigne velit eorum mentes divina sua luce collustrare, e quibus tam misera condicio pen-

[6] Cfr. MATTH., XVI, 18-19; IOAN., XI, 15-17; Luc, XXII, 32.

det; ac velit etiam quam primum tot maiorum cumulo finem imponere.

Attamen, Venerabiles Fratres, in tot tantisque luctibus, ob quos Noster ac vester animus doloribus perfunditur, est cur aliquid solacii ex acceptis nuntiis hauriamus. Etenim perspectum Nobis est eos, qui in lamentabile hoc discrimen adducti sunt, in sua perstare virtute, ea quidem intrepida constantia, quae Nobis, quae bonis omnibus admirationem permoveat. Habeant igitur iidem omnes a Nobis paternae laudis praeconium, quod eorum firmitatem augeat ac magis magisque corroboret; atque etiam certissimum habeant Nos, utpote communem Patrem, quem « sollicitudo omnium Ecclesiarum » [7] tenet ac « caritas... Christi urget »,[8] ad Deum incensa cotidie fundere vota, ut quam primum Iesu Christi Regnum, quod pacem animis, pacem populis, pacem gentibus afferat, apud omnes triumphet.

Ante aerumnosum eiusmodi maiorum spectaculum - quibus non tantum Nostri e laicorum ordine filii sed ii potissimum, qui ad sacerdotalem fuere dignitatem evecti, ea de causa conflictati sunt, ut illud eveniat, quod in Sacris Litteris legitur: « Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis » [9] - facere non possumus quin in omnium mentem revocemus, per saeculorum decursum, non modo apud excultas, sed apud barbaras etiam gentes, religionis administros utpote inter Caelum hominesque conciliatores debita observantia venerationeque habitos esse. Cum vero Divinus Redemptor, fugatis errorum tenebris, caelestem nos edocuit veritatem, suumque benignissime voluit nos aeternum participare sacerdotium, tum hoc observantiae venerationisque studium summopere increbuit; atque adeo Episcopi et sacerdotes ut patres amantissimi habiti sunt, qui nihil aliud quaererent, nisi commune demandati populi bonum.

Verumtamen Divinus ipse Redemptor dixerat: « Non est discipulus supra magistrum »;[10] « si me persecuti sunt, et vos persequentur », « beati estis, cum maledixerint vobis et perse-

[7] ¿7 *Cor.*, XI, 28.
[8] Ibid., V, 14.
[9] MATTH., XXVI, 31; cfr. MARC, XIV, 27; ZACH., XIII, 7.
[10] MATTH., X, 2i.

cuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversus vos, mentientes, propter me; gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis

Haud miremur igitur, si nostra hac aetate, magis fortasse quam elapsis iam saeculis, Iesu Christi Ecclesia ac praesertim sacrorum administri vexationibus, mendaciis, calumniis, omneque genus miseriis ac iacturis divexantur; sed in eo potius tutissimam spem nostram reponamus, qui, si haec adventura mala iam praedixerat, hisce tamen verbis nos praemonitos voluit: <(In mundo pressuram habetis; sed confìdite, ego vici mundum »."

Longe igitur absit, Venerabiles Fratres, ut animo concidatis. Quemadmodum maiores vestri tot difficultates, insidias, pericula, strenua voluntate ad martyrium usque decertando, in vieti superarunt, ita vos ex Orientalium Rituum Ecclesiis, una cum Latini Ritus christifidelibus arctissime coniuncti, caelestium gratiarum auxilio innixi, nihil timeatis. Ac pro eis potissimum qui in graviore rerum discrimine versantur, supernam opem, communibus ad Dominum et amantissimam eius Matrem admotis precibus, supplici animo contendite, ut qui tam acriter hodie acerrimeque periclitantur, christiana fortitudine roborentur, utque tandem aliquando ab omnibus intellegatur, quod ceteroquin luce clarius refulget, « arma militiae nostrae non carnalia esse, sed potentia Deo » ;[13] atque adeo Catholicam Ecclesiam non terrenarum rerum potentatum, sed aeternam animorum salutem quaerere ; non publicae rei moderatoribus insidiari, sed per impertita Evangelii praecepta, quae ad optimos civium conformandos mores pertinent, humanae quoque consortioni tutiora praebere fundamenta, Si igitur eadem divinitus sibi debita polleat libertate, suamque vim publice elicere possit, navitatemque suam palam in populum edere queat, multum profecto conferet ad commune provehendum bonum, ad civium ordines, auspice iustitia concordiaque altrice, mutuo inter se conciliandos, et ad gentes universas ad eam sinceri nominis pacem tranquillitatem-

[11] MATTH., V, 11-12.

[12] IOAN., XVI, 33.

[13] 77 *Cor.,* X, 4.

que adducendis, quae ut in omnium votis est, ita in omnium esse debet voluntatibus.

Quam ad rem optatissimam impetrandam, cupimus, Venerabiles Fratres, ut publicas supplicationes indicatis, efficiatisque adhortationibus vestris ut greges curis vestris commissi hisce precibus paenitentiae quoque opera coniungant ad propitiandam, tot tantisque iniuriis offensisque laesam, divinam maiestatem. Haec Sacrarum Litterarum verba meminerint omnes : « Orate pro persequentibus et calumniatibus vos » ;[14] « Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra ».[15] Oportet siquidem Divini Eedemptoris exemplum imitari, qui acerbis affectus doloribus e cruce pendens clamavit: «Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt».[16] Sed oportet etiam adimplere ea, quae desunt passionum Christi, in carne nostra, pro corpore eius, quod est Ecclesia;[17] quamobrem pro afflictis filiis ac fratribus non modo preces debemus ad Deum adhibere nostras, sed nostros etiam angores, ac nostras quoque voluntarie susceptas afflictationes atque aerumnas libenter offerre.

Si non possumus, ad innumeras eas hominum multitudines quod attinet, qui in regionibus illis infirmitates, dolores maeroresque patiuntur, vel in vincula coniecti sunt, illam Iesu Christi sententiam ad rem deducere: « Infirmus [eram], et visitastis me; in carcere eram et venistis ad me;[18] possumus tamen aliquo modo id ipsum efficere: hoc est nostris supplicationibus nostrisque paenitentiae actibus impetrare, ut benignissimus Deus ad hos maerentes fratres filiosque Nostros velit solatores suos angelos mittere, itemque uberrima eis velit caelestia sua munera concedere, quae eorum animos recréent, confirment, roborent et ad superna erigant.

Peculiari autem modo exoptamus ut sacrorum omnes administri, qui cotidie possunt Eucharisticum offerre Sacrificium,

[14] MATTH., V, 44.
[15] *I Cor.*, XII, 25-26.
[16] Luc, XXXIII, 34.
[17] Cfr. *Coloss.*, I, 24.
[18] MATTH., XXV, 36.

eorum Episcoporum ac sacerdotum supplices recordentur, qui, longe a propriis templis a propriisque gregibus, facultate carent ad altare, sacrificandi causa, accedendi, divinoque illo se suosque pascendi pabulo, ex quo quidem animi nostri suavitatem hauriunt, quae omne desiderium exsuperat, eamque percipiunt fortitudinem, quae parit victoriam. Hoc ipsum christifideles fraterno foedere consociati faciant, qui eamdem mensam idemque sacrificium participant; ita quidem ut undique terrarum ac ritibus omnibus, quibus Catholica decoratur Ecclesia, unanimes ad Deum ad eiusque almam Genetricem adprecantium voces admoveantur, quibus pro afflictis horum christianorum communitatibus divina impetretur misericordia.

Cum proximo Ianuario mense publicae multis locis supplicationes in octavum diem ea de causa haberi soleant, ut ii quam primum, qui ab Ecclesiae unitate seiuncti sunt, ad unum redeant ovile, opportunum Nobis videtur illis praesertim diebus impensas ab omnibus ad Deum adhiberi preces, non modo ut quam citissime divini Redemptoris votum ad effectum deducatur: « Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum sicui et nos »; [19] sed ut etiam carceres aperiantur ac dissolvantur vincula, quibus tam plurimi hodie, idcirco quod religionis instituta ac iura invicto animo defendere ac tueri enisi sunt, misere aiflictantur; ac christiana veritas, iustitia, concordia et pax, quae singulorum universorumque suprema bona sunt, ubique gentium triumphent.

Quarum laetissimarum rerum auspex esto, paternaeque benevolentiae Nostrae pignus, Apostolica Benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres, ac gregibus vestrae cuiusque curae commissis, iisque peculiari modo, qui iniustis condicionibus vexantur, effusa caritate impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xv mensis Decembris, anno MDCCCCLII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII

" IOAN., XVII, 11.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE DISCIPLINA SERVANDA QUOAD IEIUNIUM EUCHARISTICUM

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christus Dominus, « in qua nocte tradebatur»,[1] cum postrema vice veteris Legis celebravit Pascha, coena facta,[2] accepit panem, et gratias agens fregi t, deditque discipulis suis dicens: « Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur»;[3] itemque calicem eis porrexit asseverans: «Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur »,* «Hoc facite in meam commemorationem ».[5] Quibus ex Sacrarum Litterarum locis omnino patet Divinum Redemptorem ultimae huic paschali celebrationi, in qua agnus ex Hebraeorum ritibus manducabatur, voluisse substituere novum Pascha, ad saeculorum usque obitum permansurum, esum videlicet immaculati Agni, immolandi pro mundi vita, ita ut novum Pascha novae Legis Phase vetus terminaret, et umbram fugaret veritas.[6]

Quandoquidem autem utriusque coenae eiusmodi coniunctio idcirco habita fuit, ut ex antiquo Paschate ad novum significaretur transitus, facile perspici potest cur Ecclesia, in Eucharistico Sacrificio ex Divini Redemptoris iussu in eius commemorationem renovando, a veteris agapes more discedere potuerit, et Eucharisticum ieiunium in usum inducere.

Etenim inde ab antiquissima aetate consuetudo invaluit

[1] *I Cor.* XI, 23.
[3] Cfr. Luc, XXII, 20.
[3] *I Cor.*, XI, 24.
* MATTH., XXVI, 28.
« Cfr. *I Cor.*, XI, 24-25.
• Cfr. hymn. *Lauda Sion* (Missale Rom.).

Eucharistiam christifidelibus ieiunis administrandi.[7] Saeculo autem exeunte quarto iam in variis Conciliis ieiunium iis praecipiebatur, qui Eucharisticum celebraturi essent Sacrificium. Itaque anno CCCLXXXXIII Hipponense Concilium haec decrevit: « Sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur »;[8] quod praeceptum paulo post, hoc est anno CCCLXXXXVII, ex Carthaginensi Concilio III iisdem verbis edebatur;[9] ac saeculo ineunte quinto haec consuetudo satis communis et immemorabilis dici potest; quamobrem S. Augustinus affirmat sanctissimam Eucharistiam a ieiunis semper accipi itemque per universum orbem morem istum servari.[10]

Procul dubio haec agendi ratio gravissimis innitebatur causis, in quibus ea ante omnia memorari potest, quam Apostolus gentium lamentatur, cum de fraterna christianorum agape agit.[11] Etenim cibo potuque se abstinere cum summa illa reverentia congruit, quam supremae Iesu Christi maiestati debemus, cum eum Eucharisticis delitescentem velis sumpturi sumus. Ac praeterea, dum, ante quodlibet alimentum, eius pretiosissimo Corpore ac Sanguine vescimur, luculenter demonstramus illud esse primum ac summum nutrimentum, quo animus alatur noster eiusque augeatur sanctitas. Quapropter idem Augustinus haec monet: « Placuit Spiritui Sancto ut in honorem tanti Sacramenti in os christiani prius Dominicum Corpus intraret, quam ceteri cibi ».[12]

Neque debitum solummodo honoris munus hoc ieiunium Divino tribuit Redemptori, sed pietatem etiam fovet; ideoque ad salubérrimos illos sanctitatis fructus augendos conferre potest, quos bonorum omnium fons et auctor Christus a nobis, gratia ditatis, elici postulat.

Nemo ceteroquin est, qui experiundo non agnoscat ex ipsis

[7] Cfr. BEN. XIV, *De Syn. Dioec,* 1. 6, c. 8, n. 10.

[8] Conc. Hipp., can. 28: MANSI, III, 923.

[8] Conc. Carth. III, cap. 29: MANSI, III, 885.

" Cfr. S. AUGUST., *Ep. LIV ad Ian.,* cap. 6: MIGNE, *PL,* XXXIII, 203.

[11] Cfr. / *Cor..* XI, *21* sq.

[12] S. AUGUST., L C

humanae naturae legibus contingere ut, cum corpus cibo oneratum non sit, mens erigatur agilior, atque impensiore moveatur virtute ad arcanum illud excelsumque meditandum mysterium, quod in animo, tamquam in templo, agitur, divinam adaugens caritatem.

Quanta cura Ecclesia Eucharisticum ieiunium servandum curaverit ex eo etiam erui potest, quod illud, gravibus quoque poenis violatoribus impositis, imperavit. Etenim Concilium Toletanum VII, anno DCXXXXVI, excommunicationem ei comminatum est, qui non ieiunus sacris fuisset operatus;[13] anno autem DLXXII Concilium Bracarense III,[14] et anno DLXXXV Concilium Matisconense II[15] iam decreverant eum, qui huius rei evasisset reus, de sui muneris honorisque sede deponendum esse.

Attamen, volventibus saeculis, illud quoque diligenter consideratum est, interdum nempe esse opportunum, ob peculiaria rerum adiuncta, hanc ieiunii legem, ad christifideles quod attinet, aliquatenus relaxare. Quam ad rem Constantiae Concilium, anno MCCCCXV, dum eiusmodi sacrosanctam legem confirmat, addit quoque quoddam temperamentum: « ... sacrorum canonum auctoritas, laudabilis et approbata consuetudo Ecclesiae servavit et servat, quod huiusmodi sacramentum non debet confici post coenam, neque a fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis a iure vel Ecclesia concesso vel admisso ».[16]

Placuit haec in memoriam ea de causa reducere, ut omnes perspectum habeant Nos, quamvis novae temporum rerumque condiciones suadeant ut non paucas facultates ac venias hac in re concedamus, velle tamen per Apostolicas has Litteras summam huius legis consuetudinisque vim confirmare ad Eucharisticum quod attinet ieiunium; ac velle etiam eos admonere, qui eidem legi obtemperare queant, ut id facere pergant

[13] **Conc. Tolet. VII, cap. 2: MANSI, X, 76S.**

[14] **Conc. Bracar. III, can. 10: MANSI, IX, 841.**

[15] **Conc. Matiscon. II, can 6: MANSI, IX, 952.**

[16] **Conc. Constant., sess. XIII: MANSI, XXVII, 727.**

diligenter, ita quidem ut ii solummodo, qui in necessitate versentur, hisce concessionibus frui possint secundum eiusdem necessitatis rationes.

Suavissimo Nos solacio afficimur — quod libet heic, etsi breviter, declarare — cum pietatem cernimus erga Augustum altaris Sacramentum cotidie magis increbrescere non modo in christifidelium animis, sed ad divini cultus etiam splendorem quod pertinet, qui ex publicis populorum manifestationibus saepenumero emicat. Quam ad rem haud parum procul dubio contulere sollicitae Summorum Pontificum curae, ac praesertim Beati Pii X, qui quidem, ad priscam Ecclesiae consuetudinem renovandam omnes advocans, eos adhortatus est, ut quam creberrime, immo cotidie si possent, ad Angelorum mensam accederent;[17] ac parvulos quoque ad caeleste hoc pabulum invitans, sapienti consilio statuit praeceptum sacrae Confessionis sacraeque Communionis ad eos singulos universos spectare, qui iam ad rationis usum pervenissent;[18] quod etiam in iuris canonici Codice sancitum est.[19] Hisce Summorum Pontificum curis christifideles ultro libenterque respondentes, ad sacram Synaxim frequentiores usque accessere. Atque utinam haec caelestis Panis fames divinique Sanguinis sitis in omnibus cuiusvis aetatis hominibus in omnibusque civium ordinibus exardescant!

Animadvertendum tamen est ea quibus vivimus tempora eorumque peculiares condiciones multa in societatis usum in communisque vitae actionem induxisse, ex quibus graves difficultates oriantur, quae possint homines a divinis participandis mysteriis abstrahere, si Eucharistici ieiunii legi eo prorsus modo ab omnibus obtemperandum sit, quo ad praesens usque tempus obtemperandum erat.

Imprimisque patet omnibus clerum hodie ingravescentibus

[17] **S. Congr. Concilii, Decretum *Sacra Tridentina Synodus,* d. d. xx mensis Decembris, an. MCMV: *Acta S. Sedis,* XXXVIII, 400 sq.**

[18] **S. Congr. de Sacramentis, Decretum *Quam singulari,* d. d. VIII mensis Augusti, an. MCMX: *Acta Ap. Sedis,* II, p. 577 sq.**

[19] **C. I. C, can. 863; cfr. can. 854, § 5.**

christianorum necessitatibus numero imparem esse; qui quidem festis praesertim diebus nimium saepe laborem tolerare debet, cum serius Eucharisticum Sacrificium ac non raro etiam bis vel ter celebrare debeat, cumque interdum officio quoque teneatur longinquum faciendi iter, ut sacra ne desint haud parvis sui gregis partibus. Enervantes eiusmodi apostolici labores sacerdotum valetudinem procul dubio debilitant; idque eo vel magis quod non modo Missae litandae cum Evangelii explicatione, itemque sacris Confessionibus audiendis, catechesi impertiendae, ceterisque sui muneris partibus increscenti studio increscentique opera vacare debent, sed iis etiam rationibus rebusque diligenter prospicere ac consulere, quas asperum illud certamen adversus Deum eiusque Ecclesiam postulat, tam late hodie, tam callide acriterque excitatum.

At mens animusque noster ad eos potissimum advolat, qui procul a patria cuiusque sua, in longinquis operantes terris, huic Divini Magistri invitationi iussionique generosi responderunt: « Euntes ergo docete omnes gentes »;[20] ad Evangelii praecones dicimus, qui, gravissimis etiam exantlatis laboribus atque itinerum difficultatibus omne genus superatis, eo omni nisu contendunt, ut christianae religionis lumen omnibus pro facultate affulgeat, utque suos greges, saepenumero a catholica suscepta fide adhuc recentes, angelico illo enutriant cibo, qui virtutem alat pietatemque refoveat.

Iisdem fere in rerum adiunctis ii quoque christifideles versantur, qui vel in non paucis regionibus a catholicis Missionalibus excultis, vel in aliis locis commorantes, cum proprium apud se non habeant sacrorum administrum, alterius sacerdotis adventum in seras horas exspectare debent, ut Eucharisticum participare queant Sacrificium, seseque divino enutrire pabulo.

Ac praeterea, postquam machinae omne genus in usum inductae fuere, saepissime contingit ut opifices non pauci vel officinis, vel vehicularibus maritimisque muneribus, vel aliis

[20] MATTH., XXVIII, 19.

publicae utilitatis officiis addicti, non modo per diem sed per noctem etiam alternis iteratisque laboris vicibus occupentur, ita quidem ut debilitátae eorum vires eos interdum compellere possint ad aliquid nutrimenti accipiendum, atque adeo iidem impediantur quominus ad Eucharisticam mensam ieiuni accedant.

Ad hanc eamdem mensam matres quoque familias saepenumero venire nequeunt, antequam domesticis curis prospexerunt, quae multas saepe ab eis postulant laboris horas.

Parique modo evenit ut in puerorum puellarumque scholis ac litterarum ludis plurimi habeantur, qui divino illi invitamento respondere cupiant: « Sinite parvulos venire ad me »,[21] cum fore omnino confidant ut ille, qui «pascitur inter lilia»[22] suum ipsorum animi candorem morumque integritatem contra iuvenilis aetatis illecebras ac mundi insidias tutetur; verumtamen perdifficile interdum iisdem est, antequam ad scholam se conferant, sacras adire aedes ibique sese Angelico enutrire Pane, postea vero domum redire ut necessarium suscipiant nutrimentum.

Hoc praeterea animadvertendum est saepe hodie contingere ut frequentissimae populi multitudines ex alio ad alium locum postmeridianis horis ea de causa transgrediatur, ut religiosas celebrationes, vel coetus de re sociali habendos participent; si igitur hisce etiam datis occasionibus liceat Eucharisticum peragere Mysterium, quod divinae gratiae vitalis fons est voluntatesque iubet ad virtutem adipiscendam exardescere, haud dubium est inde vim hauriri posse, qua omnes ad christiane penitus sentiendum operandumque excitentur, et ad legitimis etiam obtemperandum legibus.

Peculiaribus hisce considerationibus haec adicere opportunum videtur, quae ad omnes spectant; quamvis nempe nostris hisce temporibus ars medica ac disciplina illa, quae hygiène dicitur, tantos progressus fecerint, tantumque contulerint ad

[21] MARC, X, 14.
[22] *Cant.*, II, 16; VI, 2.

mortuorum numerum in puerili praesertim aetate minuendum, nihilo secius praesentis vitae condiciones atque ea, quae ex immanibus huius saeculi bellis consecuta sunt incommoda, eiusmodi sunt, ut non parum corporum constitutionem valetudinemque debilitaverint.

x

Hisce de causis, quo praesertim experrecta in Eucharistiam pietas facilius augeatur, e variis Nationibus Episcopi non pauci, officiosis datis litteris petiere, ut haec ieiunii lex aliquantulum mitigaretur; atque iam haec Apostolica Sedes peculiares hac in re facultates ac venias sacrorum administris ac christifidelibus benigne concessit. Ad quas concessiones quod attinet, memorare libet Decretum, quod *Post Editum* inscribitur, a S. Congregatione Concilii die vii mensis Decembris, anno MCMVI, pro infirmis datum;[23] ac Litteras die xxn mensis Maii, anno MCMXXIII, Locorum Ordinariis a S. S. C. S. Officii pro sacerdotibus datas.[24]

Postremis hisce temporibus, Episcoporum hac de re petitiones crebriores impensioresque fuere, atque ampliores pariter fuerunt facultates concessae, eae potissimum quae belli occasione dilargitae sunt. Id procul dubio luculenter indicat novas, graves, non intermissas ac satis generales exstare causas, quibus nimis difficile sit, multiplicibus in rerum adiunctis, cum sacerdotes Eucharisticum sacrificium celebrare, tum christifideles Angelico vesci Pane ieiunos.

Quamobrem, ut gravibus hisce incommodis ac difficultatibus occurramus, utque indultorum diversitas in actionum discrepantiam ne cedat, necessarium ducimus Eucharistici ieiunii disciplinam ita mitigando statuere, ut, quam largissime fieri potest, in peculiaribus etiam temporum locorum ac christifidelium condicionibus, eiusmodi legi omnes obtemperare facilius queant. Haec Nos decernentes, fore confidimus ut haud

[23] *Acta S. Sedis,* XXXIX, p. 603 sq.

[24] S. S. Congr. S. Officii Litterae locorum Ordinariis datae super ieiunio eucharistico ante Missam: *Acta Ap. Sedis,* XV, p. 151 sq.

parum conferre possimus ad Eucharisticae pietatis incrementum, atque adeo aptius permovere atque excitare omnes ad Angelorum participandam Mensam, adaucta procul dubio Dei gloria ac Mystici Iesu Christi Corporis sanctimonia.

Haec igitur omnia, quae sequuntur, Apostolica auctoritate Nostra decernimus ac statuimus:

I. Ieiunii eucharistici lex, a media nocte pro iis omnibus vigere pergit, qui in peculiaribus condicionibus non ver sentur, quas per Apostolicas has Litteras expositori sumus. Principium tamen generale et commune omnibus in posterum esto, sive sacerdotibus, sive christifidelibus: aquam videlicet naturalem Eucharisticum ieiunium non frangere.

IL Infirmi, etiamsi non decumbant, aliquid sumere possunt, de prudenti confessarii consilio, per modum potus, vel verae medicinae, exceptis alcoholicis. Eadem facultas sacerdotibus infirmis conceditur Missam celebraturis,

III. Sacerdotes, qui vel tardioribus horis, vel post gravem sacri ministerii laborem, vel post longum iter celebraturi sunt, aliquid sumere possunt per modum potus, exclusis alcoholicis; a quo tamen se abstineant saltem per spatium unius horae, ante quam sacris operentur.

IV. Qui autem bis, vel ter Missam celebrent, ablutiones sumere possunt, quae tamen, in hoc casu, non vino, sed aqua tantum fieri debent.

V. Christifideles pariter, etiamsi non infirmi, qui ob grave incommodum — hoc est, ob debilitantem laborem, ob tardiores horas, quibus tantum ad Sacram Synaxim accedere possint, vel ob longinquum iter, quod suscipere debeant — ad Eucharisticam mensam omnino ieiuni adire nequeant, de prudenti confessam consilio, hac perdurante necessitate, aliquid sumere possunt per modum potus, exclusis alcoholicis; a quo tamen se abstineant saltem per spatium unius horae, antequam Angelico enutriantur Pane.

VI. Si rerum adiuncta id necessario postulant, locorum

Ordinariis concedimus ut Missae celebrationem vespertinis, ut diximus, horis permittere queant, ita tamen ut haec initium non habeat ante horam iv post meridiem, sive in festis de praecepto, quae adhuc vigent, sive in illis quae olim viguerunt, sive primis uniuscuiusque mensis feriis sextis, sive denique in illis sollemnibus, quae cum magno populi concursu celebrentur, atque etiam, praeter hos dies, semel in hebdomada, servato a sacerdote ieiunio trium horarum quoad cibum solidum et potus alcohólicos, unius autem horae quoad ceteros potus non alcohólicos. In his autem Missis christifideles ad Sacram Synaxim accedere poterunt, hac eadem servata norma ad ieiunium Eucharisticum quod attinet, firmo praescripto can. 857.

Evangelii autem praeconibus, in territoriis Missionum, peculiarissimis perpensis condicionibus in quibus versantur, ob quas raro plerumque habentur sacerdotes, qui longinquas stationes invisere queant, Locorum Ordinarii eiusmodi facultates concedere poterunt ceteris etiam hebdomadis diebus.

Locorum tamen Ordinarii diligenter curent, ut quaelibet vitetur interpretatio, quae concessas facultates amplificet, utque ab omni abusu et irreverentia hac in re caveatur ; in hisce enim dilargiendis facultatibus, quas hominum, locorum temporumque condiciones hodie postulant, Nos etiam atque etiam volumus Eucharistici ieiunii momentum, vim atque efficacitatem confirmare ad eos quod attinet, qui Divinum Redemptorem sub Eucharisticis velis latentem accepturi sunt. Ac praeterea, quotiescumque corporis incommodum minuitur, animus debet pro facultate rem supplere, sive interna paenitentia, sive aliis modis, ex tradito Ecclesiae more; quae quidem cum ieiunium mitigai, alia opera adimplenda imperare solet. Qui igitur datis hac in re facultatibus perfrui queant, impensiores ad Caelum admoveant preces, quibus Deum adorent, eidem grates agant, ac praesertim admissa expient novaque impetrent superna auxilia. Cum omnes perspectum habeant oporteat Eucharistiam

« tamquam passionis suae memoriale perenne »[25] a Iesu Christo institutam fuisse, ex animis sensus illos eliciant christianae humilitatis christianaeque paenitentiae, quos Divini Redemptoris cruciatuum ac mortis meditatio excitare debet. Itemque eidem Divino Redemptori, qui, perpetuo in altaribus se immolans, maximum renovat sui amoris documentum, adauctos offerant omnes suae erga proximos caritatis fructus. Hac profecto ratione conferent omnes ad illud Apostoli gentium cotidie'magis explendum : « Unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus ».[26]

Quaecumque autem hisce Litteris decreta continentur, ea omnia stabilia, rata ac valida esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus, peculiarissima etiam mentione dignis; atque abolitis ceteris omnibus privilegiis ac facultatibus, quomodocumque a Sancta Sede concessis, ut ubique omnes hanc disciplinam aeque riteque servent.

Quae quidem omnia, supra statuta, vim suam obtineant a promulgationis die per *Acta Apostolicae Sedis* factae.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, die sexta mensis Ianuarii, in Epiphania Domini, Pontificatus Nostri anno quarto decimo.

PIUS PP. XII

[24] S. THOM., *Opusc. LVII,* Offic, de Festo Corporis Christi, lect. IV, *Opera omnia.* Romae, MDLXX, vol. XVII.

[26] *I Cor.,* X, 17.

COSTITUZIONE APOSTOLICA

DELIA DISCIPLINA DA OSSERVARE CIRCA IL DIGIUNO EUCARISTICO

PIO VESCOVO

SERVO DEI SERVI DI DIO

A PERPETUA MEMORIA

Nostro Signore Gesù Cristo « nella notte in cui fu tradito »,[1] quando per l'ultima volta celebrò la Pasqua del Vecchio Testamento, dopo le cena,[2] prese del pane, rese grazie, lo spezzò e lo distribuì ai suoi discepoli, dicendo : « Questo è il mio corpo, che sarà immolato per voi » :[3] similmente porse loro il calice dicendo : « Questo è il mio sangue del JSTuovo Testamento, il quale sarà sparso per molti ».[4] « Fate questo in memoria di me ».[5]

Tali passi della Sacra Scrittura manifestano chiaramente come il Divin Eedentore a quest'ultima celebrazione pasquale, in cui si mangiava l'Agnello secondo il rito ebraico, volle sostituire la nuova Pasqua, la quale dovrà durare sino alla fine dei secoli, la consumazione, cioè, dell'Agnello immacolato, da immolare per la salvezza del mondo, perchè la nuova Pasqua della nuova Legge chiudesse la fase antica e la verità fugasse l'ombra.[6]

Poiché la congiunzione delle due cene avvenne per significare il passaggio dall'antica alla nuova Pasqua, si può facilmente intuire perchè la Chiesa nel Sacrifìcio eucaristico che, secondo il comando del Divin Redentore, deve rinnovarsi in commemorazione di lui, potè discostarsi dalle regole osservate nella vecchia agape e introdurre l'uso del digiuno eucaristico.

Fin dall'antichissima età, infatti, invalse la consuetudine di distribuire l'Eucaristia ai fedeli digiuni.[7] Già verso la fine del secolo iv si stabiliva in vari Concili che coloro i quali dovevano celebrare il sacrifìcio eucaristico osservassero il digiuno. Nell'anno 393 il Concilio d'Ippona decretò : « Il Sacramento dell'Altare non sia celebrato se non

[1] *1 Cor.,* XI, 23.
- Cfr. Luc, XXII, 20.
[3] *I Cor.,* XI, 24.
[4] MATT., XXVI, 28.
[5] Cfr. *I Cor.,* XI, 24, 25. ,
* Cfr. Inno *Lauda Sion* (Messale Romano).
[7] Cfr. BEN. XIV, *De Syn Dioec,* 1. 6, c. 8, n. 10.

da persone digiune ».[8] Tale precetto venne poco dopo, cioè nell'anno 397, promulgato con le medesime parole dal III Concilio di Cartagine;[9] a principio del secolo v questa consuetudine poteva dirsi abbastanza comune e *ab immemorabili,* per cui Sant'Agostino potè affermare : <(La Santissima Eucaristia è ricevuta sempre da persone digiune, e tale uso è universale ».[10]

Senza dubbio questa prassi poggiava su gravissime ragioni, tra le quali si può, anzi tutto, ricordare ciò che l'Apostolo delle genti lamentava a proposito dell'agape fraterna dei cristiani.[11] L'astinenza, infatti, dal cibo e dalla bevanda si addice alla somma riverenza che dobbiamo avere verso la suprema Maestà di Gesù Cristo, quando ci accostiamo a riceverlo nascosto sotto i veli eucaristici. Inoltre, ricevendo il suo corpo e il suo sangue preziosissimo, prima di qualsiasi alimento, dimostriamo chiaramente che esso è il primo e sommo nutrimento, che sostenta la nostra anima e ne accresce la santità. Ben a ragione, quindi, Sant'Agostino osserva : « Piacque allo Spirito Santo che ad onore di sì grande Sacramento il Corpo del Signore entrasse nella bocca del cristiano prima di qualunque altro cibo ».[12]

Questo digiuno, poi, non costituisce solo un doveroso tributo di onore al Divin Redentore, ma fomenta anche la pietà, e può, perciò, contribuire ad aumentare quei saluberrimi frutti di santità, che Gesù Cristo, fonte e autore di ogni bene, ci chiede di produrre, con l'aiuto della grazia.

Del resto tutti sanno per esperienza che, secondo le stesse leggi della natura umana, quando il corpo non è aggravato dal cibo, la mente diviene più agile e si applica con maggiore efficacia a meditare su quell'ineffabile e sublime mistero, che si compie nello spirito come in un tempio, accrescendone l'amore divino.

Quanto la Chiesa abbia avuto a cuore l'osservanza del digiuno eucaristico si può arguire anche dalle gravi pene irrogate a coloro che lo violavano. Infatti il VII Concilio di Toledo (a. 646) comminò la scomunica a chi avesse celebrato i sacri misteri non digiuno ;[13] e già

[8] Conc. d'Ippona, can. 28: MANZI, III, 928.

[9] Conc. Cartag., III, cap. 29: MANZI, III, 885.

[10] Cfr. S. AGOSTINO, *Ep. LIV ad Jan.,* cap. 6 : MIGNE, *PL,* XXXIII, 203.

[11] Cfr. *I Cor.,* XI, 21 ss.

[12] S. AGOST., 1. c.

[13] Conc. di Toledo, VII, cap. 2: MANZI, X, 768.

nel 572 il III Concilio di Braga [14] e nel 585 il II Concilio di Macon [15] avevano decretato la deposizione dall'officio e dalla dignità di cài si fosse reso reo di tale colpa.

Tuttavia, nel corso dei secoli, si è anche considerato attentamente che qualche volta fosse opportuno, in particolari circostanze, dispensare in qualche modo i fedeli da questa legge del digiuno. Perciò il Concilio di Costanza (a. 1415), mentre conferma tale sacrosanta legge, aggiunge qualche limitazione : « A norma dei sacri canoni e secondo una lodevole consuetudine, approvata dalla Chiesa e costantemente osservata fino al presente, tale Sacramento non deve essere fatto dopo la cena, nè ricevuto dai fedeli non digiuni, se non in caso d'infermità o di altra necessità, ammessa dal diritto o dalla Chiesa ».[16]

Abbiamo voluto ricordare queste cose, affinchè tutti sappiano bene che Noi, quantunque le nuove condizioni di tempi e di cose Ci suggeriscano di concedere non poche facoltà e permessi in tale materia, intendiamo, tuttavia, con questa Costituzione Apostolica confermare in tutto il suo vigore la legge e la consuetudine del digiuno eucaristico ed esortare coloro che possono farlo a continuare nell'esatta osservanza di essa, in maniera che solamente quelli che versano nella necessità s'avvalgano di tali concessioni e nei limiti imposti dalla stessa necessità.

ti per il Nostro animo motivo di dolce consolazione — e siamo lieti di dichiararlo qui pur brevemente — il rilevare che la devozione verso l'Augusto Sacramento dell'Altare cresce continuamente non solo nell'animo dei fedeli, ma anche nello splendore del eulto, che rifulge spesso nelle pubbliche manifestazioni dei popoli. Senza dubbio, hanno a ciò non poco contribuito le premurose cure dei Sommi Pontefici, e specialmente del Beato Pio X, il quale, richiamando tutti a rinnovare l'antica consuetudine, ha esortato ad accostarsi molto spesso e possibilmente ogni giorno alla mensa degli Angeli. [17] Al medesimo tempo invitò i fanciulli a questo celeste convito, e con sapiente disposizione dichiarò che il precetto della Confessione e della Comunione annuale obbliga tutti coloro che abbiano raggiunto l'uso di ragione ; [18] il che è

[14] **Conc. di Braga, III, can. 10: MANZI, IX, 841.**

[18] **Conc. di Macon, II, can. 6 : MANZI, IX, 952.**

[14] **Conc. di Costanza, sess. XIII : MANZI, XXVII, 727.**

[17] **Decreto della S. Congr. del Concilio, *Sacra Tridentina Synodus,* del 20 dicembre 1905 : *Acta S. Sedis* XXXVIII, 400 ss.**

[18] **Decreto della S. Congr. dei Sacramenti *Quam singulari,* dell'8 agosto 1910: *A. A. S.,* II, p. 577 ss.**

stato sancito anche nel Codice di diritto canonico.[19] E i fedeli corrispondendo con entusiasmo alle sollecitudini dei Sommi Pontefici si sono accostati sempre più numerosi alla sacra Mensa. Voglia il Signore che questa fame del pane celeste e questa sete del sangue divino diventino sempre più ardenti in tutti gli uomini di quasiasi età e condizione sociale!

Dobbiamo, tuttavia, riconoscere che le particolari condizioni dei tempi in cui viviamo hanno introdotto molte modificazioni negli usi della società e nella vita comune, per cui sorgerebbero gravi difficoltà, che potrebbero allontanare gli uomini dalla partecipazione ai divini misteri, se la legge del digiuno eucaristico dovesse osservarsi pienamente, come si è fatto finora.

Anzi tutto è ben noto che il numero dei sacerdoti è oggi impari alle sempre crescenti necessità dei fedeli : essi, specialmente nei giorni di festa, debbono sottoporsi a lavoro spesso eccessivo, sono talvolta obbligati a celebrare il sacrifìcio eucaristico molto tardi, non di rado a binare o a trinare, o ad affrontare un disagiato cammino per non lasciare senza la santa Messa non piccole porzioni del loro gregge. Questo sner vante lavoro richiesto dal sacro ministero indebolisce certamente la salute dei sacerdoti; ciò maggiormente perchè essi, oltre alla celebrazione della santa Messa e alla spiegazione del Vangelo, debbono attendere alle confessioni, alla catechesi, soddisfare a tutti gli altri obblighi del loro ufficio, i quali richiedono sempre più impegno e attività. A ciò si aggiungono i mezzi da preparare e da adoperare per respingere gli attacchi, oggi tanto subdoli, quanto aspri, mossi da più parti con tro Dio e la sua Chiesa.

Ma il Nostro pensiero corre in maniera specialissima a coloro che, lasciata la propria patria, si sono recati a lavorare in lontane regioni» per rispondere generosamente all'invito e comando del Divin Maestro : «Andate, dunque, insegnate a tutte le genti»;[20] vogliamo dire agli araldi del Vaugelo, i quali, sostenendo fatiche talvolta molto gravose e superando molteplici difficoltà di viaggio, grandemente si sforzano perchè a tutti risplenda la luce della religione cristiana e perchè nutriscano del pane angelico, che alimenta la virtù e ravviva la pietà, le loro greggi, di cui molte composte di neofiti.

Presso a poco nelle medesime condizioni si trovano pure i fedeli, residenti in non poche terre di missione, o in altre regioni, i quali sono privi di un sacro Ministro addetto alla loro cura spirituale e, perciò,

[19] **O. I. C, can. 863; cfr.. can. 854, § 5.**

[20] **MATT., XXVIII, 19.**

costretti ad attendere l'arrivo, a tarda ora, di un altro sacerdote per poter partecipare ai Sacrificio Eucaristico e ricevere la santa Comunione.

Inoltre con lo sviluppo di ogni tipo d'industria avviene spesso che molti operai, addetti alle oûîcine, ai trasporti, ai lavori portuali o ad altri pubblici servizi, siano occupati in turni, non solo di giorno ma anche di notte, e, perciò, possano trovarsi, talvolta, nella necessità di prendere un nutrimento per ristorarsi ; e in tal modo vengono impediti di accostarsi digiuni alla Mensa Eucaristica.

Avviene, parimente, con frequenza, che le madri di famiglia non possono accostarsi alla medesima sacra Mensa, prima di avere atteso alle faccende domestiche, le quali spesso richiedono molte ore di lavoro.

Similmente sono molti gli alunni delle scuole che desiderano di rispondere all'invito divino : « Lasciate che i fanciulli vengano a me »,[21] perchè confidano che Colui il quale « si pasce tra i gigli »[22] custodirà il candore della loro anima e l'integrità dei loro costumi dalle seduzioni dell'età giovanile e dalle insidie del mondo. Senonchè, talvolta, riesce loro molto difficile recarsi, prima di andare alla scuola in chiesa, nutrirsi del Pane degli Angeli e, poi, tornare a casa, per prendere il necessario alimento.

Longum autem hac super re habendum iter, ut supra explicatum est (n. 4), si saltem 2 km. circiter pedibus percurrendum, vel proportionate longius pro variis vehiculis adhibitis, difficultatis quoque itineris vel personae habita ratione.

U. Causae quidem gravis incommodi sunt prudenter a confessario pensitandae in foro interno sacramentali vel non sacramentali; neque absque eiusdem consilio fideles non ieiuni sanctissimam Eucharistiam recipere possunt. Confessarius autem consilium eiusmodi dare potest etiam *semel pro semper,* causa eadem gravis incommodi perdurante.

Quoad Missas vespertinas

(Const., n. VI)

Constitutionis vi *Ordinarii locorum,* (cfr. can. 198) facultate fruuntur permittendi in proprio territorio Missae vespertinae celebrationem, si adiuncta id necessario exigunt, praescripto can. 821, § 1, non obstante.

Bonum enim commune aliquando sacrorum mysteriorum celebrationem post meridiem expostulat : v. gr. pro quarundam industriarum opificibus, qui festis quoque diebus laboribus succedunt in vices ; pro illis operariorum classibus, qui matutinis festorum horis occupantur, ut muneribus portuum addicti; pro iis pariter, qui ex dissitis etiam regionibus maxima frequentia in unum locum conveniunt, ad quandam festivitatem religiosam vel socialem celebrandam, etc.

12. Tamen eiusmodi Missae celebrari possunt non ante horam quartam post meridiem, ac tantummodo in certis diebus *taxative* statutis, seu

a) festis de praecepto vigentibus, ad normam can. 1247, § 1 ;

b) festis de praecepto suppressis, iuxta Indicem a S. Congregatione Concilii editum, die 28 Decembris 1919 (cfr. *A. A. S.,* vol. XII [1920], pp. 42-43) ;

c) primis cuiusque mensis feriis sextis ;

d) ceteris sollemnibus, qui cum magno populi concursu celebrantur ;

e) die uno in hebdomada, praeter dies supra memoratos, si bonum peculiarum personarum classium id postulat.

13. Sacerdotes, qui pomeridianis horis Missam celebrant, itemque fideles qui in eadem sacram communionem recipiunt, possunt *inter refectionem,* permissam usque ad tres horas ante Missae vel communionis initium, sumere *congrua moderatione* alcohólicas quoque potiones inter mensam suetas (v. gr. vinum, cerevisiam, etc.), exclusis quidem liquoribus. Quoad potus autem, quos sumere possunt ante vel post dictam refectionem, usque ad unam horam ante Missam vel communionem, excluditur *omne alcoiholicorum genus.*

14. Sacerdotes, eodem die, nequeunt mane et vespere Sacrum litare, nisi potestatem expressam bis terve Missam celebrandi habeant, ad normam can. 806.

Fideles pariter, eodem die, nequeunt mane et vespere ad sacram Synaxim accedere, ad praescriptum can. 857.

15. Fideles, quamvis non sint de eorum numero, pro quibus Missa vespertina forte instituta sit, ad sacram Synaxim libere accedere possunt, *infra dictam Missam* vel *proxime ante et statim post* (cfr. can. 846, § 1), servatis, quod attinet ad ieiunium eucharisticum, normis supra relatis.

16. In locis vero, ubi non *ius commune,* sed *ius missionum* viget, Ordinarii Missas vespertinas omnibus in hebdomada diebus, iisdem condicionibus, permittere possunt.

Monita ad normas exsequendas

17. Ordinarii sedulo invigilent, ut omnis abusus et irreverentia erga sanctissimum Sacramentum plane vitetur.

18. Pariter curent, ut nova disciplina a cunctis subditis uniformiter observetur, eosque doceant, omnes facultates et dispensationes, tum territoriales tum personales, hactenus a Sancta Sede concessas, abrogatas esse.

19. Constitutionis atque huius Instructionis interpretatio textui fideliter adhaereat, neque ullo modo facultates tam favorabiles amplificet. Quod ad consuetudines attinet, quibus a nova disciplina discrepare contingat, clausula illa abrogativa animadvertenda est : « contrariis quibuslibet non obstantibus, peculiarissima etiam mentione dignis ».

20. Ordinarii et sacerdotes, qui datis a Sancta Sede facultatibus perfrui debent, fideles studiose excitent, ut frequenter Missae Sacrificio adstare velint et pane eucharistico reficiantur opportunisque inceptis, praesertim sacra praedicatione, illud promoveant spirituale bonum, cuius adipiscendi gratia Summus Pontifex Pius XII Constitutionem edere voluit.

Summus Pontifex, hanc Instructionem approbans, statuit, ut ipsa promulgetur per editionem in *Actis Apostolicae Sedis* una cum Constitutione Apostolica *Christus Dominus.*

Ex Aedibus Sancti Ofiicii, die vi mensis Ianuarii, anno **MDCCCCLHI.**

£9 I. Card. **PIZZARDO,** *a Secretis*

L. © S.

A. Ottaviani, *Adsessor*

ISTRUZIONE

SULLA DISCIPLINA DEL DIGIUNO EUCARISTICO

La Costituzione Apostolica *Christus Dominus,* emanata in questo stesso giorno dal Sommo Pontefice Pio XII, felicemente regnante, concede non poche facoltà e permessi circa la osservanza del digiuno eucaristico, ma conferma anche nella massima parte, sostanzialmente, le norme del Codice di Diritto Canonico (can. S08 et 858, § 1), per i Sacerdoti e i fedeli che siano in grado di osservare tale legge. Anche ad essi, tuttavia, si estende la mitigazione a tutti concessa, che l'acqua *naturale* (e quindi priva dell'aggiunta di qualsiasi elemento) non rompe il digiuno eucaristico (Cost., n. I). Quanto alle altre concessioni, invece,

possono avvalersene solo i Sacerdoti e i fedeli che si trovano nelle particolari condizioni previste dalla Costituzione o che partecipano alle Messe vespertine, autorizzate dagli Ordinari nei limiti delle nuove facoltà ad essi acccordate.

Affinchè le norme relative a tali concessioni siano dovunque uniformemente osservate, si eviti ogni interpretazione che allarghi le facoltà concesse, e sia impedito ogni abuso in tale materia, questa Suprema Sacra Congregazione del Sant'Offizio, per espresso mandato del Sommo Pontefice, dà le norme seguenti :

Per gli infermi sia fedeli sia Sacerdoti

(Cost., n. II)

1. I fedeli infermi, sebbene *non decumbentes,* possono prendere qualche cosa a modo di bevanda, esclusi gli alcoolici, se, a causa della loro infermità, non possono, senza vero incomodo, stare digiuni fino alla Santa Comunione ; possono prendere pure qualche cosa a modo di medicina sia liquida (esclusi gli alcoolici) che solida, purché si tratti di vera medicina, ordinata dal medico o riconosciuta comunemente in ogni caso come tale. Si tenga presente che non si può ritenere vera medicina qualsiasi solido che si prende per nutrimento.

2. Le condizioni per poter usufruire di tale dispensa dal digiuno, per la quale non è prescritto un limite di tempo precedente alla S. Comunione, devono essere prudentemente considerate dal confessore, e senza il suo consiglio nessuno può avvalersene. Il confessore potrà dare il suo consiglio sia in foro interno sacramentale sia in foro interno extra-sacramentalè, anche una volta tanto, perdurando le stesse condizioni d'infermità.

3. I Sacerdoti infermi, anche se *non decumbentes,* possono avvalersi parimenti della dispensa, sia che intendano celebrare la Santa Messa, sia che intendano ricevere soltanto la Santissima Eucaristia.

Per i Sacerdoti che si trovano in particolari circostanze

(Cost., nn. III e IV)

4.1 Sacerdoti non infermi, che celebrano *a) o* in ora tarda (cioè dopo le ore 9) *b)* o dopo grave lavoro di sacro ministero (p. e. già fin dalle prime ore del mattino o per lungo tempo) *c)* o dopo lungo cammino (cioè di almeno circa due chilometri, da percorrere a piedi, o proporzionatamente più lungo, a seconda dei mezzi di locomozione impiegati, tenendo

conto delle difficoltà del percorso e delle condizioni della persona), possono prendere qualche cosa a modo di bevanda, esclusi gli alcoolici.

5. I tre casi sopra numerati sono tali da comprendere tutte le circostanze per le quali il legislatore intende concedere la suddetta facoltà: è, pertanto, esclusa ogni interpretazione tendente ad ampliare la concessione.

6. I Sacerdoti che si trovano in queste condizioni possono prendere qualche cosa a modo di bevanda, una o più volte, ma solo fino ad un'ora prima dell'inizio della santa Messa.

7. Indipendentemente dalle altre concessioni della Costituzione, tutti i Sacerdoti che binano o trinano possono prendere nelle prime Messe le due abluzioni prescritte dalle Rubriche del Messale, adoperando, tuttavia, solo l'acqua, in applicazione del principio generale che l'acqua non rompe il digiuno.

Chi, però, celebra le Messe una dopo l'altra, come nel giorno di Natale e della Commemorazione dei Defunti, deve osservare le rubriche quanto alle abluzioni.

8. Qualora al Sacerdote che deve binare o trinare accadesse per inavvertenza di prendere abluzioni col vino, non gli sarà vietato di celebrare le seconda o terza Messa.

Per i fedeli che si trovano in particolari circostanze

(Cost., n. V)

9. Anche ai fedeli, i quali non per infermità ma per *altro grave incomodo non possono* osservare il digiuno eucaristico, è concesso di accostarsi alla sacra Mensa dopo di avere preso qualcosa a modo di bevanda, fino ad un'ora prima della Santa Comunione, esclusi sempre gli alcoolici.

10. Le cause del *grave incomodo* richiesto sono (esclusa ogni amplificazione) specificate in tre categorie :

a) lavoro debilitante che precede la Santa Comunione.

Vi sono compresi i casi degli operai addetti alle officine, ai trasporti, ai lavori portuali o ad altri publici servizi, i quali sono occupati in turni di giorno e di notte; coloro che per dovere di ufficio o di carità passano la notte in veglia (infermieri, personale di ospedale, guardie notturne, ecc.); le donne gestanti e le madri di famiglia, che prima di potersi recare alla chiesa debbono attendere per lungo tempo alle faccende domestiche; ecc.

b) Ora tarda in cui si fa la Santa Comunione.

Vi sono compresi i casi dei fedeli che solo a tarda ora possono avere tra loro il Sacerdote che celebra il sacrificio eucaristico; dei fanciulli per i quali è troppo gravoso recarsi alla chiesa, fare la Santa Comunione, poi tornare a casa per la colazione e quindi andare a scuola; ecc.

c) *Lungo cammino da percorrere* per giungere alla chiesa.

Deve trattarsi almeno di circa due chilometri di strada, percorsi a piedi, o di un cammino proporzionatamente più lungo se fatto con mezzi di locomozione, tenendo conto delle difficoltà della strada e delle condizioni della persona (cfr. sopra n. 4).

11. Le ragioni di grave incomodo devono essere prudentemente valutate dal confessore, in foro interno sacramentale o non sacramentale; senza il suo consiglio i fedeli non possono fare la Santa Comunione non digiuni. Tale consiglio può anche essere dato una volta tanto perdurando la causa del grave incomodo.

Circa le Messe Vespertine
(Cost., n. VI)

La Costituzione concede agli *Ordinari locorum* (cfr. can. 198) la facoltà di autorizzare la celebrazione di Messe vespertine nel loro territorio, quando ciò sia reso necessario dalle circostanze, nonostante il disposto del can. 821 § 1. U bene comune, infatti, richiede talvolta la celebrazione dei sacri misteri nel pomeriggio: ed es. per gli operai di certe industrie nelle quali i turni di lavoro si succedono anche nei giorni festivi, per certe categorie di lavoratori i quali sono occupati nella mattina del giorno festivo (ad es. i portuali); in occasione di riunioni di carattere religioso o sociale, alle quali partecipa una grande moltitudine di fedeli provenienti da paesi anche lontani, ecc.

12. Tali Messe, però, potranno essere celebrate solo dopo le ore quattro del pomeriggio e l'Ordinario potrà permetterle solo nelle seguenti ri coerenze, *tassativamente* enumerate:

a) feste di precetto vigenti a norma del can. 1247 § 1;

b) feste di precetto soppresse, secondo l'Indice pubblicato dalla Sacra Congregazione del Concilio, il 28 dicembre 1919 (cfr. *A. A. 8.*, XII [1920], p. 42-43);

c) primi venerdì del mese;

d) solennità che si celebrano con grande concorso di popolo;

e) un giorno della settimana, oltre quelli sopra numerati, quando ciò è necessario per determinate categorie di persone.

13. I Sacerdoti che celebrano la S. Messa nelle ore pomeridiane, co-

me pure i fedeli che in tali circostanze si accostano alla S. Comunione possono, *durante il pasto,* permesso fino a tre ore prima dell'inizio della Messa o della Comunione, prendere, *con la conveniente moderazione,* le bevande alcooliche solite a prendersi durante i pasti (p. es. vino, birra, ecc.), esclusi sempre i liquori. Quanto, poi, alle bevande, che possono prendere prima o dopo detta refezione, fino ad nn'ora prima della S. Messa o della S. Communione, sono esclusi gli alcoolici di qualsiasi specie.

14. I Sacerdoti non possono celebrare la Santa Messa al mattino e al pomeriggio di uno stesso giorno, se non hanno il permesso espresso di binare o trinare, a norma del can. 806.

I fedeli non possono mai accostarsi alla Santa Comunione al mattino e alla sera dello stesso giorno, a norma del can. 857.

15. Tutti i fedeli, anche se non appartengono alle categorie per le quali la Messa vespertina è stata eventualmente istituita, possono liberamente accostarsi alla Santa Comunione durante la Messa o immediatamente prima o subito dopo (cfr. can. 846, § 1), osservando, però, quanto al digiuno eucaristico le norme sopra esposte.

16. Nei territori, dove non vige lo *ius commune* ma lo *ius missionum,* gli Ordinari possono permettere, alle medesime condizioni, le Messe pomeridiane anche in *tutti i giorni* della settimana.

Avvisi per l'esecuzione

17. Gli Ordinari debbono vigilare perchè ogni abuso e irreverenza verso il Ssmo Sacramento sia evitata.

18. Debbono pure vigilare perchè la nuova disciplina sia da tutti uniformemente osservata, e facciano conoscere ai loro sudditi che sono cessate le speciali facoltà e dispense, sia territoriali che personali, concesse finora dalla Santa Sede.

19. La Costituzione e la presente Istruzione debbono essere interpretate, standо fedelmente al testo ed evitando qualsiasi ampliamento delle già larghe concessioni. Riguardo ad eventuali consuetudini, che differissero dalla nuova disciplina, si tenga presente la clausola abrogativa : « non ostante qualsiasi disposizione in contrario, anche se degna di specialissima menzione ».

20. Gli Ordinari e i Sacerdoti sappiano avvalersi della benevola concessione della Santa Sede per esortare i fedeli ad assistere frequentemente alla Santa Messa, ad accostarsi alla Santa Comunione e promuovano con opportune iniziative, e specialmente con la predicazione, quel

bene spirituale, in vista dei quale il Santo Padre Pio XII ha emanato la Costituzione.

Il Sommo Pontefice, nelPapprovare la presente Istruzione, ha disposto che venga promulgata mediante la pubblicazione negli *Acta Apostolicae Sedis* insieme con la Costituzione Apostolica *Christus Dominus.*

Dal Palazzo del S. Uffizio, il 6 gennaio 1953.

£B G. Card. **PIZZARDO,** *Segretario.*

L. *rB* S.

A. Ottaviani, *Assessore.*

SACRA CONGREGATIO RITUM

i

S. HYACINTHI

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI LUDOVICI ZEPHYRINI MOREAU, EPISCOPI S. HÏACINTITI.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Leo Papa XIII bona, quibus Canadenses fruuntur, Catholicae Ee clesiae actioni tribuit, quatenus : « Virorum apostolicorum generosi ma-tt nipuli, utique cum christianae Sapientiae lumine elegantiorem cultum ((atque artium honestissimarum semina » attulerunt, unde Canadensium natio in contentionem urbanitatis et gloriae cum excultis gentibus ((sera, non impar, venit ». Quae bona permanent, atque prae ceteris : « Ille, profecto permagnus amor in catholica multitudine studiumque « vehemens divinae religionis, quam scilicet maiores vestri primum et «maxime ex Gallia, tum ex Hibernia mox quoque aliunde auspicato ad-(fvecti, et ipsi sancte coluerunt et posteris inviolate servanda tradide-« runt ». Additque : « Quamquam si optimam hanc hereditatem tuetur « posteritas memor, facile intelligimus quantam huius laudis partem «sibi iure vindicet vigilantia atque opera vestra, Venerabiles Fratres, « quantam etiam vestri sedulitas cleri » (Enc. Affari, 8 Dec. 1897). Laudem hanc Canadensis catholicus populus meretur, qui vivacem fidem profitetur atque in actum deducit seu erga Deum seu erga Ecclesiam Romanumque Pontificem cuius iura, effuso quoque sanguine, elapso saeculo defendit : meretur clerus, qui scientia atque operibus populum

sibi commissum esurire non sinit; merentur Episcopi qui, forma facti gregis, suas oves päverunt indefesse ac nunc quoque pascunt. Inter hos duo Servi Dei eminent, Franciscus de Montmorency Laval, primus Quebecensis Episcopus, atque Ludovicus Zephyrinus Moreau, de cuius causae Introductione nunc agitur.

Tredecim filios pii coniuges agrieolae Ludovicus Zephyrinus Moreau et Margarita Champoux genuerunt, quorum quinto idem nomen ac patris in sacro baptismo fuit impositum. Hic die 1 Aprilis a. 1824 in oppido Bécancour, intra tunc Quebecensis dioecesis nunc Mcoletanae fines in Canadensi ditione, natus est. Pius, mitis, oboediens, mature non modo ad pietatem, sed ad studia quoque proclivem se ostendit; ideo parentes huic indoli non sine magno incommodo faverunt. Verum pietatem hanc generose rependit Deus : alter enim filius sacerdotio quoque fuit auctus, duae autem filiae religiosam vitam sunt amplexatae.

Ludovicus Zephyrinus iuges cum in pietate tum in studiis progressiones faciens, iam inde velut magno virtutum splendore nitens inter aequales habebatur. Ad sacerdotium vehementer aspirans, sui Episcopi consensu, qui, tenui perpensa valetudine, sacram ordinationem ei conferre renuerat, ab Episcopo Marianopolitano fuit exceptus atque die 19 Decembris anno 1846 ab Episcopo Carolo Ioanne Prince eius coadiutore ad Presbyteratum fuit promotus. Plura successive munia ei fuere concredita, quibus ipse summa diligentia, sollicitudine, prudentia, scientia iuris, studio, amore, suavitate fungebatur, adeo ut omnium, prae sertim sacerdotum, aestimationem et amorem sibi compararet.

Anno 1852 dioecesi S. Hyacinthi, noviter erectae, B. P. D. Carolus Ioannes Prince Episcopus fuit ab Apostolica Sede datus, qui secum Dei Famulum uti a secretis assumpsit.

In nova hac Dioecesi Servus Dei, etsi corpore debilis, animo fortis, indefessus nulli parcebat labori, nullam sibi concedebat requiem, ut christiani populi necessitatibus, postulatis, aequis desideriis atque con sultationibus satisfaceret; unde vir consiliorum merito aestimatus. Trium S. Hyacinthi Episcoporum Secretarii officio functus est, bis eodem tempore Cathedralis Ecclesiae parochus, immo quater, Sede vacante, Dioecesim administrivit; fuit quoque Vicarius Generalis. Quibus in muneribus aliisque exercendis virtutum omnium mira specimina exhibuit, ob quae ab Apostolica Sede, post Episcopi Caroli La Rogue mortem, die 1 Ianuarii anno 1876, cuncto populo cleroque plaudente, eiusdem dioecesis Episcopus fuit electus. Probe quidem Servus Dei sub mitra, ut dicere solebat, spineam coronam abscondi sciebat, sibique utpote vere humilis erat persuasum se tanta indignum esse dignitate, « sed,

<(ut S. Gregorius docet, divinis dispositionibus subditus atque a vitio « obstinationis alienus, cum sibi regiminis culmen imperatur, si iam « donis praeventus est, quibus et aliis prosit, et ex corde debet fugere « et invitus oboedire » (Reg., p. I, c. VI), ipse, licet invitus, sapienter oboedivit. Re enim vera omnibus, quibus Episcopus ornari debet, dotibus erat praeventus, non solum canonica scientia, sed etiam, ut diximus, dioecesanae Curiae praxi.

Romano itaque Pontifici oboediens et grave hoc onus suscipiens, ab obstinationis vitio alienum se ostendit divinoque nutui est obsecutus, sed insimul totam fiduciam in Deo posuit, uti in ipso quoque episcopali stemmate exhibuit illud Apostoli axioma, quasi totius suae vitae propo situm assumens : *Omnia possum in eo qui me confortât* (Philip., 4, 13).

In episcopatu gerendo virtutes, quas semper coluerat, eminentius claruerunt; fuit enim, ut S. Gregorius in Episcopo requirit: « Cogita- « tione mundus, actione praecipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, « singulis compassione proximus, prae cunctis contemplatione suspen ((sus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vi- ii tia per zelum iustitiae erectus, internorum curam in exteriorum occu- « patione non minuens, exteriorem providentiam in internorum solli- ***(f*** citudine non relinquens » (Ib., 1. 2, c. 1).

Huiusmodi virum Deus iugiter in omnibus confortavit. Dioecesim quinque supra viginti annos ipse sancte gubernavit; Cathedrale templum erexit, Institutum Sororum a S. Ioseph fundavit, pias sodalitates aliaque pia opera in bonum materiale ac spirituale constituit, adeo ut canadensium episcoporum perfectum exemplar haberetur eorumque consiliarius. Licet magni aestimare tur, semper humillimus mansit, et, quia humilis, potens fuit apostolico opere ac sermone pro Dei, Ecclesiae Romamque Pontificis iuribus tuendis.

Fractus viribus, languore potius, quam morbo, die 24 Maii a. 1901, sanctam oppetiit mortem.

Sanctitatis fama, qua vivens fruebatur, vehementius post obitum erupi t. Annis 1935-36 canonicae Episcopi S. Hyacinthi auctoritate inquisitiones fuere peractae Urbeinque delatae. Ex eius scriptis nil est inventum quod causae obstaret, uti decretum est die 12 Ianuarii 1950.

Interim duo Cardinales, decem Archiepiscopi, plures Episcopi, Vicarii Generales, Capitula Canonicorum, Parochi, Generalis Superiorissa Sororum a S. Ioseph, aliique plurimi, postulatorias litteras Summo Pontifici pro beatificationis causae Introductione obtulerunt.

Instante itaque Rmo Hyacintho Parisio, Antistite Urbano, causae Postulatore, Emus ac Rmus Cardinalis Adeodatus Ioannes Piazza, Epi-

scopus Sabinen, et Mandelen., causae Relator, die 17 Iunii anni huius in Ordinario S. R. C. Coetu dubium posuit discutiendum : *Ad signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur* de eaque retulit. Emi Patres relationem hanc atque Officialium Praelatorum suffragia nec non R. P. D. Salvatorem Natueci Generalem Fidei Promotorem auscultaverunt, et, re perpensa, rescripserunt : *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem Beatissimo Patri subsignato die ab infrascripto Cardinali relatione, Sanctitas Sua, Emorum Patrum rescriptum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Servi Dei* Ludovici Zephyrini Moreau *Sua manu subsignare dignata est.*

Datum Romae, die 2 Iunii a. D. 1952.

£B C. Card. **MIGARA**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

II

SCIAOCEUVEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVORUM DEI, E SOCIETATE S. FRANCISCI SALESII, ALOISII VERSIGLIA, EPISCOPI CARYSTEN., VICARII APOSTOLICI DE SHIUCHOW, ET CALLISTI CARAVARIO, SACERDOTIS PROFESSI, IN ODIUM FIDEI, UT FERTUR, INTEREMPTORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Insignis plane vir, S. Ioannes Bosco, cui *Deus dedit prudentiam multam nimis et latitudinem cordis, quasi arenam quae est in littore maris* (Reg. III, 4, 29), animorum zelo exardescens, totum optabat mundum ad Christum adducere. Quapropter, vix ei licuit, missionales viros Ioanne Cagliero duce, ad Patagones misit, eosque evangelii lumine perfnsos ad Petri ovile compulit. Nec satis ; alios quoque meridionalis Americae Indos, in vastissimis regionibus dissipa tos, catholicae Ecclesiae per suos filios adiunxit. S. Francisci Xaverii ad instar, Sinense imperium Christo subigere vehementi desiderio flagrabat. Yerum, quod ipsi viventi non est datum, duodeviginti annis post beatum eius exitum feliciter atque abun-

dantius est completum. Anno enim 1906 primi e Societate S. Francisci Salesii missionales viri Sinas appulerunt, eisque Apostolicum Vicariatum anno 1920 a S. C. de Propaganda Fide fuit concreditum, atque Aloisius Versiglia Vicarius Apostolicus nominatus. Abundantius diximus, glorioso enim martyrio idem Apostolicus Vicarius et Sacerdos Callistus Garavario fuere coronati. Pauca de utroque delibemus.

Aloisius Versiglia in loco « Olivo Gessi », Tortonen, dioecesis, die 5 Iunii a. 1873 natus est. Parentes Ioannem et Mariam Giorgi, pietate claros est nactus, duodecennis a S. Ioanne Bosco in Taurinensi Oratorio fuit exceptus. Anno 1888 clericales vestes induit Salesianaeque familiae se adiunxit. Perpetuis votis nuncupatis, Fulgitii ac Eomae in Pontificia Gregoriana Universitate studiorum curriculo emenso, anno 1895 die 21 Decembris ad sacrum Presbyteratus ordinem Eporediae (Ivrea) fuit promotus. Etsi missionalis ad exteras gentes, Sinicas praecipue, fieri optabat, tironum Romanae provinciae moderatoris munere aliisque ministeriis decennium ex oboedientia functus est. Anno 1906 iuxta suum votum condenda Sinensis missio in Macaonensi urbe ei est concredita, religiosaque familia moderanda. Sacra Congregatio de Propaganda Fide anno 1920 novum erexit Apostolicum Vicariatum de Shiuchow, quem Salesianae Familiae concessit, Servumque Dei Apostolicum Vicarium die 22 Aprilis a. 1920 elegit atque Episcopum titulo Carysten. Die 9 Ianuarii a. 1921, in urbe Canton, episcopalem consecrationem accepit. Unanimi concordia testes eius virtutes mirabundi enarrant, humilitatem, pietatem, carnis mortificationem, fidei dilatandae zelum ceterasque, quibus missionales atque episcopos ornari decet ; dignum itaque se martyrio reddidit.

Callistus Caravario in oppido Cuorgné, in Taurinensi Archidioecesi anno 1903 die 8 Ianuarii e piissimis parentibus Petro ac Rosa Morgando natus, inde a puero pietate, oboedientia, studio, animi candore enituit. Salesiano Taurinensi Oratorio ascitus, studiis incubuit; postea vero eidem religiosae familiae adhaesit, in qua anno 192-1 perpetua vota nuncu pavit. Vocatum se persentiens ad missiones, a superioribus ad Sinas eodem anno missus fuit. Adhuc autem clericus, prout licuit, missionale ministerium in urbe Schangai, in insula Timor denique in Vicariatu de Shiuchow, exercuit, in quo ab Episcopo Versiglia, die 18 Maii a. 1929, Sacerdotio fuit auctus. Unanimi consensu testes de eius virtutibus omne genus, de indefesso missionali zelo, de religionis regularum observantia in exemplum, deque tenerrima pietate erga Sacrosanctum Eucharisticum Sacramentum deponunt.

Non est ab re commemorare ipsum, cum proficiscebatur ab insula Ti-

mor, sociis dixisse : Eamus, nosque paremur ad martyrium in Sinis. Tam itaque se ad martyrium comparaverat.

Iamvero die 25 Februarii a. 1930 ambo simul a latronibus occisi sunt. Quod autem martyrii fama, quae statim exorta est, sit legitima, occisionis adiuncta sunt perpendenda. Episcopus cum D. Callisto atque 3 puellis fluviali itinere ad oppidum Lincho w pergebat. Latrones, ad minus decem, sclopetis instructi minaciter coëgerunt viatores ut ad ripam appropinquarent. Tunc cymbam conscenderunt, atque ab Episcopo magnam pecuniae vim postularunt. Episcopus, fassus est se pecuniam non habere. Verum, vix latrones puellas adesse adverterunt, mutato consilio, eas rapere moliti sunt. Missionales, ne hoc facinus latrones exsequerentur, suo corpore eas tueri conati sunt. Tunc ipsi puellas raptaverunt, atque furenti odio missionales atrociter percusserunt, ad terram vinculis alligatos traxerunt atque igneis ballisti» occiderunt.

Quod latrones, eos necando, ab odio in christianam religionem et a libidine fuerint permoti aperte ostenditur eo quod crucifixi imaginem violenter abreptam e manibus unius puellae, blasphemando in flumen proiecerint et quod mortem intulerint missionalibus, quod latrones facere non solent quando pecuniam quaerunt ; immo una ex raptatis puellis deponit eos dixisse se Europeos occidisse, eo quod illi rapere puellas non permitterent. Alia testis deponit eosdem missionalibus dixisse : Nolumus pecu niam sed vitam hominis; vos diaboli Europaei estis contra nos. Haec verba significant mentem communistarum, qui catholicam Ecclesiam ferissimo odio prosequuntur. Haec, omissis ceteris, martyrii famam, quae viget, comprobant.

Instante itaque Societate S. Francisci Salesii, in Apostolico Vicariatu de Shiuchow ordinaria auctoritate constructi sunt processus super scriptis atque martyrii fama. E scriptis nihil obstare quominus ad ulteriora posset procedi, S. R. C. die 18 Martii 19-19 decrevit.

Plures quoque oblatae sunt Summo Pontifici litterae trium S. R. E. Cardinalium, plurimorum Archiepiscoporum atque Episcoporum, Apostolicorum Vicariorum et Praefectorum, praesertim Sinensium, Maioris Rectoris. Soc. S. Francisci Salesii, Fidelium Sinensium, Municipium oppidi Cuorgné, Cooperatorum Salesianorum nec non Vicariae Gen. Filiarum Mariae Auxiliatricis, enixe causae Introductionem postulantes.

Rmo itaque D. Francisco Tomasetti, causarum Societatis Salesianae Generali Postulatore, instante, Emus ac Rmus D. Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus, causaeque Ponens, in Ordinaria Sacrorum Rituum Congregatione die 27 Maii anni huius

habita, dubium proposuit discutiendum. *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur,* de eaque retulit- Emi Patres hac relatione, Officialium Praelatorum suffragiis et R. P. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, auditis, rescribere censuerunt : *Signandam esse commissionem si SSmo placuerit.*

Facta autem a subscripto Cardinali Sanctitati Suae subsignato die relatione, Beatissimus Pater, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *Commissionem Introductionis causae Aloisii Versiglia et Callisti Caravario* Sua manu dignatus est subscribere.

Datum Romae, die 13 Iunii a. D. 1952.

£8 C. Card. **MIGARA**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

h. % S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ALBA JULIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (NAGY-ANTHAL)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Iulii Anthal, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Romae, Palazzo della Cancelleria) die 22 Martii 1953 hora decima secunda cum dimidio ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Iulii Anthal, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Dinus Staffa, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 15 Decembris 1952.

E. Fiore, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Jules Anthal, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 22 mars 1953, à 12 heures et demi, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

***(Jonst-t-il de la nullité du mariage dans le** cas?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Jules Anthal devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistente al Soglio Pontificio

30 dicembre 1949. S. E. Revma Monsig. Auvity Francesco, Vescovo titolare di Dionisiana.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

8 settembre 1947. Monsig. Germain Ottavio, della diocesi di Lisieux.
24 » 1952. Monsig. Lisibach Gustavo, della diocesi di Basilea.

Con Biglietto della Segreteria di Stato in data 31 dicembre 1952, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare Pillino e Revmo Monsig. Carlo Corvo, *Sotto-Segretario della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

Parimenti con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di Sua Santità :

28 gennàio 1946. Monsig. Trezzini Celestino, dell'amministrazione apost. di Lugano.
8 maggio 1950. Monsig. Gallo Gerolamo, della diocesi di Piracicaba.
28 marzo 1951. Monsig. Lindeboom Enrico, della diocesi di Nottingham.
2 giugno » Monsig. Geerdinck Giovanni Antonio, dell'arcidiocesi di Utrecht.
6 » » Monsig. Contreras Giuseppe Umberto, dell'arcidiocesi di Merida.
» » » Monsig. Moreno Eliseo, della medesima arcidiocesi.
13 ottobre » Monsig. Grafenhorst Enrico, della diocesi di Muenster.
21 » » Monsig. Hughes Giovanni, dell'arcidiocesi di Pretoria.
27 » » Monsig. Simmerstaetter Francesco, dell'arcidiocesi di Salisburgo.
28 dicembre >< Monsig. Gabriel Giovanni, dell'arcidiocesi di Vienna.

ONORIFICENZA

Con Breve Apostolico, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano

8 agosto 1952. A S. E. il Signor Gomez Castro Laureano, Presidente della Repubblica di Colombia.

An. et voi. XXXXV 16 Februarii 1953 (Ser. II, v. XX) - N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

SACRUM CONSISTORIUM

i

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die xn mensis lannuarii anno MCMLIIL, in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani fuit *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

I - CAMERARIUS SACRI COLLEGII

Reverendissimus Cardinalis Mercati detulit p er illam Sacri Collegii S. R, E. Cardinalium Beatissimo Patri, qui eam tradidit Reverendissimo Cardinali Bruno, pro hoc anno ipsius Sacri Collegii Cardinalium Camerario.

II - ALLOCUTIO SSMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES

Ex quo Sacrum Collegium vestrum, septem abhinc annos, novis adlectis Purpuratis Patribus, supplevimus, multas illud, ut nostis, gravesque iacturas fecit; ac cupimus imprimis Eminentissimos eos Viros maesto commemorare animo, quorum hodie praesentiam una vobiscum desideramus.

Ut autem novos vobis conlegas donaremus, non modo id suasit, ut nempe amplissimum Ecclesiae Senatum, numero deminutam, redintegraremus, sed ut etiam lectissimos Praesules,

qui vel in Pontificiis Legationibus, vel in sibi creditis dioecesibus, vel in Romana Curia studiosam, sollertem prudentemque suam navando operam summopere Nobis se probavere, multumque ad christiani nominis contulerunt incrementum, digno aflBceremus praemio.

Ac gratissimum Nobis fuisset — id cupimus heic vobis coram declarare — aliis quoque, qui vel suo consilio suaque operositate tam prope Nobis adsunt, vel longe a Nobis adsidue laborantes, virtutum laude promeritisque praestant, eandem impertire dignitatem. Attamen quem Patrum Cardinalium numerum Decessor Noster fel. rec. Xistus V, per Apostolicas Litteras *Postquam verus,* die III mensis Decembris, anno MDLXXXVI datas, decrevit ac statuit, et Codex Iuris Canonici iterum sanxit, [1] haud visum Nobis est, re diligenter perpensa, in praesentibus rerum adiunctis immutare; eis cupimus nihilo secius, quos, etsi dignos, non potuimus tanto decorare honore, aestimationis ac benevolentiae Nostrae significationem hoc in sollemni consessu declarare.

Aliud praeterea est, quod silentio praeterire nolumus: lectissimos nempe Praesules duos, qui pro sua cuiusque parte Officio praesunt publicis procurandis Ecclesiae negotiis, in Sacrum Collegium vestrum cooptare Nobis in animo erat, eorumque iam erant nomina in primis a Nobis scripta, cum legendorum Cardinalium indicem comparavimus. Iidem tamen Praesules, insigni virtutis testimonio, tam instanter a Nobis petiere ut sineremus eos amplissimum hoc declinare munus, ut eorum iteratis votis ac precibus satisfaciendum putaverimus. Quod cum fecimus, eorum voluimus virtutem aliquo honestare praemio; atque adeo eos, ut nostis, ad altioris honoris gradum proveximus, qui satius aptiusque operosae eorum navitatis campum testaretur.

In novis vero deligendis Patribus Cardinalibus ea mente moti sumus ut videlicet, quantum fieri possit, Sacrum Colle-

[1] Can. 231.

gium vestrum veluti viventem imaginem referat totius Ecclesiae, cuius amplissimus Senatus dicitur; Ecclesia nempe Catholica — cuius haec Apostolica Sedes caput est providentis Dei consilio constitutum — nulli genti, nulli populo extranea est, sed ad omnes pertinet, omnesque eadem caritate eademque cura complectitur.

Quin immo hoc videtur Nobis summa consideratione summaque meditatione dignum: dum nimirum nationum communitas ac civium compages nostris hisce temporibus dissidiis discordiisque disiunguntur atque interdum etiam in grave adducuntur discrimen, at contra quae fuit a Divino Redemptore ad omnium reparandam salutem condita societas, eam suapte natura unam esse, ac singulos universos cuiusvis stirpis cuiusvis gentis veluti matrem amantissimam considerare filios.

Hanc singularem indolem, quae eam supra varias nationes ponit, Sacrum Collegium vestrum, ut videtis, participat, quamvis aliquando ex aliis, aliquando vero ex aliis dioecesibus ac populis, pro rerum opportunitate, Purpurati Patres deligan tur. Nulli enim peculiari sedi haec excelsa Ecclesiae dignitas coniungitur, vel necessario tribuenda est; ac praeterea qui eam adepti fuerint, ii procul dubio, ut Nobis perspectum est, in hoc perhonorifico fungendo munere, Ecclesiam universam potissimum prae animo habent.

In praesens autem, dum vos, Venerabiles Fratres, Nobis eo ram cernimus perlibenter, facere non possumus quin ad Venerabilem Fratrem Zagrabiensem Archiepiscopum, cui ob rerum condiciones, in quibus versatur, datum non fuit ut libero commeatu hanc Urbem peteret communemque Patrem adiret, maerentem voluntatem convertamus Nostram. Etsi absentem paterna Nos eum caritate amplectimur; ac cupimus vehementer ut noscant omnes Nos, cum eum Romanae purpurae maiestate decorandum statuimus, non aliud quaesivisse, nisi eximia illius promerita digno honestare praemio, atque etiam universae eius genti testari benevolentiam Nostram; singularique ratione dilectos filios Nostros ac filias dilaudare impenseque solari, qui

strenua sua animi fortitudine, difficillimis hisce temporibus, catholicam suam profitentur fidem.

Peculiarique modo longissime a vero abest nos illum ea mente in Sacrum Collegium vestrum exoptandum decrevisse, ut publicos Jugoslaviae Moderatores provocando offenderemus. Neque Nos hac nuntiata electione voluimus asperrimo illi loquendi modo respondere, quo Nos una cum Apostolica hac Sede detrectamur: asperrimum dicimus loquendi modum, cui quidem, veniam ex animo dantes, ignoscimus.

Verumtamen conscientiae Nostrae officium Nobis haud permittere poterat, ut illarum accusationum fundamentum agnosceremus ac probaremus; quae, ut nostis, eo processerunt, ut Zagrabiensis Archiepiscopus gravissima damnaretur poena. Ac praeterea spei exspectationique non satisfacere non potuimus catholici orbis christifidelium ac non paucorum etiam acatholicorum, quibus hic ad Romanae purpurae dignitatem evectionis nuntius sacri Antistitis apostolico studio christianaque fortitudine praestantis, pergratus fuit. Ceterum Patrum Cardinalium munus ecclesiastica tantummodo dignitas est; qua tamen ii solent, qui publicae rei gubernacula tractant eorumque populi, cum de eorum cive agitur in vestrum adlecto Collegium, summopere laetari.

Aliud denique est, quod magna animum Nostrum aegritudine afficit. Paucis ante diebus Venerabilis Frater Stephanus Wyszynski, Archiepiscopus Gnesnensis et Varsaviensis, brevissimis nuntiavit verbis se non posse, ut in votis erat, hanc almam petere Urbem. Quibus de causis id agere non possit, adhuc Nobis ignotum est. Certissimum est tamen — idque cupimus ut omnes perspectum habeant — Nos, cum eum statuimus ad Romanae purpurae dignitatem evehere, non modo voluisse hunc sacrum Antistitem, de Ecclesia optime meritum, digno decorare praemio, sed nobilissimae etiam Polonorum Nationi, quae in christiani nominis fastis, arduis quoque asperisque temporibus, paginas scripsit summa laude summaque gloria dignas, paternam amantissimamque significare voluntatem Nostram.

Ac postremo virum desideratissimum vobis coram commemoratum volumus, Venetiarum nempe Patriarcham, qui postquam a Nobis nuntiatum fuerat eum proxime fore eadem vestra dignitate augendum, e mortali hac vita decessit. Is apostolicae suae operositatis praemium non heic a Nobis, sed a Deo ipso, ut confidimus, in sempiterna beatitate accepit.

III - CREATIO ET PUBLICATIO PATRUM CARDINALIUM

Iam deveniamus igitur ad amplissimum supplendum Ordinem vestrum, quattuor ac viginti lectissimos Praesules in illum adlegendo, quos ob sua cuiusque eximia promerita ob suasque virtutum laudes hoc tanto honore tantoque munere dignamus.

Hi sunt :

CELSUS COSTANTINI, Archiepiscopus tit. Theodosiopolitanus in Arcadia ac Secretarius S. Congregationis Propagandae Fidei;

AUGUSTUS ALVARUS DA SILVA, Archiepiscopus S. Salvatoris in Brasilia;

CAIETANUS CICOGNANI, Archiepiscopus tit. Ancyranus et Apostolicus in Hispania Nuntius;

ANGELUS IOSEPHUS RONCALLI, Archiepiscopus tit. Mesembrianus et Apostolicus in Gallia Nuntius;

VALERIUS VALERI, Archiepiscopus tit. Ephesinus et Adsessor S. Congregationis Orientali Ecclesiae praepositae;

PETRUS CIRIACI, Archiepiscopus tit. Tarsensis, et Apostolicus in Lusitania Nuntius;

FRANCISCUS BORGONGINI DUCA, Archiepiscopus tit. Heracleensis in Europa et Apostolicus in Italia Nuntius;

MAURITIUS FELTIN, Archiepiscopus Parisiensis;

MARCELLUS MIMMI, Archiepiscopus Neapolitanus;

CAROLUS MARIA DE LA TORRE, Archiepiscopus Quitensis;

ALOISIUS STEPINAC, Archiepiscopus Zagrabiensis;

GEORGIUS FRANCISCUS XAVERIUS MARIA GRENTE, Archiepiscopus Episcopus Cenomanensis;

IOSEPHUS SIRI, Archiepiscopus Ianuensis;

IOANNES D'ALTON, Archiepiscopus Armachanus;

IACOBUS FRANCISCUS Me INTYRE, Archiepiscopus Angelorum in California;

IACOBUS LERCARO, Archiepiscopus Bononiensis;

STEPHANUS WYSZYNSKI, Archiepiscopus Gnesnensis et Varsaviensis;

BENIAMINUS DE ARRIBA ET CASTRO, Archiepiscopus Tarraconensis;

FERNANDUS QUIROGA ET PALACIOS, Archiepiscopus Compostellanus;

PAULUS AEMILIUS LÉGER, Archiepiscopus Marianopolitanus;

CHRYSANTHUS LUQUE, Archiepiscopus Bogotensis in Columbia;

VALERIANUS GRACIAS, Archiepiscopus Bombayensis;

IOSEPHUS WENDEL, Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis;

ALFREDUS OTTAVIANI, Adsessor S. Congregationis S. Officii.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et publicamus S. E. E. Cardinales

Ex Ordine Presbyterorum:

CELSUM COSTANTINI,

AUGUSTUM ALVARUM DA SILVA,

CAIETANUM CICOGNANI,

ANGELUM IOSEPHUM RONCALLI.

VALERIUM VALERI,

PETRUM CIRIACI,

FRANCISCUM BORGONGINI DUCA,

MAURITIUM FELTIN,

MARCELLUM MIMMI,

CAROLUM MARIAM DE LA TORRE,

ALOISIUM STEPINAC,

GEORGIUM FRANCISCUM XAVERIUM M. **GRINTE,**

IOSEPHUM SIRI,

IOANNEM D'ALTON,

IACOBUM FRANCISCUM Me **INTYRE,**

IACOBUM LERCARO,

STEPHANUM WYSZYNSKI,

BENIAMINUM DE ARRIBA ET CASTRO,

FERNANDUM QUIROGA ET PALACIOS,

PAULUM AEMILIUM LÉGER,

CHRYSANTHUM LUQUE,

VALERIANUM GRACIAS,

IOSEPHUM WENDEL,

Ex Ordine Diaconorum :

ALFREDUM OTTAVIANI.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa£gtris et Fiorii et Spiritus £g Sancti. Amen.

Reliquum est ut Ecclesiis, suo viduatis Pastore, consulamus.

iv - PROVISIO ECCLESIARUM

Postea Ssmus per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites pubblicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS

Eierapolitanum, Leonein Iacobum Ossola, iam Episcopum Novariensem, nuper vita functum.

Sancti Andreae et Edimburgensem, Gordon Gray.

Seattlensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Thomam Arcturum Connolly, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Novae Segobiae, dioecesi in archidioecesim evecta, Iacobum Sancho, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Cacerensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Petrum Paulum Santos Song-co, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Iarensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Iosephum Cuenco, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Cagayanum, dioecesi in archidioecesim evecta, Iacobum Thomam Hayes, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Verae Crucis, dioecesi in archidioecesim evecta, Emmanuelem Pium López Estrada, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Mopsuestenum, Iosephum Gotthardt, Vicarium Apostolicum de Windhoek.

Aprensem, Philippum Franciscum Pocock, iam Episcopum Saskatoonensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P., D. Alphridi Arcturi Sinnott, Archiepiscopi Winnipegensis, cui iam successit.

Aeniensem, Ludovicum Morel, iam Archiepiscopum Soeiiüenensem.

Soeiiiienensem, Franciscum Wang.

Cotradensem, Hugonem Bressane de Araujo, iam Episcopum Guaxupensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Antonii dos Santos Cabrai, Archiepiscopi Bellohorizontini.

Sancti Ludovici in Maragnano, Iosephum de Medeiros Delgado, iam Episcopum Caicoënsem.

Corinthiensem, Ianuarium Verolino, Nuntium Apostolicum apud Respublicas Guatimalensem et Salvatorianam.

Macrensem in Rhodope, Ioannem Dooley, Delegatum Apostolicum in Indosina.

Ileliopolitanum in Phoenieia, Danielem Rivero, iam Archiepiscopum Sucrensem.

Nicaenum, Hilarium Alcini, iam Episcopum Dionysiensem.

Sucrensem, Iosephum Clementem Maurer, iam Episcopum Ceaensem.

Olindensem et Recifensem, Antonium Almeida Moraes, iam Episcopum Montisclarensem.

Philadelphienseni, Ioannem Franciscum O' Hara, iam Episcopum Buffalensem.

Goritiensem et Cradiscanum, Hyacinthum Ioannem Ambrosi, iam Episcopum Clodiensem.

Bizyenum, Alexandrum Tokic, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Nicolai Dobreeic, Archiepiscopi Antibarensis.

Sebastenum in Armenia, Alaphridum Arcturum Sinnott, iam Archiepiscopum Winnipegensem.

Cabalensem, Ignatium Mobarak, iam Archiepiscopum Berytensem Maronitarum.

Berytensem Maronitarum, Ignatium Ziade', iam Episcopum Aleppensem Maronitarum.

Coadiutorem cum iure successionis, Excmi P. D. Philippi Servuli Desranleau, Archiepiscopi Sherbrookensis, nuper vita functi, Georgium Cabana, Archiepiscopum Anchialitanum, qui iam successit.

Manaënsem, dioecesi in archidioecesim evecta, Albertum Gaudentium Ramos, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Natalensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Marcolinum de Souza Dantas, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Ilierapolitanum in Syria, Rosalvum Costa Rego, iam Episcopum Marcianensem.

Preslavensem, Mauritium Baudoux, iam Episcopum Sancti Pauli in Alberta, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Arcturi Béliveau, Archiepiscopi Sancti Bonifacii.

Nicomediensem, Paulum Bertoli, Delegatum Apostolicum in Turcarum Republica.

Sanctae Severinae, Ioannem Dadone.

Bononiensem, Iacobum Lercaro, iam Archiepiscopum Ravennatensem et Episcopum Cerviensem.

Pompeiopolitanum in Cilicia, Raphaelem Ignatium Arias Blanco, iam Episcopum Sancti Christophori in Venezuela, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Lucae Gulielmi Castillo Hernández, Archiepiscopi Caracensis.

Carpathiensem, Nicolaum Eugenium Navarro, iam Episcopum Usulensem.

Odessitanum, Ioannem Baptistam Geisler, iam Episcopum Brixinensem, nuper vita functum.

Laodicenum in Syria, Beniaminum Roland-Gosselin, iam Episcopum Siguitanum, nuper vita functum.

Pedachtoënum, Gregorium Hindié, iam Archiepiscopum Aleppensem Armenorum.

Rhoinensem, Ioannem Landàzuri, Coadiutorem Emi P. D. Ioannis Gualberti S. R. E. Cardinalis Guevara, Archiepiscopi Limani.

Ravennatensem et Episcopum Cerviensem, Aegidium Negrin.

Proconnesium, Cornelium Sebastianum Cuccarono, iam Archiepiscopum Hydruntinum.

Brysiensem, Iosephum Bartholomaeum Evangelisti, Coadiutorem Excmi P. D. Evangelistae Vanni, Archiepiscopi Agraensis.

Aprensem, Antonium Gregorium Vuccino, iam Archiepiscopum Corcyrensem.

Laodicenum in Syria, Paulum Bernier, Nuntium Apostolicum apud Respublicas Costaricensem et Panamensem.

Taipehensem, noviter erecta archidioecesi, Iosephum Kuo.

Monacensem et Frisingensem, Iosephum Wendel, iam Episcopum Spirensem.

Teresianum, dioecesi in archidioecesim evecta, Severinum Vieira de Melo, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Kansanopolitanum in Kansas, dioecesi in archidioecesim evecta, Eduardum Iosephum Hunkeler, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Anchialitanum,, Iacobum Vilanova et Meléndez, iam Episcopum Sanctae Annae.

Neapolitanum, Marcellum Mimmi, iam Archiepiscopum Barensem.

Sancti Iosephi in Costarica, Rubén Odio Herrera.

HadrianopoUtanum in Haemimonto, Carolum Falcinelli, iam Episcopum Aesinum.

Barensem, Henricum Nicodemo, iam Episcopum Miletensem.

Novarcensem, Thomam Aloisium Boland, iam Episcopum Patersonensem.

Mocissenum, Vigilium Fridericum Dalla Zuanna, iam Episcopum Carpensem.

Nicopolitanum in Epiro, Coelestinum Iosephum Damiano, Delegatum Apostolicum in Africa Meridionali.

Madytensem, Iosephum Gawlina, iam Episcopum Mariammitanum.

Aleppensem Armenorum, Aloisium Batanian, iam Archiepiscopum Gabulensem.

Scythopolitanum,* Antonium Tani, iam Archiepiscopum Urbinatensem.

EPISCOPOS

Elatensem, Dominicum Tang.

Czestochoviensem, Zdzislaum Golinski, iam Episcopum Hemeriensem.

Theodosiopolitanum in Armenia, Antonium Baraniak, Auxiliarem Excmi P. D. Stephani Wyszyúski, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsa viensis.

Heracleensem Ponticum, Stephanum Bäuerlein, Auxiliarem Ecmi P.D. Antonii Aksamovic, Administatoris Apostolici dioecesis Sirmiensis.

Berolinensem, Gulielmum Weskamm, iam Episcopum Rhandensem.

Nuscanum, Guidonem Casullo.

Dodgepolitanum, noviter erecta dioecesi, Ioannem Baptistam Franz.

Ceucevensem, noviter erecta dioecesi, Aloisium Li Paiyu.

Bencennensem, Loras Thomam Lane, Auxiliarem Excmi P. D. Henrici Patricii Rohlman, Archiepiscopi Dubuquensis.

Seguntinum, Paulum Giirpide Beope.

Atorensem, Ioannem de Vienne, iam Episcopum Tienzinensem.

Faliscodunensem et Aquipendiensem, dioecesibus in personam unitis, Aloisium Boccadoro.

lentaevensem, Alphonsum Tsung Huai-Mo.

Sambalpurensem, noviter erecta dioecesi, Hermannum Westermann.

Niciotanum, Ioannem Baptistam Tran Huu Due, Vicarium Apostoli cum de Vinh.

A~berdonensem, Franciscum Walsh.

Phyteanum, Iosephum Schoiswohl.

Cernitzensem, Aemilium Eliam Verhille, Vicarium Apostolicum Arcis Rousset.

Edistianensem, Petrum Iosephum Rivera Mejia, Auxiliarem Excmi P. D. Bernardi Botero Alvarez, Episcopi Sanctae Marthae.

Novariensem, Gillam Vincentium Gremigni, iam Episcopum Teramensem et Hatriensem.

Mylasensem et Praelatum nullius Batanensem et Babuyanensem, Peregrinum De la Fuente.

Jamnitenum, Thomam Asagoro Wakida, iam Episcopum Yokohamaénsem.

Aegaeum, Gerardum Coderre, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Anastasii Forget, Episcopi Sancti Ioannis Quebecensis.

Qaurianensem, Ernest um Aurelium Ghiglione, Vicarium Apostolicum Bengasinum.

Hiltensem, Norbertum Forero et Garcia, Auxiliarem Excmi P. D. Raphaelis Afanador et Cadena, Episcopi Neo Pampilonensis.

Druensem, Gulielmum Guy Van Zuylen, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ludovici Iosephi Kerkhofs, Episcopi Leodiensis.

Junellensem, noviter erecta dioecesi, Dermot O'Flanagan.

Yakimensem, noviter erecta dioecesi, Iosephum Dougherty.

Abaradirensem, Iosephum Fady, primum Vicarium Apostolicum Likuniensem.

Syedrensem, Franciscum Xaverium Ñuño, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ignatii Placencia et Moreira, Episcopi Zacate - censis.

Nagporensem, Eugenium Ludovicum Reginaldum D'Souza.

Dibrugarhensem, noviter erecta dioecesi, Orestem Marengo.

Kyotensem, noviter erecta dioecesi, Paulum Yoshiyuki Furuya.

Abiddensem, Gulielmum Duschak, primum Vicarium Apostolicum Calapanensem.

Sanctae Annae Pocatierensis, noviter erecta dioecesi, Brunonem Décrocher s.

Cidramenum, Franciscum Miranda Vicente, Auxiliarem Emi P. D. Henrici S. R. E. Cardinalis Pia y Deniel, Archiepiscopi Metani.

Dorylaënsem, Henricum Dupont, Auxiliarem Emi P. D. Achillei S. R. E. Cardinalis Liénart, Episcopi Insulensis.

Insulae Grandis, Ioannem Paschang.

Neritonensem, Conrandum Ursi.

ßegobricensem, Iosephum Pont Gol.

Abydenum, Lancillottum Goody, Auxiliarem Exmi P. D. Raymundi Prendiville, Archiepiscopi Perthensis.

Eelenopolitanum in Palaestina, Matthiam Wehr, Coadiutorem cum iure successionis Exciiii P. D. Francisci Rodulphi Bornewasser, Archiepiscopi Episcopi Trevirensis, cui iam successit.

Anastasiopolitanum, Theodoricum de Angelis, iam Episcopum Nucerinum Paganorum.

Palmyrenum Melchitarum, Leonem Kilzi, iam Episcopum Caesariensem.

Caesariensem, Athanasium EI Chaer.

Rhandensem, Paulum Chevalier, Auxiliarem Excmi P. D. Georgii Francisci Xaverii M. G rente, Archiepiscopi Cenomanensis.

Uelensem, Iosephum Ioachimum Gonçalves, Coadiutorem Excmi P. D. Aloisii Scortegagna, Episcopi Spiritus Sancti, iam vita functi.

Aurelianensem, Robertum Picard de la Vacquerie, iam Episcopum Doarensem.

Botrianensem, Ioannem Lesourd, primum Vicarium Apostolicum Nbunensem.

Be Aguas Calientes, Salvatorem Quezada.

Orurensem, Bertholdum Bûhl, iam Episcopum Cartennitanum.

Cocliabambensem, Ioannem Tarcisium Senner, iam Episcopum Rusaditanum.

Tliagastensem, Antonium Poma, Auxiliarem Excmi P. D. Dominici Menna, Episcopi Mantuani.

Neocaesariensem in Syria, Marcellum Riopel, Auxiliarem Emi P. D. Clementis Aemilii S. R. E. Cardinalis Roques, Archiepiscopi Rhedonensis.

Hipponensem, Gulielmum Bosetti, Auxiliarem Excmi P. D. Hyacinthi Tredici, Episcopi Brixiensis.

Chomatitanum, Aloisium Carolum Borromeo, Auxiliarem Excmi P. D. Petri Calchi Novati, Episcopi Laudensis, iam vita functi.

TagUlaranum, Emmanuelem Mascariñas, iam Episcopum Palensem.

Palensem, Linum Gonzaga.

Wollongongensem, noviter erecta dioecesi, Thomam Me Cabe, iam Episcopum Portus Piriensis.

Jonopolitanum, H über t um Iosephum Paulissen, iam Episcopum Kumasiensem.

Dionysiensem, Carolum Celik.

Yerbiamum, Petrum Ossola, iam Episcopum Montis Alti et Ripanum.

Arethusium, Bonaventuram Jàuregui, Auxililarem Excmi P. D. Ioachimi García Benítez, Archiepiscopi Medellensis.

Montis Alti et Ripanum, dioecesibus in personam unitis, Vincentium Radicioni.

Chusirensem, Fridericum Rintelen, Auxiliarem Excmi P. D. Laurentii Jaeger, Archiepiscopi Paderbornensis.

RaigarJvensem-Ambilcajmrensem, noviter erecta dioecesi, Anscharium Sevrin, iam Episcopum de Ranchi.

Yijayavadanum, Ambrosium De Battista.

Iennganensem, Pacificum Ly-Hsüante.

Yokohamaënsem, Lucam Katsusaburo Arai.

Bruzenum, Iosephum Pavlislc, Auxiliarem Excmi P. D. Victoris Buric, Episcopi Seniensis.

Avensensem, Alaphridum Lanctôt, Vicarium Apostolicum de Bukoba.

Febianensem, Laureanum Rugambwa, primum Vicarium Apostolicum de Kagera Inferiore .

Spiritus Sancti, Iosephum Ioachimum Gonçalves, iam Episcopum Helensem.

Citiensem, Blasium D'Agostino, Auxiliarem Excmi P. D. Oddonis Bernacchia, Episcopi Larinensis et Thermularum.

Barbastrensem, Petrum Cantero Cuadrado.

Cartennitanum, Andream Jacquemin, Coadiutorem Ecxmi P. D. Francisci Mariae Picaud, Episcopi Baiocensis.

Ampuriensem et Templensem, Carolum Re, iam Episcopum Hadrunietinum.

Laganitanum, Xaverium Geeraerts, Vicarium Apostolicum Constermanspolitanum.

Stectorenum, Petrum Marinimi Arntz, Vicarium Apostolicum Bandungensem.

Thapsitanum, xlntonium Torasso, primum Vicarium Apostolicum Florentiae.

Burcensem, Patricium Winters, primum Vicarium Apostolicum Mbnluensem.

Cnossianum, Georgium Leonem Landry, iam Episcopum Hearstensem.

Bismarckiensem, Lambertum Hoch.

Gordenum, Henricum Baaken, Auxiliarem Excmi P. D. Michaelis Keller, Episcopi Monasteriensis.

Clodiensem, Ioannem Baptistam Piasentini, iam Episcopum Anagninum.

Hieracensem, Pacificum Aloisium Mariam Perantoni.

Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Antonii Iosephi dos Santos, Episcopi Assisensis, Iosephum Lazzarum Neves, Episcopum Abaritanum.

Sancti Fiori, Franciscum Marty.

Doarensem, Alexandrum Moscicki, Auxiliarem Excmi P, D. Ceslai Falkowski, Episcopi Lomzensis.

Buffalensem, Iosephum Aloisium Burke, iam Episcopum Vitensem.

Rhasensem, Thomam Gorman, iam Episcopum Renensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iosephi Patricii Lynch, Episcopi Dallasensis.

Minensem, Iosephum Me Shea, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Francisci 0'Hara, Archiepiscopi Philadelphiensis.

Teramensem et Atriensem, Stanislaum Hamilcarem Battiste Iii, iam Episcopum Soanensem-Pitilianensem.

Nolanum, Adulphum Binni.

Hemceuvensem, Iosephum Wan Tsu-Chang.

Carrianensem, Aloisium Bigiurumvvami, primum Vicarium Apostolicum Nyndoënsem.

Astypalaeensem, Iacobum Buis, primum Vicarium Apostolicum Jesseltonensem.

Cnidiensem, Ioannem Vos, primum Vicarium Apostolicum Kuchingensem.

Muranum, Matthaeum Guidonem Sperandeo, iam Episcopum Samiensem.

Baparensem, Xaverium Michaelem Ariz Huarte, Coadiutorem cum iure successionis Excmi *V.T).* Iosephi Garcia Grain, Vicarii Apostolici Portus Maldonadi.

Adrasenum, Matthaeum Garkovic.

Eadrumetinum, Georgium Manrique, Auxiliarem Excmi P. D. Abelis Isidori Antezana et Rojas, Archiepiscopi Pacensis in Bolivia.

Andriensem, Aloisium Pirelli.

Saskatoonensem, Franciscum Iosephum Klein.

Thibaritanum, Leonellum Audet, Auxiliarem Excmi P. D. Mauritii Roj, Archiepiscopi Quebecensis.

Salditanum, Helderium Cámara, Auxiliarem Emi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis de Barros Cámara, Archiepiscopi Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

Coadiutorem cum iure successionis, Excmi P. D. Iosephi Eduardi Me Carty, Episcopi Portlandensis, Danielem Feeney, Episcopum Sitensem.

Montisclarensem, Aloisium Victorem Sartori.

Bacolodensem, Emmanuelem Yap, iam Episcopum Capicensem.

Capicensem, Iosephum Frondosa.

Attudensem, Gulielmum Escobar Vêlez, Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii Andrade Valderrama, Episcopi Antioquiensis.

Cuemavaeensem, Sergium Méndez Arceo.

Rivi Nigri, Aloisium Mousinho, iam Episcopum Cajazeirasensem.

Portus Piriensis, Bryan Gallagher.

Amaurensem, Stephanum Loosdregt, primum Vicarium Apostolicum Vientianensem.

Castabalensem, Iosephum Gabrielem Mariam Tissot, primum Vicarium Apostolicum Berberatensem.

Carcassonensem, Petrum Mariam Puech, iam Episcopum Dolichenum

Vitensem, Franciscum Oroczo Lonielin, Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii Martínez, Archiepiscopi Mexicani.

De Chittagong, Raimundum Larose.

Jalpaiguriensem, noviter erecta dioecesi, Ambrosium Galbiati.

(xunelensem, Ioannem Iosephum Boardman, Auxiliarem Excmi P. D. Thomae Edmundi Molloy, Archiepiscopi-Episcopi Bruklyniensis.

* *Severianensem,* Gabrielem Bukatko.

Hermianensem, Iosephum Villalón Mercado, Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii Martínez, Archiepiscopi Mexicani.

Siguitanum, Beniaminum Roland-Gosselin, iam Episcopum Versaliensem, iam vita functum.

Aezanitanum, Fridericum Emanuel, iam Episcopum Castri Maris.

Monopolitanum, Carolum Ferrari.

Helensem et Praelatum nullius de Rio Branco, noviter erecta praelatura, Iosephum Nepote-Fus.

Photicensem et Praelatum nullius Tefensem, noviter erecta praelatura, Ioachimum de Lange.

Ceaensem et Praelatum nullius Solimoes superioris, noviter erecta praelatura, Wenceslaum Nazarenum Ponti, iam vita functum.

Philadelphiensem in Arabia, Michaelem Fontevecchia, iam Episcopum Aquinatensem, Soranum et Pontiscurvi.

Sanctae Rosae de Copan, Carolum Aloisium Geromini.

Brixinensem, Iosephum Gargitter.

Sancti Christophori in Venezuela, Alexandrum Fernández-Feo Tinoco.

Nucerinum Paganorum, Fortunatum Zoppas.

Zipaquirensem, noviter erecta dioecesi, Tullium Botero Salazar, iam Episcopum Maridensem.

Coadiutorem cum iure successionis, Excmi P. D. Fortunati Chirichigno, Episcopi Piurensis, nuper vita functi, Fridericum Pérez Silva, Episcopum Carystensem, qui iam successit.

Soanensem-Pitilianensem, retento titulo archiepiscopali *ad personam,* Pacificum lulium Vanni, iam Archiepiscopum Singanensem.

Huajuapamensem, Caelestinum Fernández et Fernández, iam Episcopum Bindaeum.

Arcis Gulielmi, noviter erecta dioecesi, Eduardum Quintinum Jennings, iam Episcopum Kamloopsensem.

Kumasiensem, Andream Van den Bronk, iam Episcopum Tentyritanum.

Legaspiensem, Flavianum Ariola.

Indorensem, noviter erecta dioecesi, Franciscum Simons.

Attanasensem, Laurentium Hardman, primum Vicarium Apostolicum Zombaënsem.

Aeheloium, Aemilium Durrheimer, primum Vicarium Apostolicum de Katiola.

Peoriensem, Gulielmum Cousins, iam Episcopum Formensem.

Renensem, Robertum Dwyer.

(ruaxupensem, Ioannem dal Monte, iam Episcopum Agbiensem.

Thennesiensem, Aloisium Rodríguez, Auxiliarem Excmi P. D. Augustini Arce, Episcopi Sanctae Crucis de Sierra.

Hearstensem, Aloisium Lévesque.

Caicoënsem, Iosephum Adelinum Dantas.

Qurzensem, Felicem Honoratum Verdet, Auxiliarem Excmi P. D. Pauli Réniond, Archiepiscopi Episcopi Nicensis.

Polybotensem, Thomam YVilczynski, Auxiliarem Excmi P. D. Petri Kalwa, Episcopi Lublinensis.

Sancti Pauli in Alberta, Aloisium Philippum Lussier.

Coccinensem, Alexandrum Edezhat.

Aleppeyensem, noviter erecta dioecesi, Michaelem Arattukulam.

Catulensem, Leonem Paulum Seitz, Vicarium Apostolicum de Kontum.

Legiensem, Gulielmum Van Rester, Vicarium Apostolicum Basankusuensem.

Eutymensem, Gulielmum Motulese, Auxiliarem Excmi P. D. Fer di - nandi Bernardi, Archiepiscopi Tarentini.

Bindaeum, Eugenium Seiterich, Auxiliarem Excmi P. D. Vendelini Rauch, Archiepiscopi Friburgensis.

Caliensem, Benedictum Zorzi, iam Episcopum Ilheosensem.

M ardane n sem, Petrum Brot, Auxiliarem Excmi P. D. Mauritii Fel tin, Archiepiscopi Parisiensis.

Tremitìi u dum, Regina! dum Duprat, iam Episcopum Princip. Alberti.

Fr in cip. Alberti, Leonem Biais.

Maridensem, Leonem Richardum Smith, Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Aloisii Burke, Episcopi ß uff alen sis.

TAviensem, Franciscum Köning, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Michaelis Memelauer, Episcopi Sancti Hippolyti.

Gisipensem, Basilium Salvatorem Theodorum Peres, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Vietoris Rosarii Fernandes, Episcopi Mangalorensis.

Philadelphenum minorem, Leonardum Fey, Auxiliarem Excmi P. I). Cleti Loayza Gumiel, Episcopi Potosiensis in Bolivia.

Sorsogonensem, noviter erecta dioecesi, Theopistum Alberto et Valderrama.

Bennefensem, Prosperum Dodds, primum Vicarium Apostolicum de Ziguingor.

Portugallensem, Antonium Ferreira Gómez, iam Episcopum Portalegrensem.

Agbiensem, Alphonsum Zaplana Bellizza, Auxiliarem Excmi P. D. Aurelii Macedonii Guerrero, Archiepiscopi Truxillensis.

Cepliasenum, Michaelem Medina et Medina, Auxiliarem Excmi P. D. Iulii Caicedo, Episcopi Caliensis.

Uthinensem, Iosephum Mariam Cavaliere, Auxiliarem Excmi P. D. Alphridi Viola, Episcopi Saltensis in Uruguay,

Gandidae Gasae, Iosephum Me Gee.

Bassianensem, Gualterium Kampe, Auxiliarem Excmi P. D. Gulielmi Kempf, Episcopi Limburgensis.

Viglevwiemem, Aloisium Barbero.

Omoitanum, Iacobum Navagh, Auxiliarem Excmi P. D. Vincentii Stanislai Water s, Episcopi Raleighiensis.

Brugensem, Aemilium De Smedt, iam Episcopum Elusanum.

Sedunesem, Nestorem Adam.

Ru sadifmi um, Iosephum Howard Hodges, Auxiliarem Excmi P. D. Petri Leonis Ireton, Episcopi Richmondiensis.

Valentinensem, Iosephum Urtasun.

Geritanum, Hyaeinthum Argaya et Goicoechea, Auxiliarem Excmi P. D. Marcellini Olaechea et Loizaga, Archiepiscopi Valentini.

Caeciritanum, Raymundum Masnon et Boixeda, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Perei Io et Pou, Episcopi Vicensis.

Tabudensem, Antonium Añoveros Ataún, Auxiliarem Excmi P. D. Angeli Herrera et Oria, Episcopi Malacitani.

Kamloopsensem, Michaelem Alphonsum Harrington.

Aearassensem, Paulum Schoenmaeckers, Auxiliarem Emi P. D. Iosephi Ernesti S. B. E. Cardinalis van Boey, Archiepiscopi Mechliniensis.

Usulensem, Iosephum Carraro, Auxiliarem Excmi P. D. Antonii Mantiero, Episcopi Tarvisini.

Auriensem, Angelum Temiño Saiz.

Elusanum, Iosephum Basilium Roper, iam Episcopum Toowoombaënsem.

Antaradiensem, Benedictum Varghese, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Georgii Thomae Panickerveetil, Archiepiscopi Trivandrensis Syrorum Malankarensium.

Pionitatum, Abilium Dei Campo Barcena, Auxiliarem Excmi P. D. Fidelis García et Martínez, Episcopi Calaguritani et Calceatensis.

Astensem, Iacobum Cannonerò, iam Episcopum Messeniensem.

Laudensem, Tarcisium Vincentium Benedetti, iam Episcopum Jerichuntinum.

Medelitanum, Fulvium Tessa r oli, iam Episcopum Signinum.

Ancusensem, Bonaventuram Porta, iam Episcopum Pisaurensem.

Cremonensem, Danium Bolognini, iam Episcopum Sidoniensem.

Bitensem, Thomam Iosephum Danehy.

Cyparissiensem, Iosephum Bowers, Auxiliarem Excmi P. D. Adulphi JSToser, Episcopi Accraënsis.

Ceryniensem, Iosephum Zimmermann, Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Freundorf er, Episcopi Augu stani Vindelicorum.

R e lenopoli tannm in Palaestina, Ioannem Hackett, Auxiliarem Excmi P. D. Henrici O' Brien, Episcopi Hartfortiensis.

Liberae U rois et Boënsem, Thomam Brosnahan.

Leribensem, noviter erecta dioecesi, Emmanuelem Mabathoana.

Sapporensem, noviter erecta dioecesi, Benedictum Tomizawa.

Prusensem, Gregorium Eliam Olazar Muruaga, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Athanasii Coelestini Jauregui y Goiri, Vicarii Apostolici de S. Gabriele a Virgine Perdolente de Marañon.

Acalissensem, Dominicum da Apresentaçâo Fernandes, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Evangelistae De Lima Vidal, Archiepiscopi Episcopi Aveirensis.

Demetracensem. Franciscum Arcturum Carvalho, Auxiliarem Excmi P. D. Ludovici Mathias, Archiepiscopi Madraspatani et Meliaporensis.

Armeniensem, noviter erecta dioecesi, Jesum Martínez Vargas, iam Episcopum Aulonitanum.

Pereiranum, noviter erecta dioecesi, Balthassarem Alvarez Restrepo, iam Episcopum Amyzonensem.

Bumanguensem, noviter erecta dioecesi, Hannibalem Muñoz Duque, iam Episcopum Succursensem et Sancti Aegidii.

Palmiranum, noviter erecta dioecesi, Jesum Antonium Castro Becerra, iam Episcopum Barranquillensem.

Badiensem, Ruben Isaza Restrepo, Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Ignatii López, Archiepiscopi Carthaginensis in Columbia.

Messeniensem, Franciscum Rendeiro, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Marcellini Antonii Mariae Franco, Episcopi Pharaonensis.

Spirensem, Isidorum Emanuel.

Fidentinum, Paulum Rota, iam Episcopum Memphitanum.

Pisaurensem, Aloisium Carolum Borromeo, iam Episcopum Chômatitanum.

Portale gr ensem, Augustinum De Moura.

Zaparenum, Ernestum Corripio Ahumada, Auxiliarem Excmi P. D. Seraphini Mariae Armora et González, Episcopi Tamaulipani.

Carpensem, Arthemium Prati.

Signinum et Auxiliarem Emi P. D. Benedicti S. R. E. Cardinalis Aloisi Masella, Episcopi Praenestini, Petrum Severi, iam Episcopum Germensem in Galatia.

Aesinum, Ioannem Baptistam Pardini.

ABBATES ((NULLIUS))

Novae Nursiae, Gregorium Gomez.

Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Simonis Laurentii Salvi, Episcopi Diocaesariensis in Palaestina et Abbatis *nullius* Sublacensis, Aegidium Gavazzi.

Montis Virginis, Ludovicum Anselmum Tranfaglia.

Denique Beatissimus Pater ratam se habuisse dixit electionem canonice factam in Synodo Episcoporum Chaldaeorum R. P. Zaya Dachtou ad Ecclesiam metropolitanam Urmiensem et ad Ecclesiam cathedralem Salmasiensem ; pariterque se confirmasse electionem canonice factam in Synodo Episcoporum Syrorum Excmi **P.** D. Iulii Georgii Kandela ad Ecclesiam titularem episcopalem Oeplmsenam eiusdemque translationem canonice peractam in Synodo Episcoporum Syrorum ad Ecclesiam archiepiscopalem Mausiliensem Syrorum.

V - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde personaliter institerunt pro Pallio Antistites Ecclesiarum Metropolitanarum : *Goritiensis et Gradiscanae, Ravemmtensis, Hydruntinae* (per successionem), *Barensis,* necnon Ecclesiae Archiepiscopalis *Catanensis* (per successionem).

Per Procuratores vero postulatio Pallii facta est pro Ecclesiis Metropolitanis : *Sancti Andreae et Edimburgensis Seattlensi* (per elevationem sedis), *Novae Segobiae* (per elevationem sedis), *Cacerensi* (per elevationem sedis), *Iarensi* (per elevationem sedis), *Cagayana* (per elevationem sedis), *Verae Crucis* (per elevationem sedis), *Soeiiiienensi, Montis Re galis* (per successionem), *Sancti Ludovici in Maragnano, Sucrensi, Olindensi et Recifensi, Philadelphiensi, Managuensi* (per successionem), *Monterrejensi* (per successionem), *Manaënsi* (per elevationem sedis), *Natalensi* (per elevationem sedis), *Sherbroolcensi* (per successionem), *Tai pehensi* (noviter erecta), *Teresiana* (per elevationem sedis), *Kansanapolitana in Kansas* (per elevationem sedis), *Sancti Iosephi in Costarica, Novarcensi, Cameracensi* (per successionem). Item pro Ecclesiis Archiepiscopalibus : *Sanctae Severinae* et *Wiwnipegensi* (per successionem).

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria V, die xv Ianuarii mensis anno **MCMLIII**, in Basilica Vaticana, *Consistorium pubblicum* fuit, in quo Sanctissimus D. N. Pius Pp. XII sollemniter imposuit Galerum rubrum Pontificalem Emis et Revmis DD. Cardinalibus :

CELSO COSTANTINI,

AUGUSTO ALVARO DA SILVA,

VALERIO VALERI,

FRANCISCO BORGONGINI DUCA,

MAURITIO FELTIN,

MARCELLO MIMMI,

CAROLO MARIAE DE LA TORRE,

GEORGIO FRANCISCO XAVERIO MARIAE GRENTE,

IOSEPHO SIRI,

IOANNI D'ALTON,

IACOBO FRANCISCO Me **INTTRE,**

IACOBO LERCARO,

PAULO AEMILIO LÉGER,

CHRYSANTHO LUQUE,

VALERIANO GRACIAS,

IOSEPHO WENDEL,

ALFREDO OTTAVIANI.

Interim per Advocatum Sacri Consistorii, Camillum CorsanegOj peroratio fiebat Causae Servi Dei Iosephi Toniolo.

III

CONSISTORIUM SECRETUM

I - CLATJSIO ORIS ET PROVISIO ECCLESIARUM

Publico peracto Consistorio, in consueta aula superiori Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium secretum,* in quo, Beatissimus Pater, postquam supradictis novis Cardinalibus, ut de more, os clausisset, sequentem proposuit Ecclesiam :

Patriarchali Ecclesiae Venetiarum praefecit Emum P. D. Angelum Iosephum S. R. E. Cardinalem Roncalli.

Insuper alium per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatum Sacrorum Antistitem publicavit, videlicet :

Archiepiscopum Urbinatensem, Anacletum Cazzaniga.

II - ORIS APERITIO ET TITULORUM ASSIGNATIO

Post haec Beatissimus Pater os aperuit novensilibus Cardinalibus, ut Consistoriis, Congregationibus aliisve functionibus cardinalitiis suas valeant proferre sententias, eisque tradidit anulos singulisque assignavit :

CELSO COSTANTINI, *Titulum SS. Nerei et Achillei.*

AUGUSTO ALVARO DA SILVA, *Titulum Sancti Angeli in Foro Piscario (diaconia, pro hac vice, in Titulum evecta).*

VALERIO VALERI, *Titulum S. Silvestri in Capite.*

FRANCISCO BORGONGINI DUCA, *Titulum S. Mariae in V alliccila.*

MAURITIO FELTIN, *Titulum S. Mariae de Pace.*

MARCELLO MIMMI, *Titulum S. Callixti.*

CAROLO MARIAE DE LA Torre, *Titulum S. Mariae in A quiro {diaconia, pro hac vice, in Titulum evecta).*

GEORGIO FRANCISCO XAVERIO MARIAE G RENTE, *Titulum S. Bernardi ad Thermas.*

IOSEPHO SIRI, *Titulum S. Mariae de Victoria.*

IOANNI D'ALTON, *Titulum S. Agathae (diaconia, pro hac vice, in Titulum evecta).*

IACOBO FRANCISCO Me Intíre, *Titulum S. Anastasias.*

IACOBO LERCARO, *Titulum S. Mariae in Transpontina.*

PAULO AEMILIO LÉGER, *Titulum S. Mariae Angelorum in Thermis.*

CHRYSANTHO LUQUE, *Titulum SS. Cosmae et Damiani (diaconia, pro hac vice, in Titulum evecta).*

VALERIANO GRACIAS, *Titulum S. Mariae in Via Lata (diaconia, pro hac vice, in Titulum evecta).*

Iosepho Wendel, *Titulum S. Mariae Novae.*

ALFREDO OTTAVIANI, *Diaconiam S. Mariae in Domnica.*

III - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde Revmus D. Cardinalis Piazza, nomine Revmi D. Cardinalis Roncalli, postulavit Pallium pro Patriarchali Ecclesia *Venetiarum ;* Revmus D. Cardinalis Mimmi pro Metropolitana Ecclesia *Neapolitana;* Revmus D. Cardinalis Lercaro pro Metropolitana Ecclesia *Bononiensi;* Revmus D. Cardinalis Wendel pro Metropolitanis Ecclesiis unitis *Monacensi* et *Frisingensi.*

Per procuratorem vero postulatio facta est pro Ecclesia Metropolitana *JJrbinatensi.*

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SPIRITUS SANCTI

CANONICORUM COLLEGIUM IN CATHEDRALI TEMPLO DIOECESIS SPIRITUS SANCTI ERIGITUR ET CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quantae et semper fuerit et sit curae Apostolicae Sedi « domus Dei » decorem augere omnibus est tam compertum ut argumentatione non habeat opus. Quam ob rem, cum Canonicorum Collegia, praeter quam quod in Ecclesiarum regimine consilio sunt praesto Episcopis, sacrarum etiam

caerimoniarum splendori in principe suae cuiusque dioecesis templo dent operam, eadem condere et constituere, quotiescumque per rerum temporumque adiuncta licet, Nobis non laetum non contingere potest. Quapropter, de consilio venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis S. Congregationis Consistorialis a Secretis, auditaque sententia venerabilis Fratris Caroli Chiari o, Archiepiscopi titulo Amideni et in Brasiliana Republica Nuntii Apostolici, postulationi libenter concedendum putamus venerabilis Fratris Iosephi Ioachimi Gonealves, Episcopi Spiritus Sancti, qui a Nobis expostulavit ut cathedrale suum templum, ad iuris normam, Canonicorum instruentur Collegio. Suprema igitur auctoritate Nostra eorum omnium, quorum intersit vel qui sua interesse quovis modo arbitrentur, consensum supplentes, in cathedrali templo dioecesis Spiritus Sancti Canonicorum Collegium erigimus et constituimus, duabus constans Dignitatibus, nempe Decano et Praeposito atque octo Canonicis, quorum alteri munus Theologi, alteri vero Praefecti admissis paenitentium expiandis ad iuris normam concredimus. Dignitatum et canonicatuum assignatio, etiamsi primum concedantur, ad normam iuris communis facienda est. Donec vero hi Canonicatus congruo beneficio augeri nequant, facultatem facimus ut iis etiam sacerdotibus dari possint, qui alio etiam beneficio sint praediti, etsi cum christianorum homi num curatione coniuncto. Indulgemus praeterea ut divino officio, choralibus ritibus faciendo, Canonici dioecesis Spiritus Sancti teneantur diebus tantum Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, Paschatis, Pen tecostes, Augusti Sacramenti, dominico die a Palmis, tribus postremis diebus Maioris Hebdomadae, ac quattuor diebus quibus Deipara Virgo Maria praecipue colitur : vel uti cuiusvis labis ab origine expers, vel uti coelo recepta, vel vulgato nomine « de Penha », uti Patrona dioecesis, vel denique titulo « Auxilii Christianorum », quo cathedrale templum insignitum est. Cum autem deceat ut qui in Episcopi senatum et consilium asciscuntur quibusdam insignibus et privilegiis condecorentur, statuimus ut Dignitates et Canonici in capitularibus caerimoniis et intra fines tantum suae dioecesis nigram induant talarem vestem, fimbriis ornatam violaceis, se zona serica eiusdem violacei coloris circumdent, rocheto praeterea amiciantur, quod manicas habeat coccineo colore radiantes nec non mozeta e serico villoso nigro cum fimbriis coccineis, atque cappa pellibus albi coloris opportuno tempore exornentur ; caligas denique viola tinctas induant. Volumus insuper ut capitulares constitutiones ad iuris tramitem et iuxta ea quae supra a Nobis statuta sunt quam primum condantur ; quas ab Episcopo probatas, a Dignitatibus et Canonicis accipi et religiose servari iubemus. Quoad cetera omnia quae

ad Canonicorum Collegium attinent, officia scilicet, munera, iura et privilegia, diligenter serventur normae iuris communis ; ac propterea, Collegio erecto et constituto, dioecesani Consultores, suo munere perfuncti, finem capiant. Haec omnia a Nobis disposita et constituta, vel venerabilis, quem supra memoravimus, Frater Carolus Chiarlo, Archiepiscopus titulo Amidenus et in Brasiliana Republica Apostolicus Nuntius, exsequenda curabit, cui propterea omnes necessarias et opportunas ad id facultates facimus, alii etiam cuivis viro, si opus fuerit, subdelegandas, in ecclesiastica dignitate constituto ; vel ille curabit, qui eo tempore, quo actus exsecutioni mandabitur, Brasilianae Nuntiaturae praeerit; cui venerabili Fratri onus iniungimus peractae exsecutionis acta conficiendi eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi. Has Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere volumus atque ea quae his Litteris praecipiuntur ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter servari. Si quid contra ea quae a Nobis statuta sunt, a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, id prorsus irritum et inane erit, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per praesentes derogamus. Harum vero Litterarum exemplis vel locis, etiamsi impressis, manu tamen alicuius publici tabellionis subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur ostensis. Nemini denique iis, quae per Nostras has Litteras statuta sunt, obniti liceat. Quod si quis id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit motu rum.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die duodetricesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro iS. **R.** E. **Cancellario**
E. Card. TISSERANT
S. *Collegii Decanus*

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Iosephus Caprio, *Proton. Apost.*

IiOCO ;33 **Plumbi**

Reg. in Cano. Ap., vol. LXXXIV - n. 8ß.

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. PETRUM TIT. SANCTAE MARIAE TRANS TIBERIM S. R. E. PRESB. CARDINALEM SEGURA Y SAENZ, ARCHIEPISCOPUM HISPALENSEM, QUINA LUSTRA A SUSCEPTA SACRA PURPURA IMPLENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem — Quinto ac vicesimo exeunte anno, postquam Decessor Noster ven. mem. Pius XI ad amplissimum Ecclesiae Senatum te cooptavit, iucunda sane praebetur Nobis opportunitas Nostra auctoritate adaugendi tuam tuorumque fidelium laetitiam ac fausti eventi celebrationem bonis secundisque ominibus prosequendi. Quapropter tibi, Dilecte Fili Noster, de proxima celebratione ex animo gratulamur, simulque impensa prece Deum exoramus, ut te tuosque fideles supernis donis solaciisque ditare benigne velit. Quo autem sollemnia proxima utiliora populo christiano evadant, tibi libenter potestatem facimus, ut, die constituta, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus Nostro nomine Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Caelestium interea munerum conciliatrix et nuntia, peculiarisque Nostrae caritatis testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque clero et populo tuae vigilantiae tradito, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vi mensis Decembris, anno **MDCCCCLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. NORMANNUM THOMAM TIT. SANCTORUM QUATTUOR CORONATORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM GILROY, ARCHIEPISCOPUM SYDNEYENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD PRIMUM CONCILIUM PLENARIUM EX UNIVERSO INSULARUM PHILIPPINARUM EPISCOPATU CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Peculiari animi delectatione accepimus, universum Insularum Philippinarum Episcopatum concordi voluntate decrevisse ut, ineunte proximo anno,

primum Concilium Plenarium concelebratur. Quae enim statuta sunt in Concilio Provinciali Manilensi, anno MCMVII ante Iuris Canonici Codicis promulgationem habito, neque insigni Hierarchiae episcopalis in illis insulis incremento amplius respondent, neque omnino congruunt cum novis conditionibus, quae illic exstant, postquam, recenti bello exacto, peramplum Philippinarum Insularum archipelagus Respublica sui iuris factum est. Quapropter proximum Concilium Plenarium ad religiosam ac moralem vitam christiani populi renovandam magni ponderis maximaeque erit utilitatis. Quod sane momentum colligitur ex ipsis quoque argumentis, quae in sollemnibus coetibus erunt pertractanda : Christifidelium in primis fovenda religio rectique mores perficiendi, sacrorum administrorum sanctitudo atque animarum cura in dies provehenda, cathechetica institutio in singulis paroeciis inque publicis privatisque scholis incensiore studio peragenda, Curiae episcopales et officia administrationis dioecesana aptiore ratione moderanda, taxae statutae occasione ministrationis Sacramentorum vel Sacramentalium ad normas canonicas reformandae, decor sacrarum aedium legumque liturgicarum observatio atque ecclesiasticarum vocationum opus alumnorumque Seminariorum educatio et institutio omni industria opeque accuranda, sacra quoque praedicatio et incrementa Actionis Catholicae sedulo promovenda. Denique diligenter perpendenda sunt, quod ad exsecutionem attinet, Statuta recenter a Sacra Congregatione Consistoriali approbata de annuis Episcoporum Conventibus, quos vocant *Catholic Weifare Organization,* decretum eiusdem Sacri Consilii, quo Vicariatus Castrensis in Insulis Philippinis erigitur, et maior sollicitiorque defensio fidei catholicae integritatis morumque catholicorum adversus conatus in dies crebriores dissidentium, qui *Agiipay* nuncupantur. Haec sunt profecto capita summa, quae Nos Praesulibus aliisque in Concilium conventuris excutienda proponimus. Quo itaque congressioni isti episcoporum plenariae ad Codicis Iuris Canonici praescriptum Nosmet Ipsi praeesse possimus, te, Dilecte Fili Noster, qui, Romanae purpurae splendore nitens, perillustrem sedem Sydneyensem regis, Legatum Nostrum a Latere hisce Litteris eligimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, primum Concilium plenarium ex universo Insularum Philippinarum episcopatu nomine Nostro Nostraque auctoritate rite convoces eiusque sollemnibus coetibus praesideas. Interea omnium bonorum Largitorem instanti prece exoramus, ut mentes animosque eorum, qui in Manilensem civitatem convenient, superna luce gratiaque moderetur, piaque incepta ac studia ad felicem exitum perducat. Cuius quidem caelestis auxilii in auspicium inque peculiaria Nostrae caritatis pignus, Apostoli-

eam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, Insularum Philippinarum Praesulibus eorumque gregibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Decembris, in festo Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis, anno MDCCCCIII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII

III

AD BXCMUM P. D. GILLAM VINCENTIUM GREMIGNI, EPISCOPUM NOVARIENSEM, OCTAVO VERTENTE SAECULO EX QUO PETRUS LOMBARDUS QUATTUOR SENTENTIARUM LIBROS IN LUCEM EDIDIT.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Rem memoratu dignam vos celebrat uros esse, cum ex tuis, tum ex istius municipii moderatoris litteris, ad Nos humaniter datis, didicimus : octavum circiter exactum saeculum, ex quo Petrus Lombardus « vir magnae scientiae et super Parisienses doctores admirabilis » (Robertus de Monte, Chronica, apud Mon. Germ. hist. ss, t. VI, p. 509/35) quattuor Sententiarum Libros in lucem edidit. Is profecto vobis gloriae ac decori est, sive in urbe ista, sive ((in territorio Novariensi » (Ricobaldus Ferrariensis, Hist. Imperatorum, apud Script. Rer. Ita!., t. IX, p. 124) natus est ; nam saeculo xii, cum theologicae disciplinae ob singulares nonullorum opinationes per vias transgrederentur, quae in gravia discrimina eas inducere possent, ad severa ille studia Divinarum Litterarum — in quibus peculiari luce praesertim refulgent Psalmorum ac Pauli Apostoli epistularum commentationes — ad Sanctorum Patrum atque ad Ecclesiae doctrinae se totum convertens, veritates divinitus traditas novo lumine collustravit, easque diligenter elucubrando ad quamdam summam redegit, quae sui ingenii monumentum exstat omnibus utilissimum. Ac non modo sacrarum disciplinarum splendore enituit, sed christianae etiam virtutis luminibus, ita quidem ut, Episcopali dignitate auctus, ad illustrem Parisiorum dioecesim moderandam destinatus fuerit. Peculiari autem modo animi demissione christianaque humilitate — etsi in omnium aestimatione erat — praestabat ; quamobrem, cum tanti momenti tantaeque gravitatis opus, hoc est Sententiarum Libros quattuor, inchoavit, hisce verbis proaemiatus est, quae Dantes Aligherius in suo poèmate designat

(Par., X, 106-108) : « Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra cum paupercula in gazophylacium Domini mittere (Cf. Luc, XXI, 2; Marc, XII, 42-43), ardua scandere, opus ultra vires nostras agere praesumpsimus... Delectat nos veritas pollicentis, sed terret immensitas laboris ; desiderium hortatur proiiciendi, sed dehortatur infirmitas deficiendi, quam vincit zelus domus Dei » (Prolog. Lib. Sententiarum, sec edit., ad Claras Aquas prope Florentiam, ex Typ. Coll. S. Bonav.).

Ac parce prudenterque philosophando, contra eos peculiari modo se scribere fatetur, quos « elatiores ac gárrulos ratiocinatores » appellat ; qui quidem « non rationi voluntatem subiciunt, nec doctrinae studium impendunt, sed his, quae somniarunt, sapientiae verba coaptare nitun tur, non veri, sed placiti rationem sectantes... ad fabulas convertentes auditum » (Ibidem).

Haud miramur igitur si hoc opus, difficultatibus non paucis facile superatis, quae a nonnullis, vixdum editum fuit, eidem obiciebantur, in publicis Athenaeis magno cum laudis praeconio ii fere omnes interpretati sunt, qui, ut Albertus Magnus, ut Bonaventura, ut Thomas Aquinas, sacrae tradendae doctrinae fuere principes. Petrus enim Lombardus multum profecto contulit, cum ad solida christianae veritatis proponenda illustrandaque fundamenta, quibus eadem innitatur oportet, tum ad illorum philosophorum sententiarum cursui, qui per pronum errorum iter prülabantur, firma opponenda repagula.

Quapropter, dum hodie quoque id, quod christianae doctrinae, culturae, humanitatisque veluti sacrum patrimonium est a maioribus traditum, a quibusdam vel oblitteratur, vel in omne genus insidias adducitur, dignum omnino est summeque opportunum has glorias non modo mente repetere, sed publice etiam recolere in suaque luce collocare, ut omnibus exemplo sint.

Initum igitur a vobis consilium summopere dilaudamus ; iisque omnibus, qui ad rem conferent, vel saecularibus hisce celebrationibus intererunt, imprimisque tibi, Venerabilis Prater, istiusque municipii moderatori, paternae benevolentiae Nostrae testem ac caelestium munerum auspicem, Apostolicam Benedictionem libentissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die x v mensis Decembris, anno MCMLH, Pontificatus Nostis quarto decimo.

PIUS PP. XII

IV

AD EMUM P. D. MAURITIUM TIT. SANCTAE MARIAE DE PACE S. R. E. PRESB. CARDINALEM FELTIN, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, QUINQUE EPISCOPATUS LUSTRA CELEBRATURUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Duplicem profecto faustitatem tuam fideles tibi commissi, clero quidem suadente, in nobilissima sede Parisiensi summa gestiunt concelebrare laetitia, et susceptam nuperrime Romanam purpuram, qua te exornare voluimus, et quinque episcopatus lustra proxime peragenda. Utriusque sane eventus celebratio tibi exstabit .iucundissima, quum praeclarum sit documentum amoris et venerationis, quibus grex iste tibi suaviter devincitur. Semper enim, ubicumque pastorale officium exercuisti, primo in dioecesi Trecensi, deinde in ecclesiis metropolitanis Senonensi et Burdigalensi, denique Parisiis, in urbe Gallorum capite, ingentes doctrinae caritatisque tuae thesauros profundens, « animam pro ovibus » liberaliter dedisti. Industriam ac sollertiam tuam inter cetera testantur novae erectae aedes sacrae et paroeciales, innumerae consociationes conditae ad Actionem catholicam ordinata et efficaci ratione explicandam, adsiduae curae ad populares mores per sacras missiones perficiendos. Strenuus christianae pacis propugnator, quaestionum socialium percallens, omni nisu studuisti, ut oeconomicae et morales condiciones tenuiorum praesertim opificum allevarentur, ut, qui prole onusti inter infandas belli ruinas tectum amiserant, larem familiarem recuperarent. Peculiarem autem sollicitudinem ad vocationes ecclesiasticas excolendas luculenter demonstrasti, quum inchoatum Seminarium clericorum Majus Senonibus feliciter perfecisti, quumque Burdigalae Seminarium Majus et Sancti Mauritii Seminarium serioribus fovendis vocationibus e solo alacriter excitasti. Has quidem praecipuas laudes tuas suavi memoria recolentes, tibi, Dilecte Fili Noster, de pastorali munere, inter graves temporum acerbitates, tam diu actuoseque gesto vehementer gratularum, uberioresque in dies fructus a Deo ominamur. Quo interea sollemnia proxima salutariora christiano populo exsistant, tibi ultro facultatem concedimus, ut, praefinita die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus

iacrandam. Caelestis autem praesidii auxiliique conciliatrix ac praenuntia, peculiarisque Nostrae caritatis testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, universoque clero fìdelibusque tuae vigilantiae concreditis, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Ianuarii, anno **MDCCCCVIII**,, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS **PP.** XII

NUNTIUS RADIOPHONICUS

EPISCOPIS ET CHRISTIFIDELIBUS DATUS, OB SOLLEMNIA CENTENARIA IN HONOREM S. THOMAE APOSTOLI AC S. FRANCISCI XAVERII IN METROPOLITAE URBE ERNACULAMENSI COADUNATIS.*

From a heart filled with joy and deep fatherly interest We send you Our greeting, beloved sons and daughters, as you convene in Ernakulam to celebrate the centenaries of the holy Apostle Thomas and St. Francis Xavier, heroes both, who brought to India the glad gospel of our Lord and Saviour Jesus Christ.

Malabar and all South India are present in impressive numbers, as well as other sections of your country. Gathered around Our Legate and your Bishops Our Venerable Brothers, in this solemn hour you lift up your hearts and hands to the father of mercies and God of all consolation [1] to render thanks to Him for the priceless gift of faith which you received through those God-sent missionaries.

Not without reason are you proud of the fact that the Lord assigned to you that Apostle who was to place his finger in the wounds of the sacred hands and his hand in the side of Jesus, so that he might bring you the divine truth about God and the redemption and with it the whole treasury of His immeasurable love and grace.

Nineteen hundred years have passed since the Apostle came to India and in word and deed and utter self sacrifice bore witness to Christ in your land. Mighty was the power of God working in him. During the centuries that India was cut off from the West and despite many trying vicissitudes, the Christian communities formed by the Apostle conserved intact the legacy he left them, and as soon as the sea-passage—at the

*** Die 31 Decembris mensis a. 1952.**

[1] ***II Cor.*, I, 3.**

close of the 15th. century— offered a link with their fellow Christians of the West, their union with them was spontaneous.

This Apostolic lineage, beloved sons and daughters, is the proud privilege of many among you who glory in the name of St. Thomas Christians, and We are happy on this occasion to acknowledge and hear witness to it. It is Our hope that their vigorous activity, fruitful in so many good works, and their apostolic spirit, to which Catholic India is indebted for so many ministers of Christ's Kingdom and consecrated virgins, may continue to characterize you and advance the growth of religious life.

This month marks also the 400th year, since Francis Xavier closed his life and apostolate alone on the island of Sancian. It was at the very moment when he was preparing to push on to the imperial court of China in the very heart of the East-Asiatic world. He was only 46 years old and his work in Asia had lasted only 10 years; but it covered the vast region from India's West Coast across Indonesia to Japan; and here in this immense field Francis showed his true greatness. He was great in his farflung plans of spiritual conquest; he was great in his day by day activity; so great that you rightly call him your second Apostle, and the highest authority of the Church has declared him to be the patron of the whole East and then patron of all Missions, a saint, a wonder-worker, reverenced not only by his fellow^ Catholics, but by Hindus too and Moslems and Buddhists.

Yours was the good fortune to have had Francis Xavier sow the seed of the gospel and foster its early growth over the years right in the southern section of your country. From that planting, watered and enriched by his prayers and sacrifices, sprang the work of the Missions, namely the growth of the Catholic Church in India during the last 400 years.

We do not know if the Catholics of India ever commemorated their two Apostles with such splendour and, what is more important, with hearts so well prepared for the message of God and Jesus Christ as you have done during these doys. But this We believe We can say, that no such celebration ever took place at a moment of such consequence for you and your country.

These recent years have seen India enter upon a new era of her history. In laying the foundations of the nascent state she must count on the cooperation of all the sound and competent elements among her people, and she has a right to that cooperation. The powers of good and «vii are contending in bitter conflict for the soul of Asia, and you know

what hangs on the outcome of that conflict. You realize too the important, dominant and uncomplomising role to be played in this conflict and in the upbuilding of the State by Religion, by the true Faith.

At such an hour We call on you: first, to close ranks and stand together! There may be among you differences of rite and other outward practices and maner of living; but you all profess the same faith, you are all brothers and sisters in Jesus Christ, all children of the same mother, His Church. Be you rich or poor, of high or low station—you are all equally members of the great Catholic family and through grace dwelling in your soul are already citizens of heaven.[2] In this union and concord is your strength.

If you should give assistance wherever there is need, this obligation holds especially where there is question of those « who are of one family with us in the faith »,[3] and it holds above all, when the Church herself appeals to your help for those important undertakings without which „ she cannot accomplish her task of opening the way for the grace of the true faith and the knowledge and love of Jesus Christ. In reminding you of this, We are happy at the same time to praise the zeal with which you have thus far fulfilled this obligation.

Let there be a holy rivalry among you in showing each other respect and reverence,[4] and in giving your Bishops that trusting obedience due to those whom the Holy Spirit has appointed to watch over souls, knowing they will have an account to render.[5]

Today when the powers of evil fight in serried ranks and the need for concord among those who are on the side of God is more imperious^ We make bold to call on even the separated brethren: Let the division cease; to you the house is open which the Lord in unmistakable words[6] built on the rock of Peter and his successors.

May the burning appeal, the high-priestly prayer of Jesus Christi find whole-hearthed response from you all: « Holy Father, keep them true to thy name whom Thou hast given to me that they may be one,, as We are one ».[7]

Secondly, it is hardly necessary for Us to remind you, that the Catholic Church demands of no one to give up one's native ways and customs, forces no one to adopt foreign ways of living. The Church

[2] Cfr. *Philipp.,* III, 20.
[3] *Gal.,* VI, 10.
[4] Cfr. *Rom.,* XII, 10.
[5] Cfr. *Hebr.,* XIII, 17.
[6] MATTH., XVI, 16-20.
[7] IOAN., XVII, 11.

belongs to the East as well as the West. She is bounden to no particular culture, she is at home with all who respect the commands of God. What is consonant with man's God given nature, is good and simply human, the Church permits, furthers, ennobles and sanctifies. This once made clear, beloved sons and daughters, it is for you to be conscious of your duty to your country and people.

Be an army of prayers. Storm heaven with your supplications fortified by your self-sacrifice until God pours out his mercy and grace on your cherished land.

Be witness to Jesus Christ. Make it clear, that whatever may be true and good in other religions, finds its deeper meaning and perfect complement in Christ; while the Catholic faith reveals a knowledge of divine truth and a power to save, to sanctify and to unite man with God, which make it infinitely superior.

Uphold the word of truth by your example. So live, that your conduct will be a strong argument drawing men to the true faith in Jesus Christ. That is the sublime apostolate to which you all are called.

Thus a powerful phalanx will be formed from your ranks against the destructive elements of godlessnes. Against them you are in a position to offer to your people and your government the social teaching of the Church. It is based on social justice, on the duty of each to the community, and of the community to each; its goal is peace in the social order, a composing of conflicting interests, so that the humblest in a nation may have at least what is sufficient; its strength is in its uncompromising reverence for the honour and natural rights of every human being.

The people of India should rejoice in the religious spirit rooted in their soul. Through the powerful intercession of Mary, the Blessed Virgin, and your fathers in the faith, the Apostle Thomas and St. Francis Xavier, and through your own courageous profession of the faith in word and deed, may your people in their search for God come to understand the meaning of the high-priestly prayer of our Lord; « Eternal life is knowing Thee, the only true God, and Jesus Christ whom thou hast sent».[8]

As a pledge of eternal life and heaven's richest graces, with all the affection of Our heart We impart to Our most worthy Legate, to your Bishops and priests, to all who labour with you for the salvation of souls, to your apostolic works, your families your youth and the entire nation the Apostolic Benediction.

* IOAN., XVII, 3.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

SACERDOS LEONARDUS PEENEY EXCOMMUNICATUS DECLARATUR

Cum sacerdos Leonardus Feeney, Bostonii *(Saint Benedict Center)* residens, qui propter graviter denegatam oboedientiam Auctoritati Ecclesiasticae a divinis iamdudum suspensus fuerat, non obstantibus iteratis monitionibus et excommunicationis ipso facto incurrendae comminatione, non resipuerit, Emi ac Revmi Patres rebus fidei ac morum tutandis praepositi, in Plenario Conventu Feriae IV, habito die 4 Februarii 1953, eundem excommunicatum cum omnibus iuris effectibus declaraverunt.

Feria autem V, die 12 Februarii 1953, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Papa XII Emorum Patrum decretum adprobavit, confirmavit atque publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die xin Februarii a. **MCMLIII.**

Marius Cr o vini, *Notarius*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 13 decembris Í962. — Titulari episcopali Ecclesiae Badiènsi praefecit R. D. Rubén Isaza Restrepo, rectorem seminarii dioecesis Maniza-Sensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Ignatii Lopez, Archiepiscopi Carthaginensis in Columbia.

die Ï8 decembris. — Cathedrali Ecclesiae Palmiranae, nuper erectae, Exc. P. D. Iesum Antonium Castro et Becerra, hactenus Episcopum Barranquillensem.

— Cathedrali Ecclesiae Pereiranae, nuper erectae, Exc. P. D. Balthassar Alvarez Restrépo, hactenus Episcopum titularem Amyzonensem.

— Cathedrali Ecclesiae Armeniensi, nuper erectae, Exc. P. D. Iesum Martínez Vargas, hactenus Episcopum titularem Aulonitanum.

die 22 decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Messeniensi R. P. Franciscum Rendeiro, O. P., quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Marcellini M. Franco, Episcopi Pharaonensis.

die 27 decembris. — Cathedrali Ecclesiae Portalegrensi R. P. Augustinum De Moura, Superiorem provincialem Lusitanum Congregationis Spiritus Sancti.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zaparenae R. D. Ernestum Corripio et Ahumada, cancellarium curiae dioecesanae Tamaulipanae, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Seraphini Mariae Armora et González, Episcopi Tamaulipani.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

EPISTULA

CIRCA IL PRESTITO DEL MATERIALE CONSERVATO NEGLI ARCHIVI ECCLESIASTICI IN ITALIA.

Roma, SO Dicembre

Eccellenza Reverendissima,

Non può mettersi in dubbio che i documenti, i manoscritti e le altre scritture d'interesse storico, conservati presso gli archivi e le biblioteche degli Enti ecclesiastici e religiosi, siano compresi tra gli oggetti di storia ed arte sacra, di cui alla Circolare di questa Sacra Congregazione del 24 Maggio 1939 *(Acta Apostolicae Sedis,* vol. XXXI, pag. 266), e quindi sottoposti alle disposizioni della medesima Circolare.

Riguardo, poi, ai prestiti di detti documenti, manoscritti e scritture, richiesti per scopo di studio da Enti o persone residenti in Roma, questa stessa Sacra Congregazione dispone che gli stessi documenti, manoscritti e scritture siano inviati in deposito temporaneo presso l'Archivio Segreto Vaticano, che offre tutte le possibili garanzie per una buona conserva-

zione e per la debita sorveglianza durante Io studio, oltre la possibilità di fare eseguire fotografie con vari sistemi.

Invece per le richieste di prestito a scopo di studio da parte di Enti **0** di persone residenti fuori di Roma, questa Sacra Congregazione si riserva di esaminare le singole richieste, affinchè sia salvo il principio che 1 documenti, i manoscritti e le scritture siano depositate nell'archivio o nella biblioteca di Enti ecclesiastici o religiosi. Nel caso, poi, che nella sede richiesta nessun archivio o biblioteca ecclesiastica o religiosa fosse in condizione di assicurare il servizio per lo studio, questa Sacra Congregazione considererà la convenienza del deposito presso una pubblica biblioteca, che dia le necessarie garanzie.

Al riguardo giova pure ricordare che sono tuttora in vigore le proibizioni di estrarre libri, volute da fondatori o da donatori e stabilite dalla Santa Sede per molte biblioteche sotto pena di particolari sanzioni ecclesiastiche.

Voglia, pertanto, l'Eccellenza Vostra Reverendissima richiamare l'attenzione anche dei parroci, rettori di chiese e preposti agli altri Enti ecclesiastici e religiosi sopra le presenti disposizioni, nonché sopra le precedenti di cui alla accennata Circolare di questa Sacra Congregazione del 24 Maggio 1939, invitandoli a curarne la regolare osservanza.

In tale intesa con particolare ossequio mi professo

dell'Eccellenza Vostra Revma
affmo come fratello
Q$ G. Card. **BRUNO,** *Prefetto*

•-L. **£B** S.

F. Roberti, *Segretario*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

DIVIOKEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE CHAUVIGNY - DE SEROUX)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Iacobinae de Seroux, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive perse sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria), die 15 Aprilis 1953 hora meridiana, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Jacobinae de Seroux, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.*

A. Wynen, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 21 Ianuarii 1953.

E. Fiore, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Jacqueline de Seroux défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 15 avril 1953, à midi, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Vonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Jacqueline de Seroux, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AD REDIGENDUM CODICEM IURIS CANONICI OBIENTALIS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

I

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE ((CREBRAE ALLATAE SUNT)) (XXII MÈNSE FEBRUARIO, ANNO MDCCCCXXXXIX). DE DISCIPLINA SACRAMENTI MATRIMONII.

CANONIS 85 INTERPRETATIO AUTHENTICA

D. I. - Utrum sacerdos, latini ritus, legitime assistens nuptiis inter partem catholicam orientalis ritus et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, servare debeat praescriptum canonis 1102 § 2 C.I.C., an praescriptum can. 85 Litterarum Apostolicarum « Crebrae allatae sunt ».

R. Affirmative ad primam partem ; negative ad alteram.

D. II. - Utrum sacerdos, orientalis ritus, legitime assistens nuptiis inter partem catholicam latini ritus et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, servare debeat praescriptum canonis 1102 § 2 C.I.C., an praescriptum canonis 85 Litterarum Apostolicarum « Crebrae allatae sunt ».

R. Negative ad primam partem ; affirmative ad alteram.

II

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE ((POSTQUAM APOSTOLICIS LITTERIS)) (IX MENSE FEBRUARIO, ANNO MCMLIl). DE IUDICIIS.

CANONIS 72 § 1 n. 6 INTERPRETATIO AUTHENTICA

D. I. - Utrum tribunal appellationis de quo in can. 72 § 1 n. 6 « a Patriarchis partium diversi ritus in causa » designandum, constituendum sit a Patriarchis partium in causa datis decretis pro singulis appellationis causis, an unico decreto pro omnibus.

R. Negative ad primam partem; affirmative ad alteram.

D. II. - An verba can. 72 § 1 n. 6 « a Patriarchis partium diversi ritus in causa » intelligenda sint de omnibus Patriarchis fidelium quorum Hierarchae, ad normam can. 39 § 1, convenerunt de unico tribunali constituendo.

R. Affirmative.

CANONIS 151 § 1 INTERPRETATIO AUTHENTICA

D. I. - An verba can. 151 § 1 « in quolibet suae eparchiae loco » ita intelligenda sint ut Episcopus possit, per se vel per alium, intra fines sui territorii, valide et licite actum potestatis iudicialis ponere etiam in locis quae sunt exclusivae iurisdictionis alius ritus, dummodo adsit expressus consensus Hierarchae praedictorum locorum.

R. Afiirmative.

D. II. - Utrum interpretatio data in responsione ad I sit declarativa an extensiva.

R. Negative ad primam partem ; afiirmative ad secundam.

Datum Romae, die 8 m. Ianuarii a. 1953.

De speciali mandato Sanctissimi

M. Card. **MASSIMI,,** *Praeses*

L. g* s. •

A. Coussa, Basilian. Aleppen., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

Con Biglietti della Segreteria di Stato in data 2 gennaio 1953, la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di destinare gli Ill.mi e Rev.mi Monsignori Pietro Pavani, Giacomo Testa, Umberto Mozzoni, Mario Cagna, Giulio Barbetta e Carlo Emanuele Toraldo a portare, in qualità di Ablegati Apostolici, la Berretta Cardinalizia rispettivamente alle LL. EE. RR. i Monsignori Gaetano Cicognani, Nunzio Apostolico in Spagna, Angelo Giuseppe Roncalli, Nunzio Apostolico in Francia, Pietro Ciriaci, Nunzio Apostolico in Portogallo, Francesco Borgongini Duca, Nunzio Apostolico in Italia, Beniamino de Arriba y Castro, Arcivescovo di Tarragona, e Fernando Quiroga y Palacios, Arcivescovo di Santiago di Compost ella.

Parimente con Biglietti della Segreteria di Stato in data 2 gennaio 1953, la medesima Santità Sua si è degnata di destinare le Guardie Nobili Pontificie Luigi dei Marchesi Castiglioni, Luigi dei Marchesi Serlupi d'Ongran, Nob. Filippo Antonucci Lucidi, Conte Lamberto Cantuti Castelvetri, Marchese Silvio Ghini e Conte Edoardo Colacicchi Alessandri, a recare, rispettivamente, alle LL. EE. RR. i Monsignori Gaetano Cicognani, Nunzio Apostolico in Spagna, Angelo Giuseppe Roncalli, Nunzio Apostolico in Francia, Pietro Ciriaci, Nunzio Apostolico in Portogallo, Francesco Borgongini Duca, Nunzio Apostolico in Italia, Beniamino de Arriba y Castro, Arcivescovo di Tarragona, e Fernando Quiroga y Palacios, Arcivescovo di Santiago di Compostella, l'annunzio della loro elevazione alla Sacra Porpora e a porger loro lo zucchetto Cardinalizio.

Inoltre con Biglietti della Segreteria di Stato in data 15 gennaio 1953, la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di assegnare :

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Celso Costantini le Sacre Congregazioni per la Chiesa Orientale, del Concilio, de Propaganda Fide e dei Riti ;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Augusto Alvaro da Silva le Sacre Congregazioni per la Disciplina dei Sacramenti, dei Religiosi e della Rev. Fabbrica di San Pietro ;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Valerio Valeri le Sacre Congregazioni Concistoriale, per la Chiesa Orientale, per la Disciplina dei Sacramenti e degli Affari Ecclesiastici Straordinari;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Francesco Borgongini Duca le Sacre Congregazioni del Sant'Offizio, per la Disciplina dei Sacramenti, de Propaganda Fide e degli Affari Ecclesiastici Straordinari;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Maurizio Feltin le Sacre Congregazioni Concistoriale, del Concilio e dei Riti;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Marcello Mimmi le Sacre Congregazioni del Concilio, dei Religiosi e dei Seminari e delle Università degli Studi ;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Carlo Maria de la Torre le Sacre Congregazioni del Concilio, dei Seminari e delle Università degli Studi e della Rev. Fabbrica di San Pietro;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Giorgio Francesco Saverio Maria Grente le Sacre Congregazioni del Concilio, dei Riti e dei Seminari e delle Università degli Studi ;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Giuseppe Siri le Sacre Congregazioni per la Disciplina dei Sacramenti, del Concilio e dei Seminari e delle Università degli Studi;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Giovanni D'Alton le Sacre Congregazioni per la Disciplina dei Sacramenti, del Concilio e Ceremoniale ;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Giacomo Francesco Me Intyre le Sacre Congregazioni Concistoriale, de Propaganda Fide e Ceremoniale ;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Giacomo Lercaro le Sacre Congregazioni del Concilio, dei Religiosi e dei Seminari e delle Università degli Studi ;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Paolo Emilio Léger le Sacre Congregazioni per la Disciplina dei Sacramenti, dei Riti e della Rev. Fabbrica di San Pietro;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Crisanto Luque le Sacre Congregazioni del Concilio, dei Riti e Ceremoniale;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Valeriano Gracias le Sacre Congregazioni per la Chiesa Orientale, per la Disciplina dei Sacramenti e de Propaganda Fide;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Giuseppe Wendel le Sacre Congregazioni Concistoriale, dei Religiosi e dei Riti;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Alfredo Ottaviani le Sacre Congregazioni del Sant'Offizio, de Propaganda Fide e degli Affari Ecclesiastici Straordinari e il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

21 maggio 1919 L'Emo e Revmo Signor Card. Micara Clemente, *Protettore delle Suore Francescane del Santissimo Sacramento del Secondo Ordine di Ktodzko* (Polonia).

13 agosto 1952. L'Emo e Revmo Signor Card. Pizzardo Giuseppe, *Protettore delle Figlie dello Spirito Santo* (S. Luigi di Potosi).

14 ottobre » L'Emo e Revino Signor Card. Pizzardo Giuseppe, *Protettore delle Figlie della Carità* (Vienna).

27 novembre » S. E. Revma Monsig. Damiano Celestino Giuseppe, Arcivescovo tit. di Nicopoli di Epiro, *Delegato Apostolico nell'Africa Meridionale.*

3 dicembre » S. E. Revma Monsig. Lucas Martino, Arcivescovo tit. di Aduli, *Intemunzio Apostolico in india.*

9 gennaio 1953. Il Signor Avv. Torre Giovanni, *Avvocato Concistoriale.*

15 » » L'Emo e Revmo Signor Card. Ottaviani Alfredo, *Pro Segretario della S. S. Congregazione del Sant'Offizio.*

» » » S. E. Revma Monsig. Bernardini Filippo, Arcivescovo tit. di Antiochia di Pisidia, *Segretario della S. Congregazione de Propaganda Fide.*

Il Revmo P. Cöussa Acacio, *Assessore della S. Congregazione per la Chiesa Orientale.*

17 » » L'Emo e Revmo Signor Card. Valeri Valerio, *Prefetto della S. Congregazione dei Religiosi.*

26 » » S. E. Revma Monsig. Fietta Giuseppe, Arcivescovo tit. di Sardica, *Nunzio Apostolico in Italia.*

7 febbraio » S. E. Revma Monsig. Zanin Mario, Arcivescovo tit. di Traianopoli di Rodope, *Nunzio Apostolico in Argentina.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

2 febbraio 1953. S. E. Revma Monsig. Filippo Bernardini, Segretario della Sacra Congregazione de Propaganda Fide, *Presidente del Consiglio Superiore Generale della Pont. Opera della Propagazione della Fede.*

2 febbraio 1953. S. E. Reyñía Monsig. Filippo Bernardini, Segretario della Sacra Congregazione de Propaganda Fide, *Presidente del Consiglio Superiore Generale della Pont. Opera di san Pietro Apostolo per il Clero Indigeno.*
7 » . » L'Emo e Revmo Signor Card. Alfredo Ottaviani, *Membro della ¡Sacra Congregazione Concistoriale.*

Vescovi Assistenti al Soglio Pontificio:

14 novembre 1952. S. E. Revma Monsig. Battistelli Stanislao, Vescovo di Teramo e Atri.
17 » » S. E. Revma Monsig. Ugliengo Umberto, Vescovo di Susa.

Protonotari Apostolici ad instar participantium *di Sua Santità:*

14 luglio 1947. Monsig. Germain Ottavio, della diocesi di Bayeux.
6 giugno 1951. Monsig. Hendrickx Francesco, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
18 gennaio 1952. Monsig. Gibney Uberto, della diocesi di Southwark.
1 febbraio Monsig. Hägen Augusto, della diocesi di Rottemburgo.
10 marzo » Monsig. Weinbacher Giacomo, dell'arcidiocesi di Vienna.
5. aprile Monsig. Kastell Guglielmo, della diocesi di Magonza.
26 maggio » Monsig. Wattel Giuseppe, dell'arcidiocesi di Cambrai.
» » » Monsig. Boehler Guglielmo, dell'arcidiocesi di Colonia.
29 » » Monsig. Dorran Erberto, della diocesi di Portsmouth.
30 luglio » Monsig. Sommariva Enrico (Roma).
29 ottobre » Monsig. Chimenton Costante, della diocesi di Treviso.
11 novembre » Monsig. De Biasi Giuseppe, della diocesi di Vittorio Veneto.
14 » Monsig. Fink Leone G., dell'arcidiocesi di Filadelfia.
» » » Monsig. Fitzpatrick Fenton J., della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Me Nally Tommaso F., della medesima arcidiocesi.
18 » » Monsig. Voccà Paolo, dell'arcidiocesi di Salerno.
21 » » Monsig. Jaccarino Giuseppe, dell'arcidiocesi di [Sorrento.
4 dicembre Monsig, Di Capua Francesco Paolo, della diocesi di Castellammare di Stabia.
12 gennaio 1953- Monsig. Maurault Oliviero, dell'arcidiocesi di Montréal.
14 » » Monsig. Gouet Giuliano, della diocesi di Le Mans.
» Monsig. Lepron Leone, della medesima diocesi.
» Monsig. Piçhard Luigi, delF arcidiocesi di Parigi.

Prelati Domestici di Sua Santità:

27 gennaio 1946.: Monsig. Trezzini Celestino, dell'amministrazione apostolica di Lugano. *

24	agosto	1946.	Mönsig.	Laverseyn Maurizio, della diocesi di Lilla.
2	gennaio	1952.	Monsig.	Meyer Enrico, dell'arcidiocesi di Bamberga.
»	»	»	Monsig.	Rauh Enrico, della medesima arcidiocesi.
9	»	»	Monsig.	Chaudre Alberto,della diocesi di Aquisgrana.
12	»	»	Monsig.	Jouassard Giorgio, dell'arcidiocesi di Lione.
18	»	»	Monsig.	Goftoel Maurizio, dell'arcidiocesi di Malines.
23	»	»	Monsig.	Romain Giorgio, della diocesi di Meaux.
2	febbraio	»	Monsig.	Fleischmann Francesco Saverio, della diocesi di Ratisbona.
»	»	»	Monsig.	Guenthner Francesco Serafico, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig.	Hoermann Giovanni Battista, della medesima diocesi.
5	»	»	Monsig.	Wall Bernardo, della diocesi di Southwark.
10	»	»	Monsig.	Scheller Carlo, della diocesi di Fulda.
21	»	»	Monsig.	Guardini Romano della diocesi di Magonza.
22	»	»	Monsig.	Kramer Giuseppe, della diocesi di Limburgo.
3	marzo	»	Monsig.	Yanka Carlo Vittorio, della diocesi di Orléans.
5	»	»	Monsig.	Geith Engelberto, della diocesi di Ratisbona.
26	»	»	Monsig.	Pourchet Maurizio, dell'arcidiocesi di Besanzone.
»	»	»	Monsig.	Riduet Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
1	aprile	»	Monsig.	Seeland Ermanno, della diocesi di Hildesheim.
6	maggio	»	Monsig.	Fischi Giovanni, della diocesi di [Secovia.
12	»	»	Monsig.	Hold Carlo, della diocesi di Sant'Ippolito.
»	»	»	Monsig.	Triebl Giovanni, della medesima diocesi.
26	»	»	Monsig.	Laguier Luigi, dell'arcidiocesi di Cambrai.
»	»	»	Monsig.	Chauvin Paolo, della diocesi di La Rochelle.
»	»	»	Monsig.	Ducoux Francesco, della medesima diocesi.
19	giugno	»	Monsig.	Eckert Luigi, dell'arcidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
26	»	»	Monsig.	Morgante Marcello, dell'arcidiocesi di Ravenna.
10	luglio	»	Monsig.	Kainz Eugenio, della diocesi di Wuerzburg.
»	»	»	Monsig.	Schaefer Antonio, della medesima diocesi.
30	»	»	Monsig.	Smith Giorgio D., dell'arcidiocesi di Westminster.
25	agosto	»	Monsig.	Kuhn Giovanni E., dell'arcidiocesi di Cincinnati.
»	»	»	Monsig.	Elko Nicola T., dell'esarcato apostolico per i Ruteni di rito bizantino della Podocarpazia negli Stati Uniti d'America.
29	»	»	Monsig.	Cann Giacomo G., della diocesi di sant'Agostino.
»	»	»	Monsig.	Elslander Carlo L., della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig.	Mullins Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig.	O'Looney Giovanni G., della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig.	Byrne Michele J., della diocesi di San Diego.

Camerieri Segreti soprannumerari di Sua Santità:

12	ottobre	1949.	Monsig. Uchoa Ludolf o, della diocesi di Parnaiba.
17	marzo	1950.	Monsig. Moreno de ÍSant'Ana Giuseppe dell'arcidiocesi di San Luigi del Maragnano.
8	maggio		Monsig. Cruz Arias, della medesima arcidiocesi.
»	»		Monsig. Pires Chaves Federico, della medesima arcidiocesi.
8	luglio		Monsig. Sarrion Giuseppe Maria, della diocesi di Assis.
			Monsig. Silva Antonio Alfonso, dell'arcidiocesi di Paraiba.
			Monsig. Bezerra Dantas Pietro Anisio, della medesima ar cidiocesi.
20	luglio	»	Monsig. Gonçalves Giuseppe del Patrocinio, della diocesi di Bragança.
5	settembre	»	Monsig. Coelho Raffaele, dell'arcidiocesi di Mariana.
27	febbraio	1951.	Monsig. Obendorfer Andrea, della diocesi di Ratisbona.
6	giugno	»	Monsig. Calles Innocenzo, della diocesi di Barquisimeto.
24	»	1952.	Monsig. Miller Giovanni Battista, della diocesi di Rottemburgo.
10	luglio	»	Monsig. Goebel Carlo, della diocesi di Wuerzburg.
»	»	»	Monsig. Heckelmann Antonio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Heeger Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Medermeier Antonio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Stoermer Federico, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Wolpert Leone, della medesima diocesi.
21	»	»	Monsig. Janssen Nicola Giuseppe, dell'arcidiocesi di Colonia.
30	»	»	Monsig. Sutton Edoardo S., dell'arcidiocesi di Westminster.
13	settembre	»	Monsig. Moleon Giovanni, dell'arcidiocesi di Santissima Assunzione.
2	ottobre		Monsig. Gauci Salvatore, dell'arcidiocesi di Malta.
»			Monsig. Preca Giorgio, della medesima arcidiocesi.
7			Monsig. Celiai Fernando, dellal'arcidiocesi di Firenze.
17			Monsig. Dionisi Umberto (Roma).
29			Monsig. Morta Figuls Angelo, della diocesi di Solsona.
30			Monsig. Sutton Edoardo S., dell'arcidiocesi di Westmin-
5	novembre		Monsig. Cavallo Angelo, dell'arcidiocesi di Bari.
»	»		Monsig. Mincuzzi Michele, della medesima arcidiocesi.
			Monsig. Nuzzi Iolando, della medesima arcidiocesi.
»	»		Monsig. Saponaro Raffaele, della medesima arcidiocesi.
»	»		Monsig. lochino Cesare, della medesima arcidiocesi.
»	»		Monsig. Cenesi Giovanni Battista dell'arcidiocesi di Bologna.

11 novembre 1952. Monsig. Druetti Enrico, della diocesi di Ginevra, Losanna e Friburgo.
» » » Monsig. Sgambetterra Ferdinando, della diocesi di Mileto.
>> » » Monsig. Varriale Gennaro, della medesima diocesi.
15 » » Monsig. Del Pietro Luigi, dell'amministrazione aposto lica di Lugano.
18 » » Monsig. Cataneo Alfredo, dell'arcidiocesi di Salerno.
» » » Monsig. Noschese Oreste, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Sarno Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Tafuri Vincenzo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Vicinanza Aniello, della medesima arcidiocesi.
31 » » Monsig. Formica Rosario, della diocesi di Oppido Mamertina.
23 » » Monsig. Falciani Sante, della diocesi di Montalcino.
24 » » Monsig. Valente Marcellino, della diocesi di Chiavari.
» » » Monsig. Fanelli Francesco, della diocesi di San Severo.
» » » Monsig. Sessa Mario, della medesima diocesi.
6 dicembre » Monsig. Bani Guido, della diocesi di La Spezia.
» » » Monsig. Mazzi Fernando, della medesima diocesi.
» » » Monsig. De Lecce Antonio,della diocesi di Ugento.
15 » » Monsig. Talamo Vito, dell'arcidiocesi di Amaltì.

Camerieri segreti soprannumerari di spada e cappa dì Sua Santità:

19 dicembre 1952. U Sig. Foroni Lo Faro Anselmo, dell'arcidiocesi di Genova.
14 gennaio 1953. U Sig. Hood Aroldo, dell'arcidiocesi di Westminster.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

18 ottobre 1952. Monsig. Martínez Garcia Giovanni, della diocesi di Ori huela.
6 dicembre » Monsig. Gabrielli Giuseppe, della diocesi di Sovana-Pitigliano.

Camerieri d'onore soprannumerari di spada e cappa di Sua Santità:

12 marzo 1951. Il Sig. Pustet Federico, della diocesi di Ratisbona.
21 maggio 1952. Il Sig. Garcia de Olalla Nieto Emanuele, della diocesi di Barcellona.
26 novembre » U Sig. Melchior-Bòiinet Cristiano, dell'arcidiocesi di Parigi.
22 dicembre » Il Sig. Giacomini Giuseppe Saverio (Roma).

An. et vol. XXXXV 24 Februarii 1953 (Ser. Ii, T. XX) - N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE DECRETALES

I

BEATAE AEMILIAE DE VIALAR SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Superna illa cunctis praesidiis bumanis longe anteponenda caritas, cuius laus praecipua est penes Ecclesiam, mortalium animos ad Deum transfert, pacem inter eos coagmentat plurimumque potest ad sublevandas omnis generis miserias. Ea est enim quae, ut ait Sanctus Augustinus, « ad alios se inclinat, ad alios se erigit, aliis blanda, aliis severa, nulli inimica, omnibus mater» *(De catech. rud.,* XV; P. L., XL, 328).

In iis, qui hac virtute maxime praestiterunt, numerum quendam obtinet Aemilia de Vialar, Sororum a Sancto Iosepho ab Apparinone auctor, quam Sanctorum Caelitum ordinibus summa cum caerimonia hodie ascripsimus. Quae ut alios pro sua caritate locupletare^ immanes labores animo firmissimo sustinuit et acerbos dolores toleranter est perpessa.

Non mediocrem gloriam consecutum est oppidum Gaillacum, in Gallia Narbonensi intra Albiensis archidioecesis fines positum idemque prisco colore ac specie venustum, quod eximia haec aerumnosorum administra ibi die duodecimo mensis Septembris, anno millesimo septingentésimo nonagésimo septimo, in vitam venit. Quae commendabatur genere parentum, Augusti Antonii de Vialar et Antoniae Aemiliae de Portal, nobilium baronum, ea claritudinem huiusmodi christianarum virtutum splendore erat amplificatura. Ad piae enim matris disciplinam docilis

infantilia, cui ad sacrum fontem nomina Anna, Margarita, Adelaides, Aemilia indita fuere, animum tenellum ad res divinas composuit. Singulari quoque Dei beneficio, sive domi sive in ludo litterario, quem. in patrio oppido obiit, facilem se praebuit in omnes, atque cupiditates frangere ac voluntariis castigationibus semetipsam discruciare maturius quam pro aetate coepit. Anno vero millesimo octigentesimo septimo, sacro chrismate delibuta fuit et corroborata ad christianae vitae certamina ineunda.

Quo liberalius institueretur, Aemilia Lutetiam Parisiorum cum matre concessit, quae tamen paulo post, alienissimo familiae suae tempore, mortem ibi occubuit. In eius urbis Abbatia ad Nenius, quam vocant, adulescentula Canonissis Regularibus a Sancto Augustino, seu a Domina Nostra nuncupatis, biennio usa magistris, animum divina sapientia aluit et humana excoluit doctrina. Praeceptis igitur instructa salubribus, augustissimo Christi Corpore, incredibili gaudio perfusa, primum refecta est, qua ex caelesti dape magnum habuit fructum, quandoquidem postea commemoravit tum se coepisse reapse Deum diligere.

A patre domum quasi in demortuae matris locum vocata, licet in familiaribus gerendis negotiis, praesertim in educendo Maximino fratre natu minore, operam insumeret, tamen simul tota fuit in pietatis caritatisque ofiiciis; quamobrem parens et morosa quaedam ancilla virgini, iniurias omnes modice ferenti, saepe vehementius suscensebant. Aecrescente enim cum aetate sanctimonia, Aemilia ad unius Dei afflatum atque numen se accommodare solebat et in supernas commentandas res incumbere assidue. Nullum praeter Christum amatorem admittens, nuptias a patre sibi com paratas firmiter renuit paucisque diebus post caelesti Sponso virginitatem voti religione consecravit. Exundantis vero fluminis instar, eius studium animorum atque caritas in cives manaverunt : pueris, in christianae fidei veritatum ignoratione versantibus, exstitit magistra ingeniosa eosque, egestate pressos, in aptam domum, quam Gaillaci hereditate possidebat, tamquam mater sollicita recepit. Virgo paene inscia piaculorum omni ope est annisa ut homines, qui in fiagifcia se misere ingurgitassent, ad bonam reduceret mentem. Pauperes curiati consueverant lectissimae puellae circumfundi, quod erant ei divitiae communes cum ipsi, et, cuius pectus Dei inflammabatur amore, ea aegrotis levationem afferre numquam destitit.

Profecto non tantum damna christiano nomini tempore calamitoso illata quo omnis Gallia terrore ac tumultu strepuerat, pro viribus studuit sarcire, sed animum etiam appulit ad Evangelii lumen perferendum in regiones longinquas, errorum tenebris offusas. Quapropter, annos nata

duodeviginti, voti sponsione constituit Sanctum Franciscum Xaverium, utpote divini verbi satorem clarissimum, praecipuis venerari obsequiis.

Postquam diuturnas Deo adhibuit preces ut sibi ostenderet quod vitae genus tandem sibi esset deligendum, novam sacrarum virginum condere sodalitatem caelesti instinctu destinavit. Cui consilio acerrime obstitit pater, qui in filiam, blande rogantem ut sineret propositum se peragere, ira elatus lagoenam quondam coniecit. Forti autem animo virgo domo discessit, parente invito, persuasum sibi habens Patri qui est in caelis imprimis esse obtemperandum ; atque nuntium remisit saeculo cuius iam pridem respuerat blandimenta.

Cum amplissimam hereditatem, ab avo materno acceptam, adiisset, Aemilia, cogitata perficiens, ad domum, haud procul a Sancti Petri aede Gaillaci paratam, cum aliquot sociis se rettulit ut religiosae vitae instituta profiteretur ; eam piam sodalitatem ob singularem suam erga Deiparae Sponsum observantiam a Sancto Iosepho nuncupavit, adiecto nomine *ab Apparinone,* ut Incarnationis mysterium, huic « viro iusto » ab Angelo significatum (cfr. **MATTH**., I, 19), recoleretur.

Quoniam, ut par fuit, novae societatis vivendi ratio ad normam erat dirigenda, Aemilia statim quaedam praecepta velut primis lineis designavit; nacta autem postea opportunitatem, ante altaris Sacramentum genibus nisa certam Regulam perscripsit, qua sodalibus id praesertim proposuit ut, vitam umbratilem ex virtutis lege agentes, sanctimoniam per sequerentur, atque, actioni simul insistentes, potissimum apud gentes idolorum cultui deditas, iuventutem informarent ad religionem et humanitatem, morbo vexatis assiderent aliasve ob causas doloribus cruciatos delenirent.

Quam a Sancto Iosepho societatem Franciscus de Gualy, Albiensis Archiepiscopus, apud quem legifera mater magna erat caritate, aliique Sacrorum Antistites probaverant, decimo anno a positis initiis, eam, propter uberes quos iam messuerat laborum fructus, Sedes Apostolica decreto laudis, quod dicunt, ornavit et auxit.

Primae igitur sodales, quae meliorem virtutis disciplinam reperiebant nullam quam contemplationem atque imitationem iuvenis moderatricis, eadem cohortante ac praeclari exempli facem praeferente, per oppidum Gaillacum discurrerunt ne ullius temporibus deessent. Sed non multo post constitutam societatem alacris antistita impetu quodam divino in regionem peregrinam lata est, quo religionis fines latius propagaret. Postquam enim Galli in suam dicionem redegerunt partem Africae quae vergit ad Septentrionem, cum tribus sociis, anno millesimo octingentesimo tricesimo quinto, navi profecta est Icosium. Cum vero in eam urbem exi-

tiabilis cholera morbus incidisset, qui contactu in dies ingruebat ac vulgabatur in homines, Aemilia eiusque filiae nulli pepercerunt labori, periculum etiam vitae non dubitanter adierunt ut aegrorum corporibus mederentur animosque aut a vana superstitione ad christianam traducerent veritatem aut a perditis moribus ad bonam frugem revocarent, denique monentes componerent ad pium exitum. Patrimonium lau tum et copiosum, quod ei obtigerat, nobilis Christi alumna prope confecit ut Icosii congregationis suae coenobium exstrueret. In quo litterarum ludus frequenti patebat iuventuti, et valetudine affecti, praesertim Mahometanae religionis secta tores, suis morbis ac vulneribus remedium inveniebat, singulare studium, quod sacrae virgines ipsis navabant, non perperam admirati. Hae, cum tam commode ab omnibus audirent, Hipponem quoque, Cirtam, Tunetem advocatae sunt ut constituerent domicilia, unde multum boni est in cives derivatum.

Cunctis suffragiis summa iam moderatrix creata, Aemilia pluries Romam petiit ut sodalitatis negotia expediret, atque, apud Gregorium XVI, Decessorem Nostrum, propter meritorum copiam gratiosa, et in Urbe domum condidit et multa, quae societatis conducerent rationibus, impetravit.

Ad communem salutem sorores in Graeciam, insulam Cyprum, Angliam, Syriam, in Terram Salvatoris incolatu consecratam aliasque regiones Asiae atque etiam in Australiam dimisit, ita ut ante obitum quadraginta amplius domorum auctor sit effecta.

Pro gravi suo munere navigationi ac viae saepe se commisit, quibus in peregrinationibus vix dici potest quot incommoda et molestias toleraverit. Transmittens quondam Mare Internum, quod ventis saeviebat, aliquot dies, haud secus ac gentium Apostolus, pro tempestate fluitavit. Postquam autem, in maximo versans discrimine, voti sponsione statuit se in insula Melita, quo fluctibus agebatur, condituram collegium puellis instituendis, periculo defuncta est ac promissum solvit.

At multo acerbioribus iisque diuturnis Aemilia affiictata est doloribus ; qua una mercede contingere solet ut immensa Sanctorum hominum opera prospere cedant et felicibus augescant incrementis. Sorores enim, quibus praeerat, e domibus, summo cum labore et impendio in Algeriensi regione constitutis, inique sunt deiectae ; propter perversam rerum administrationem atque improbitatem eorum, in quibus, maximis occupationibus distenta, moderatrix collocaverat fiduciam, totius patrimonii iacturam fecit, et cum ideo iudicium haberet, pluries in eo concidit ; non defuerunt qui sequius de ea loquerentur falsumque crimen, quasi venenatum telum, in ipsam iacerent ; pervicaces quasdam et ofiirmatas sodales

e societate expeliere coacta est ; domum principem in patrio sitam oppido Gaillaco amisit, quin etiam intra Albiensis archidioecesis fines iussa fuit Sacramentis in tempus abstinere. Emicuerunt tum cum maxime invicta eius firmitas animi atque summum divinae voluntati obsequium adeo ut, quotiescumque in aerumnam incidisset, psalmum cui initium « Laudate Dominum omnes gentes », vel hymnum Ambrosianum cantando, agere Deo gratias soleret.

Cum igitur Gaillaci non amplius posset cum sodalibus commorari, Tolosam demigravit ubi societatis sedem principem poneret, sed, quoniam negotium eiusmodi ibi facile nequibat explicari, Massiliam pervenit. Qua in urbe frequente atque negotiosa ex tot curis et sollicitudinibus tandem conquievit, cum invenisset Sacrorum Antistitem qui ipsam comiter exciperet cuiusque obtecta praesidio, magno etiam cum civium fructu, aedes ibi conderet praecipuas. Die denique septimo decimo mensis Octobris, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto, Galliae Imperator congregationem Sororum a Sancto Iosepho ab Apparitione in societatibus lege civili constitutis ascripsit, cuius rei nuntio summa antistita fuit non parum allevata.

Tantus vero animi vigor totque bene facta proficiscebantur a more, quem sibi fecerat Aemilia, omnem vitam ad religionis pietatisque rationes conformandi. Etiam cum erat in labore et itinere, Deum in animo eo - gitabat, et a consuetudine Eidem supplicandi numquam recedebat. Ea praeterea utebatur verecundia ut, quidquid praeclare a se actum esset, non sibi sed uni caelesti Numini tribueret, ac modeste de se ipsa iugiter existimaret. Instituta societatis, quae ab ea repetebatur, diligentissime obiens, studebat vehementer paupertati, cuius dedit specimen eximium cum, aliorum socordia et nequitia de fortunis omnibus deturbata et redacta ad inopiam, tunc se diceret coepisse veram esse mulierem religiosam. Castimoniam ipsa colens vigilanter, eius periculis filias prohibebat, cuius rei gratia mare quondam traicere non dubitavit. Iis qui praeerant, magistris potissimum pietatis atque conscientiae suae iudicibus, parebat animo submisso iisque inconsultis maioris ponderis negotia non aggrediebatur.

Congregationem, quae plurium sodalium cooptatione augebatur, viginti quattuor annos ad mortem usque singulari cum prudentia rexit, atque, in sacras virgines suae fidei commissas omnes curas sapienter intendens, erexit iacentes, labantes confirmavit, cunctas ad virtutem incendit.

Sibi constans atque obdurans, quamvis tot iactaretur procellis, peculiaribus quoque muneribus supernis a teneris annis erat cumulata.

Caritatis autem et religiosi animorum studii exempla, quae edidit Aemilia, huiusmodi fuerunt ut cum admiratione in ea respicerent aequales atque posteri. Hunc, quo exercebatur, divinum ignem nulla valuit restinguere calamitas, nullus labor opprimere, nulla minuere iniuria.

Attamen egregiam eius virtutem Deus amplissimo praemio, quod Ipsum diligentes manet, condecorare maturavit. Repentina enim vi eius morbi est exstincta, quem admodum iuvenis ex caritate nacta fuerat, cum magnum pondus tritici attolleret, in pauperes erogandum. Itaque die vicesimo quarto mensis Augusti, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo sexto, cunctis morientium praesidiis rite comparata ad Divini Sponsi adventum, Massiliae e corporis vinculis ad Eum evolavit cui caritate, quae « numquam excidit » *(I Cor.,* XIII, S), iungeretur in aevum.

Immaturae morti legiferae matris non solum tota Sororum a Sancto Iosepho familia illacrimavit, sed etiam civitas tam praeclarae mulieris desiderio est mota. Funere in templo Dominae Nostrae de Monte, quod vocant, honeste celebrato, exanime corpus in Sancti Caroli sepulcreto conditum fuit, unde quattuor post annos erutum ad Sancti Petri coemeterium est translatum. Anno demum millesimo nongentesimo quarto decimo in sacra aede domus principis eiusdem sodalitatis exculto contectum sepulcro, pio honore etiam nunc ornatur.

Percrebrescente autem fama sanctitatis potissimum ob prodigia, quae Deus, Aemilia de Vialar deprecante, patrare ferebatur, causa de ea in Beatorum Caelitum fastos referenda agi coepta est. Processibus igitur ordinaria auctoritate perfectis, Pius XI, Decessor Noster, die decimo nono mensis Maii, anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto, commissionem introductionis causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, sua signavit manu. Cum deinde exerceretur quaestio de virtutibus sive theologalibus sive cardinalibus Venerabilis Famulae Dei, idem Decessor Noster, omnibus rite perpensis et disceptatis, die undevicesimo mensis Martii, anno millesimo nongentesimo quinto et tricesimo, eas more heroum Ecclesiae cultas esse sollemniter edixit.

Quibus absolutis, tractari coeptum est de miraculis, quae Venerabilis huius Virginis invocato nomine, a Deo dicebantur effecta. Itaque, post acres investigationes probationesque, Decessor Noster, quem diximus, die undecimo mensis Decembris, anno millesimo nongentesimo duodequadragesimo, decrevit : *Constare de instantánea perfectaque sanatione tum lolandae Della Santa ad ostéomyélite acuta cervicalium vertebrarum cum affections meningea, cum adulescentulae Annae Elias a typha extremae gravitatis.*

In generali autem congregatione, die vicesimo quarto mensis Ianua-

rii, anno millesimo nongentesimo tricesimo nono, coram eodem Summo Pontifice coacta, ut dubium excuteretur an Famulae Dei Beatorum Caelitum honores tuto decerni possent, ille diem undevicesimum mensis Februarii constituit quo mentem suam aperiret. Tanto vero Pastore non post multum tempus morte intercepto, Nos, proxime in Petri Cathedra eum subsecuti, die vicesimo sexto mensis Martii, eodem anno, pronuntiavimus : *Tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Aemiliae de Vialar Beatificationem.*

Quae quidem sacra in Vaticana Basilica die duodevicesimo mensis Iunii, anno millesimo nongentesimo tricesimo nono, splendido cum ritu, ut moris est, et Christifidelium astante multitudine, sunt celebrata.

Cum vero, novensili Beata deprecante, alia a Deo dicerentur patrata prodigia, instante Carolo Miccinelli, Societatis Iesu presbytero atque causae Postulatore, haec causa die vicesimo sexto mensis Iunii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo, resumpta fuit eo consilio ut inclita Virgo provehi posset ad Sanctorum Caelitum honores. Institutis igitur Apostolicis processibus, quos vocant, de miris sanationibus, eadem suffragante, impetratis, duae ab actoribus sunt propositae quibus Aemiliae de Vialar sanctitas comprobaretur.

Primum miraculum contigit Teresiae Moran, religiosae familiae, a Beata conditae, sodali, quae diffusa sclerosi laborabat. Cum salutaris ars irrita foret, aegrota eiusque sociae matris legiferae opem enixis precibus implorarunt. Quibus auditis, die decimo mensis Martii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, Teresia puncto temporis ex gravissimo morbo plane convaluit, quam curationem praeter naturae ordinem evenisse medici periti aliique testes affirmaverunt.

Nec minus mirabili virtute restituta est valetudo Sorori Mariae Brendan, pottiano morbo, quem vocant, affectae qui unam vertebram destruxerat duasque graviter corroserat. Cunctis remediis frustra adhibitis, medici aegrotanti spem omnem salutis ademerunt, quapropter Beatae Aemiliae praesens auxilium suppliciter est flagitatam. Nec in cassum missae preces. Die enim vicesimo quarto mensis Octobris, anno millesimo nongentesimo quadragesimo tertio, religiosa mulier ad certam sanitatem momento fuit reducta, quemadmodum inter medicos ac testes constat,

De utraque curatione ex more in suetis Sacrae Rituum Congregationis comitiis ac postremo coram Nobis die tertio decimo mensis Martii, hoc anno, disceptatum est ; quo in generali conventu, Dilecto Filio Nostro Friderico Presbytero Cardinale Tedeschini, causae Ponente seu Relatore, dubium proponente : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur,* omnes, qui adfuerunt, cum Cardinales tum Prae-

lati Officiales Patresque Consultores sanationes propositas vera habenda esse miracula affirmaverunt. Nos autem, pro rei magnitudine, mentem aperire distulimus, ut ad tam gravem sententiam ferendam, Deo impense supplicantes, supernum impetraremus adiumentum. Itaque, die vicesimo septimo eiusdem mensis et anni, accitis Venerabili Fratre Nostro Clemente S. R. E. Cardinale Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, Dilecto Filio Nostro Friderico Cardinale Tedeschini, causae Relatore quem diximus, Venerabili Fratre Alfonso Carinci, Archiepiscopo titulo Seleuciensi in Isauria atque eiusdem Sacri Consilii Viro a Secretis, et dilecto filio Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, postquam sacris pie sumus operati, sollemniter ediximus : *Constare de instantánea perfectaque sanatione, Beata Aemilia de Violar intercedente, cum Sororis Teresiae Moran, a diffusa sclerosi, tum Sororis Mariae Brendan a tuberculari spondylite dorsuali.*

Quae causa ut ad felicem exitum perveniret, unum dubium supererai expendendum, an, duobus miraculis rite probatis, Sanctorum Caelitum honores tuto decerni possent Beatae Aemiliae de Vialar. Quod dubium in generali conventu, die tertio mensis Aprilis, hoc anno, coram Nobis celebrato, a memorato Cardinale Relatore propositum est; cum vero omnes, qui adfuerunt, Cardinales, Praelati Officiales, Patres Consultores id annuissent, Nos ad certum dandum responsum aliquod temporis spatium interiecimus, quo magnas Deo preces adhiberemus.

Die igitur primo mensis Maii, hoc ipso anno, advocatis, quos memoravimus, Patribus Cardinalibus Clemente Micara et Friderico Tedeschini, atque ornatissimis viris Alfonso Carinci et Salvatore Natucci, post Eucharisticum Sacrificium, hanc tulimus sententiam : *Tuto procedi posse ad Beatae Aemiliae de Vialar sollemnem Canonizationem.*

Quibus peractis, tria ex instituto celebrata fuerunt Consistoria, quorum primum, quod *secretum* dicunt, die duodetricesimo mensis Maii, hoc anno, est coactum. Convocatis igitur apud Nos S. R. E. Cardinalibus, Venerabilis Frater Noster Clemens Micara, Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefectus, sermonem habuit de vita et miraculis Beatorum Confessorum Antonii Mariae Gianelli, Bobiensis Episcopi, auctoris Sororum Beatae Mariae Virginis ab Horto ; Francisci Xaverii Mariae Bianchi, sacerdotis e Congregatione Clericorum Regularium Sancti Pauli Barnabita rum ; Ignatii a Laconi, laici professi Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum ; nec non Beatarum Virginum Aemiliae de Vialar, legiferae matris Sororum a Sancto Iosepho ab Apparitione, et Mariae Dominicae Mazzarello, alterius auctoris Instituti Mariae Auxiliatricis; et acta recensuit quae in causis Beatificationis et Canonizationis eorundem

Beatorum ac Beatarum Sacra Rituum Congregatio, post diligentem cognitionem, admittenda duxerat et probanda. Postquam dicendi finem fecit, Nos astantes Patres Purpuratos rogavimus sententiam, qui omnes sibi in votis esse professi sunt ut Beati illi atque Beatae Sanctorum Caelitum honoribus decorarentur.

Subinde in eadem Sacri Palatii Apostolici aula Consistorium *publicum* habitum fuit, in quo dilecti Filii Sacri Consistorii Advocati, ante solium Nostrum stantes, pro causis Beatorum Confessorum atque Beatarum Virginum, quos memoravimus, luculenter dixerunt. Causam vero Beatae Aemiliae de Vialar Ioannes Baptista Ferrata ornate peroravit. Quibus Consistorialis Aulae Advocatis dilectus Filius Antonius Bacci, ab epistulis ad Viros Principes, Nostro nomine respondit Nos quoque exoptare, ut Beati illi Caelites sanctitatis insignibus honestarentur, verumtamen, antiquum Sedis Apostolicae morem religiose servantes, non antea Nos certam daturos sententiam quam in Consistorio *semipublico,* quod appellatur, de hisce causis Patres Cardinales iterum, Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos, quotquot Romam essent adfuturi, adhibuerimus in consilium. Ut autem Sacrorum Antistites de rebus omnibus ad has causas spectantibus certiores fierent, praecepimus ut ad singulos commentarii mitterentur de Beatorum Caelitum illorum vita, virtutibus, miraculis et de iis quae in eorum causis acta essent. Astantes denique hortati sumus ut supernum lumen, supplices preces ad Deum admoventes, Nobis conciliarent.

Consistorium autem *semipublicum* die quarto mensis Iunii, hoc eodem anno, advocavimus ; in quo, congregatos brevi sermone allocuti, rogavimus ut quid de propositis causis sentirent, Nobis singillatim significarent. E latis suffragiis cum animi gaudio cognovimus omnes tum Purpuratos Patres tum Sacrorum Antistites Beatos illos Caelites dignos existimare qui in Sanctorum coetu atque numero reponerentur. Dies igitur praestituimus quibus ob sollemnem -eorundem Caelitum ascriptionem in Sanctorum fastos sacra in Petriano Templo forent celebranda.

Ad tribuendus autem simul eiusmodi honores Beatis Virginibus Aemi^ Hae de Vialar et Mariae Dominicae Mazzarello diem diximus vicesimum quartum mensis Iunii, eodem anno. De quibus rebus ut acta rite conscriberent astantibus Protonotariis Apostolicis mandatum est.

Cum tandem constitutus illuxisset dies, omnibus tum saecularis tum regularis cleri ordinibus, Romanae Curiae Praesulibus et Oficialibus, pluribus Abbatibus, Episcopis, Archiepiscopis atque S. R. E. Cardinalibus sollemni pompa praeeuntibus et *Sanctorum Litanias* atque hymnum *Ave Maris Stella* concinentibus, Nos Sancti Petri Basilicam, magnifice

excultam, et ingenti multitudine hominum stipatam, quos inter multi fideles e Gallia atque legiferae huius matris alumnae fuerunt, ingressi sumus, et, brevi ante maximum altare effusa prece, ad Nostram Cathedram perreximus.

Tunc, praestita Nobis, ut consuetudo fert, ab astantibus Cardinalibus oboedientia, Venerabilis Frater Noster Clemens Micara, Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefectus et huic duplici Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto Filio Aloisio Philippo Re, Consistorialis Aulae Advocato, *instanter, instantius, instantissime* a Nobis flagitant ut Beatis Aemiliae de Vialar et Mariae Dominicae Mazzarello Sanctorum Caelitum honores decerneremus. Cui petenti Nos per dilectum Filium Antonium Bacci, virum ab epistulis ad Principes, quem diximus, Nos quoque cupere respondimus Beatas illas Virgines Sanctorum asserere ordinibus. Itaque, Divini Paracliti lumine una cum clero et fidelibus implorato, in Cathedra sedentes, uti universae Christi Ecclesiae Magister, sollemniter pronuntiavimus : *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad esoaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ne Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam* **AEMILIAM DE VIALAR** *et Beatam* **MARIAM DOMINICAM MAZZARELLO,** *Virgines, Sanctas esse decernimus et definimus ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illarum memoriam quolibet anno die earum natali, Aemiliae nempe die vigesima quarta Augusti, et Mariae Dominicae die decima quarta Maii, inter Sanctas Virgines non Martyres pia devotione recoli debere. In nomine PaÇfetris et Fipfalii et Spiritus* 83 *Sancti. Amen.*

Qua Canonizationis formula a Nobis prolata, postulationi annuentes eiusdem Cardinalis Clementis Micara, per eundem Advocatum Consistorialem Aloisium Philippum Re Nobis exhibitae, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici et expediri iussimus; astantibus vero Protonotariis Apostolicis ut de hac Canonizatione publicum perscriberent instrumentum manda vimus.

Gratias deinde Deo Omnipotenti ex animo egimus, hymnum *Te Deum laudamus* cum conf ertissima multitudine canentes ac primum novensilem Sanctarum patrocinium invocavimus earumque brevi homilia celebravimus laudes, omnes adhortantes ut a fluxis huius saeculi bonis mentes avocarent et ad lucem converterent, a Sanctis hisce Caelitibus refulgentem, seu ad christianam virtutem ; hanc compescere animi motus, ad

recte agendum compellere, lenire dolores, piamque alere industriam. Denique, postquam Apostolicam Benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam astantibus impertivimus, ad altare accessimus, incruentum Sacrificium oblaturi.


Itaque omnibus quae inspicienda erant perpensis, certa scientia ac Nostrae Apostolicae potestatis plenitudine, omnia et singula quae supra diximus iterum confirmamus, roboramus, statuimus, decernimus atque universae Christi Ecclesiae denuntiamus.

Mandamus insuper ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen Notarii Apostolici subscriptis eiusque sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae iisdem haberetur, si exhibitae vel ostensae forent.

Nemini autem has Litteras definitionis, decreti, ascriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel eis obsistere liceat. Si quis autem id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo primo, die vicesimo quarto mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno tertio decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



Çfe Ego **EUGENIUS** Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis **TISSERANT**, Sacri Collegii Decanus.

£B Ego **CLEMENS** Episcopus Veliternus Cardinalis **MICARA.**

£B Ego **IOSEPH** Episcopus Albanensis Cardinalis **PIZZARDO.**

£g Ego **BENEDICTUS** Episcopus Praenestinus Cardinalis **ALOISI MASELLA.**

Cß Ego **ADEODATUS IOANNES** Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis **PIAZZA.**

£B Ego **FRIDERICUS** Episcopus Tusculanus Cardinalis **TEDESCHINI**, Datarius.

Ego **ALEXANDER** titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis **VERDE.**

Ego **PETRUS** titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis **FUMASONi BIONDI.**

Ego **DOMINICUS** titulo S. Apollinaris Presbyter Cardinalis **IORIO.**

Ego **MAXIMUS** titulo S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis **MASSIMI.**

Ego **NICOLAUS** S. Nicolai in Carcere Tulliano, Protodiaconus Cardinalis **CANALI**, Paenitentiarius Maior.

Ego **IOANNES** S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis **MERCATI.**

Ego **IOSEPH** S. Eustachii Diaconus Cardinalis **BRUNO.**

Pro S. R. E. Cancellario

•B EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

f& CLEMENS Card. MICARA
S. Rituum Congr. Pro-Praefectus

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco Sß Plumbi

Reg. m Canc. Ap., Vol. LXXXII, n. 52.

H

BEATO ANTONIO MARIAE GIANELLI, CONFESSORI PONTIFICI, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolorum successores episcopos meminisse oportet se iis tamquam servos prodesse debere, quibus praesint, « sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis » (Matth. 20, 28). Si enim populo, quem Sanctus Spiritus ipsi regendum tradiderit, episcopus et verbo et opere utilem esse numquam cunctatus erit, tum demum dignus habebitur qui talem accipiat laudem atque mercedem, qualem speculator ille qui « viderit gladium venientem super terram, et cecinerit buccina, et annuntiaverit populo » (Ezech. 33, 23).

Neque umquam talibus Antistitibus, iisque innumerabilibus, caruit sancta Dei Ecclesia, qui operibus declararunt quam perspectum habe-

rent non de se ipsis tantum, sed de universo suo populo sibi rationem esse reddendam.

In quo lectissimo agmine summus caelestium et terrenarum rerum Creator esse voluit Antonium Mariam Gianelli, Bobiensem Episcopum, quem hodie Sanctorum Caelitum, in Christifidelium exemplum, honore sollemniter decoravimus.

Antonius Maria Gianelli, in montano pago cui nomen Cereta, in Ianuensi archidioecesi, humilibus agricolis, at pietate insignibus Iacobo Antonio Gianelli et Maria Gianelli ortus, a prima pueritia eximiis pro aetate virtutibus pulcherrime enituit. Suavi enim ac docili praeditus indole, constanti sua oboedientia singularique morum innocentia quanta futurus esset sanctitate iam tunc perspicue ostendit. Cuius mox rei argumentum fuit studiosa precandi assiduitas, quae virtutum omnium mater solet esse et comes perpetua, quemadmodum in eius parentibus fuerat, et incredibilis, qua tenebatur, cupiditas christianas ediscendi veritates.

Cum autem, ubi primum ea aetate esse coepit qua litterarum elementis imbui poterat, pio curioni, qui primordiorum ludum condiderat, sedula mater puerum instituendum commisisset, minime eum piguit, bis in die unius horae iter suscipere ut scholam adiret, vespere autem pensum in obscura casula scribere, deficiente nonnumquam lucernae oleo : adeo laboriosas omnes paupertatis aerumnas ac molestias Dei auxilio et forti animo vincere ac superare didicerat!

Neque tempus, quod ab audiendo magistro vacuum ipsi erat, in puerilibus ferebat iocis et lusibus aut in desidiosa aequalium societate, sed gnavus et alacer in studia et in preces incumbebat, assiduus adulescentibus christianam doctrinam tradebat, et, praecipue postquam grandiusculus factus est, parentum egestatem opera sua sublevabat lignorum fascibus domum ferendis.

Sed vigilabat infinito suo amore Deus pro filiólo hoc suo eique suppeditabat adiumenta, quibus et plenius doctrinis erudiretur, et viam ingrederetur superno consilio signatam. Cum enim anno millesimo octingentesimo septimo Antonii parentes sub misero suo tecto divitem matronam paucos dies hospitem habuissent, haec puerum Ianuensis Seminarii curavit primum scholas frequentare, mox autem ut is in seminarium ipsum reciperetur impetravit. In quo tam singulari profectu Antonius Maria praestitit, ut brevi tempore et germanis genuinisque virtutibus et doctrina ornatissima discipulis omnibus esset exemplo.

Inter praecipuas autem animi et ingenii dotes, quibus sacri ephebei alumnus efïulsit, efiicientissimum erat ad eloquendum acumen, quod iam antea ita ostenderat, ut puer concionator vulgo diceretur ; adeoque

ut quondam in ipso metropolitano templo, per novendiales Beatae Virginis supplicationes, deficiente concionatore, sermones, Moderatorum iussu, inter maximam populi et frequentiam et laetitiam, habuerit.

Tandem, studiorum curriculo facto, in festo augustissimae Trinitatis, die vicesimo quarto mensis Maii anno millesimo octingentesimo decimo secundo, summo animi sui gaudio in Ianuensi Dominae Nostrae Carmelitidis templo sacerdotii munere donatus est. Hoc fuit sacri eius initium itineris, quod, Deum plus quam homines, quam terrena omnia, quam sui ipsius vitam diligens, inconcussa fide ardentique caritate percucurrit, factus animorum pater verus ac magister.

Fortis simul et comis, solida imbutus pietate disciplinaeque studio, quae insana ferrent atque inveherent eius aetatis mores, in docendo et agendo accuratissime fugiens, iam tunc illum se « ferreum Sanctum » indicavit, quo nomine eius noti appella turi eum erant. Iam enim tunc tam se ad suadendum habilem ostendit, tam efficacem in paenitentibus exhortandis, tam denique ardentem in hominum animis ad sancta Dei praecepta generosasque virtutes formandis tutissimoque ductu dirigendis ut id singulare prorsus pro iuvenili eius aetate credi posset.

Quae excelsae decoraeque virtutes eum semper comitatae sunt, sive cum animorum curationem in Ianuensi archidioecesi suscepit, sive cum rhetoricae magisterium in Aquensi dioecesi primum, mox autem in Ianuensi seminario ipsi commissum est, sive cum ibidem disciplinae rector paulo post creatus est. Quo tamen munere, statim atque animadvertit iuvenum mores, nimis a Tridentini Concilii praeceptis alienos, non licere sibi emendare, sponte abdicavit, ut indefatigabilem suam sollicitudinem in sacras expeditiones et conciones, pro summo, quo tenebatur, animorum amore, totam impenderet.

Cum autem iam eius fama magis in dies augeretur, Ianuensis Archiepiscopus, cl. m. Aloisius Cardinalis Lambruschini, eum « pulcherrimum sui horti florem » Clavar um misit, ac S. Ioannis curiae praefecit, ubi eum magnus populus splendidissimo excepit apparatu. Neque spem res fefellit. Nam mox facta ostenderunt quot et quantos fructus eius sedulitas esset latura. Etenim, brevi effecit ut vitia non pauca radicitus exstirparentur ; ut viri complures et mulieres ad sancta Dei sacramenta crebrius accederent; ut extremum plerique fideles in preces magis assidue incumberent. Ex quo factum est ut non raro videres homines, non tantum intra domesticos parietes, sed in deversoriis etiam frequentes Deo fundere preces.

Attamen inter tot tantosque officii sui labores ad id in primis cogitationes intendit, ut Deo ministros opportune compararet, id curae

constanter habens, ut, cum messis esset multa, operarii non nimis essent pauci. Cum autem sacerdotes, qui e Clavarensi seminario prodibant, non sufficerent ad dioecesis amplitudinem, impense enisus est ut alterum Clavari seminarium conderet. Quod cum, aptis hortationibus et stipe collecta, tandem est consecutus, studiis regundis praefectus mirabili contendit industria ut alumni et virtutibus et doctrina, prout futuros Dei addecet ministros, maxime excellèrent. Neque quidquam neglexit umquam quo sollicitum suum in sacrum illud ephebeum amorem efficienter testaretur.

Interim autem, ut reliqui quoque cleri impigram curam ageret, domi suae colloquia et disputationes cotidianas cum sacerdotibus instituebat de sacris disciplinis, imprimis autem de divinis Libris ac de Theologia, quam moralem vocant, quae haud satis accommode eo tempore in seminario tradebatur.

Suas vero vires impares esse cum sentiret gravibus animorum iuvandorum necessitatibus, quo magis impensiusque populi pietatem et christianae vitae exercitia foveret, Sodalitatem Missionalium a Sancto Alphonso Maria de Ligorio instituit qui Dei verbum uberius et latius, sacris praesertim habitis expeditionibus, quas missiones vocant, propagarent; quos, maxima cum fidelium, praecipue ruricolarum, religiosa utilitate, coniunctos usque habuit in sacerdotalibus obeundis muneribus socios.

Item Sodalitatem condidit Puellarum Mariae Sanctissimae ab Horto, quibus curae praecipuae esset adulescentulas, praesertim e minuto populo, ad pietatem educare, atque aegrotantibus, iis maxime qui egestate premerentur, in valetudinariis adesse. Quae Sodalitas tam ei cordi semper fuit, ut eam sua quoque pecunia saepius sustentaret, deque ea numquam curare destiterit, etiam postquam episcopus est renuntiatus.

Sed impensissimus Antonii Mariae erga gregem suum amor mirum in modum anno millesimo octingentesimo tricesimo quinto emicuit.

Cum enim, exitiosa peste per finítimas terras cunctas pervadente, Clavarensis populus saevi contagia morbi exhorrescens ad curionem suum confugisset, hic, sponte cruciatibus susceptis, Deum supplici prece exoravit ut percuter et pastorem dummodo grex servaretur. Atque dum populus pastorem admiratur insontem multitudinis peccata expiantem, ut divinum amorem suo rependeret, signum supernum datum est immunem eam civitatem a letali tabe futuram.

At talibus animi praedito ornamentis et fortitudine viro, Deo providente, latior patebat excolendus ager.

Itaque factum est ut, duodecim annis post susceptam curiae Clava-

pensis administrationem, episcopus Bobiensis renuntiaretur, Carolo Alberto rege, contra quorundam votum, libentissime eum commendante. Cuius nominationis nuntium stupore fletuque primum. Antonius Maria accepit, seque indignum habens qui tantum onus sustineret, enixis precibus illud conatus est a se avertere, sed cognito divinae mentis consilio, ad novam tandem sibi destinatam se contulit sedem, sibi declarans eum non posse oboedientiam recusare qui constanter oboedientiam praedicavisset.

Quam arduum esset commissum Antonio Mariae munus clare perspiciet qui cum novensilis Episcopi ardenti pietate prolapsam eo tempore in dioecesi Bobiensi sive cleri sive populi disciplinam contulerit. Istiusmodi propterea mores Dei famulus constanti prudentia et fortitudine, benignitate et severitate, patientia et caritate emendandos studiose suscepit, a seminario, quod sodalitati Missionalium a se conditae moderandum commisit, ut aequum erat, exorsus.

Eapropter nihil, quod ad vitia funditus tollenda, ad pietatem colendam, ad divinum cultum restaurandum, ad virtutes fovendas attineret, per octo annos in dioecesi neglexit, sacris maxime expeditionibus et contionibus et christianae doctrinae tradendae et paenitentium confessionibus audiendis strenua data opera. In quibus assiduis sui muneris officiis indefessos habuit adiutores, cum sodales Congregationis Missionalium tum etiam Puellas B. Virginis ab Horto, quos Bobium in hanc rem advocaverat.

Sed cum in Dei vinea purganda et in bonis seminibus spargendis uno Christi amore duceretur, ipsum Sodalitatis Missionalium moderatorem alterum, sibi quidem amicissimum, missum facere non dubitavit, qui, frustra ab Episcopo paterne monitus, perversis Gallicae seditionis doctrinis et Iansenismi erroribus deceptus esset.

Tam gravibus autem propter Dei gloriam susceptis laboribus ac voluntariis cruciatibus, fieri non poterat quin debilis eius corporis vires confringerentur. Re enim vera, anno millesimo octingentesimo quadragesimo quarto exeunte, pientissimae suae matris obitus, mox vero ingravescens phthisis morbus eius valetudinem paulatim penitus labefactaverunt, ita ut ei Placentiam abeundum fuerit ad mitiore caelo fruendum. Neque tamen quidquam de morbi sui gravitate umquam conquestus est; immo vero illum patientissime tulit, id unum acriter dolens, quod neque iam gregem suum regere neque pietatis officia colere posset.

Anno autem millesimo octingentesimo quadragesimo sexto, die septimo Iunii, in festo augustissimae Trinitatis, sancte e terrestri hoc migravit exsilio. Atque defuncti corpus Bobium translatum, in S. Co-

lumbani templi crypta, quam muniflcentissima pietate instauraverat conditum est, inter assiduos maerentium civium luctus et gemitus. Ex quo tempore sanctitatis fama, quae iam viventem Gomitata erat, et amantissimi Pastoris desiderium, quo christifidelium greges, quos curae habuerat, tenebantur, effecerunt ut complures eum deprecatorem apud Deum habere non désistèrent.

Magis autem magisque augescente fama propter complura quae Deus, Antonio Maria deprecante, operatus esse dicebatur prodigia, causa de ipso in Beatorum album referendo, anno millesimo octingentesimo octogesimo nono agi coepta est, pluribus instantibus Episcopis, quos inter memorare Iubet Ioannem Baptistam Porrati, in Bobiensi Sede ven. Gianelli successorem, et Ioannem Baptistam Scalabrini, Placentinum Episcopum. Peractis itaque in Bobiensi, Ianuensi et Clavarensi curiis, ordinariis de eius vitae sanctimonia processibus et a S. Rituum Congregatione rite probatis. Leo XIII Decessor Noster die secundo mensis Iunii, anno millesimo octingentesimo nonagésimo sexto, introductionis causae commissionem sua manu signavit. Apostolicis deinde processibus perfectis, de theologalibus et cardinalibus Ven. Servi Dei virtutibus quaestio disceptata est, quas virtutes Antonium Mariam Gianelli ad heroicum habuisse gradum Benedictus XV, item Decessor Noster, die undecimo mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo vicesimo, astantibus cl-in. Cardinalibus Antonio Vico, S. Rituum Congregationis Praefecto, et Caietano Bisleti, causae ponente seu Relatore, atque Alexandro Verde, tunc eiusdem Congregationis a Secretis, ad cardinalatum postea evecto, et b. m. Angelo Mariani, S. Fidei Promotore generali, sollemniter declaravit.

De duobus deinde miraculis, quae, ven. Antonio Maria deprecante, a Deo ferebantur effecta, disceptatio ineunda erat. Processibus itaque ordinariis rite absolutis, miracula illa investigata fuerunt in suetis eiusdem S. Congregationis ante-praeparatorio et praeparatorio conventibus, ac demum in generali coram Pio XI Decessore Nostro, qui die octavo mensis Iunii anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto, ad se arcessitis quos memoravimus Cardinalibus Vico et Bisleti, atque Alexandro Verde et Angelo Mariani, sacris operatus, sollemniter edixit : *Constare de utroque proposito miraculo,* de primo nempe : *instantánea perfectaque sanatione Melaniae Oleose a tuberculosi pulmonari ad ultimum stadium deducta;* deque altero : *instantánea perfectaque sanatione Eulogii Palacios a gravi vulnere una cum acuta, diffusa et purulenta, quae subsecuta fuerat, peritonitide.*

Paulo post, die octavo mensis Iulii eiusdem anni habita; est in con-

sueta Vaticani Palatii aula congregatio generalis coram eodem Decessore Nostro Pio XI, in qua ab eodem Cardinale Bisleti dubio proposito : *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi posset ad sollemnem Yen. Servi Dei Antonii Mariae Gianelli Beatificationem,* omnes qui aderant uno velut ore affirmaverunt. Summus vero Pontifex supremum iudicium prorogandum censuit ad diem vice simum mensis Iulii. Quo die, postquam incruenta Hostia litaverat, declaravit : *Tuto procedi posse ad sollemnem ven. Servi Dei Antonii Mariae Gianelli beatificationem.*

Quae quidem in Vaticana basilica, ingenti Christifidelium astante multitudine, die undevicesimo mensis Aprilis, Anno Sacro millesimo nongentesimo vicesimo quinto celebrata est.

Cum vero, novensili deprecante Beato, alia dicerentur deinceps a Deo patrata miracula, de eo in Sanctorum canonem adnumerando paulo post cogitatum est; et idem Summus Pontifex Pius XI die vicesimo octavo mensis Iulii anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto resumptionis causae Commissionem sua manu signavit.

Duae itaque S. Rituum Congregationis examini propositae sunt sanationes, Antonio Maria deprecante, mire a Deo patratae. Harum prima fruita est Ravera Zattera, trimestris puella, quam Clavari, anno millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, ob invaginationem ileo-colicam cum occlusione, ut medici asseverarunt, chirurgicae sectioni, die primo Iunii mensis illius anni subici necesse fuit. Cum vero intestinales tunicae iam discissae et emortuae inventae essent, iam iam imminente vitae periculo, medicus vulnerarias a prosequenda ac perficienda sectione se abstinere debuit. At biduo post, B. Antonii Mariae patrocinio implorato, intestini coagmentatio improviso perfecta est, toxihaemia ceterisque mortiferis adiunctis illico cessantibus.

Altera autem aeque mirabilis sanatio puerum, Aldum Simonelli respicit. Hic, in Spediensi urbe, purpura haemorragica fuit affectus, atque morbus adeo in peius versus est, ut die decimo septimo mensis Aprilis anno millesimo nongentesimo quadragesimo nono ad praeagonicum statum infirmum adduxerit, uti postea nosocomii Spediensis medentes et infirmorum ministrae testati sunt. Omnis ergo sanationis spes amissa est. At vespere eiusdem diei, postquam aegrotantis corpori apposita fuit B. Antonii Mariae Gianelli imago, atque enixis precibus ipsius Beati patrocinium imploratimi est, infirmus omnino con valuit, morbi signa evanuerunt, et puer exinde perfecta gavisus est valetudine.

In Clavarensi Curia apostolicae inquisitiones de priore miraculo, in Spediensi de altero peractae sunt; quibus a S. Rituum Congregatione

rite probatis, duas illas sanationes Medicorum eiusdem Congregationis Collegium, die decimo octavo mensis Iulii anno millesimo nongentesimo quadragesimo nono et die vicesimo nono mensis Maii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo ultra evenisse naturae vires affirmaverunt.

De iisdem miraculis disceptatum est in duobus praeparatoriis comitiis, die decimo mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo et die vicesimo tertio Ianuarii huius anni habitis, ac demum in generali, die tertio Aprilis hoc ipso anno, in consueta Vaticani Palatii aula coram Nobis coactis.

In quo generali comitio, dilectus Filius Noster Fridericus, tunc presbyter Cardinalis Tedeschini, qui, uti Causae Ponens seu Relator ei. m. Caietano Cardinali Bisleti successerat, dubium « *An et de quibus miraculis in casu et ad effectum de quo agitur* » discutiendum proposuit ; et omnes qui aderant Patres Cardinales, Praelati et Consultores suas protulerunt sententias.

Quibus auditis, Nos mentem Nostram aperire distulimus ad diem primum subsequentis mensis Maii. Quo die, ad Nos arcessitis venerabilibus Fratribus Nostris Clemente Micara, S. Rituum Congregationis Pro-Praefecto et Friderico Tedeschini Cardinalibus atque venerabili Fratre Alphonso Carinci, qui interea Archiepiscopus Seleuciensis in Isauria electus fuerat, ac Salvatore Natucci, Sacris operati ediximus : *« Constare de instantánea perfectaque sanatione cum Raverae Zattera ab invaginatane ileo-colica, tum Aldi Simonelli a purpura haemorragica primitiva ».*

Quibus expletis, ut praeclara haec causa ad felicem perveniret exitum, unum supererai dubium discutiendum, an, videlicet, duobus miraculis ita probatis, B. Antonio Mariae Gianelli Sanctorum Caelitum honores *tuto* decerni possent. Nos itaque, certiores facti S. Rituum Congregationem omnia, quae sui sunt iuris, adamussim servavisse et cum Patres Cardinales, tum Officiales Praelatos Patresque Consultores in affirmativum suffragium concessisse, die undecimo mensis Maii hoc eodem anno, adstantibus Cardinalibus Micara ac Tedeschini, atque S. Rituum Congregationis Viro a Secretis, una cum Fidei Promotore Generali, sollemniter decrevimus : « *Tuto procedi posse ad sollemnem B. Antonii Mariae Gianelli canonizationem*».

Quo edito decreto, Decessorum Nostrorum exemplis inhaerentes, sueta Consistoria indiximus. *Secretum* die vicesimo octavo ipsius mensis Maii in consueta Palatii Apostolici Vaticani aula coactum fuit, et in eo, postquam venerabilis Frater Noster Clemens Cardinalis Micara, Episcopus Suburbicaria Veliternus, S. Rituum Congregationis Pro-

Praefectus, impetrata a Nobis venia, sermonem habuit de vita et miraculis Beatorum Confessorum Antonii Mariae Gianelli, Episcopi Bobiensis, et Legiferi Patris Sororum a Beata Maria Virgine de Horto; Prancisci Xaverii Mariae Bianchi, sacerdotis, e Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli; Ignatii a Laconi, laici professi ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum; atque Beatarum Virginum Aemiliae de Vialar, Legiferae Matris Instituti Sororum a Sancto Iosepho ab Apparitione, et Mariae Dominicae Mazzarello, alterae Legiferae Matris Instituti a Maria Auxiliatrice, recensuit acta quae in causa beatificationis et canonizationis eorundem Beatorum et Beatarum S. Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda et probanda censuerat. Qua relatione expleta, singuli qui aderant Patres Cardinales, a Nobis rogati, suam aperuerunt sententiam.

Consistorio *secreto* absoluto, statim in eadem aula Consistorium *publicum* fuit, in quo dilecti Filii Consistoriales Advocati de eorum, quos modo diximus, Beatorum ac Beatarum vita, virtutibus et miraculis breviter singillatim retulerunt, a Nobis enixe postulantes ut Beatis illis Sanctorum coronam quamprimum imponere dignaremur. Pro canonizatione autem Beati Antonii Mariae Gianelli dilectus Filius Camillus Corsanego, unus ex Advocatis illis, ornato sermone peroravit. Quibus Advocatis Nos per dilectum Filium Antonium Bacci, ab Epistolis ad Viros Principes, respondimus Nos quoque vehementer exoptare serenam illorum Caelitum frontera fulgentioribus exornare gemmis eosdemque pleniore in luce ponere ut quam plurimi ad eorum insistendum vestigiis allicerentur ; attamen, moris a maioribus traditi custodes Nos ipsi religiosissimi, graves non velle causas illas ante decernere quam in Consistorio *semipublico,* octo post dies celebrando, Purpuratorum Patrum iterum eorumque omnium, quotquot in Urbem venturi essent, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum suffragia exquisiverimus. Ut autem Sacrorum Antistites de rebus omnibus ad causam ipsam pertinentibus certiores fierent, man da vimus ut, S. Rituum Congregationis cura, eorum singulis commentaria mitterentur de Beatorum et Beatarum illarum vita, virtutibus et miraculis, deque eorum causis, simulque astantes omnes hortati sumus ut, interim, effusis ad Deum precibus, uberiora Sancti Spiritus lumina menti Nostrae impetrare vellent.

Die autem quarto mensis Iunii, hoc eodem anno, Consistorium *semipublicum* habitum est, in quo brevi prius oratione astantes allocuti, ipsos rogavimus ut, re plene cognita, quid de propositis causis sentirent singillatim patefacere vellent. Quorum suffragiis exceptis, valde laetati sumus tum Patres Cardinales tum Sacrorum Antistites una mente* una

voce et illos exoptare ac petere ut Beati illi Caelites quinque in Sancto-^ rum album referrentur.

Minime igitur cunctandum censentes, ad uniuscuiusque Beatorum ac B.eatarum illarum canonizationem sollemni ritu in Vaticana Basilica celebrandam diem diximus. Pro Beatis vero Antonio Maria Gianelli, Francisco Xaverio Maria Bianchi atque Ignatio a Laconi diem statuimus vicesimum primum proximi mensis Octobris. Interea astantes rogavimus ut supplicibus una Nobiscum Deo instarent precibus ut haec, quae omnibus in votis erant, ad Dei gloriam et ad Ecclesiae ornamentum utilitatemque quam plurimum conferrent; et, Consistorialis Aulae Advocatis rogantibus, Protonotariis Apostolicis mandavimus ut de omnibus, quae in Consistorio illo acta erant, authenticum conficerent instrumentum.

Cum itaque praestitutus ille dies illuxit, omnes regularis et saecularis Cleri Ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, non pauci Abbates, Episcopi, Archiepiscopi atque amplissimum Patrum Cardinalium Collegium in Petrianam Basilicam convenerunt, magnificentissime exornatam, atque densissima fidelium multitudine iam stipatam, quos inter plurimi cernebantur e regionibus in quibus Caelites illi ortum habuerunt, ac frequentes Sodales tum ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum tum e Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli, tum ex Instituto Sororum a B. Virgine ab Horto.

Quibus omnibus pia supplicatione praeeuntibus ac Sanctorum Litanias recitantibus et hymnum *Ave Maris Stella* praecinentibus, Nos ipsi eandem Basilicam, universo clero et populo plaudente, ingressi sumus, brevique prins ad altare maximum effusa prece, ad Nostram Cathedram perreximus. Tunc, praestita Nobis, uti de more, ab astantibus Cardinalibus oboedientia, venerabilis Frater Noster Clemens Cardinalis Micara, S. Rituum Congregationis Pro-Praefectus, trium illorum Beatorum Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto Filio Camillo Corsanego Advocato Consistoriali, *instanter, instantius* et *instantissime* a Nobis postulavit ut Beatis, quos diximus, Sanctorum decerneremus honorem.

Cui peroranti Advocato per dilectum, quem memoravimus, Filium Antonium Bacci respondimus Nos iam in eo esse ut petitioni satisfaceremus ; sed antea Divini Paracliti lumen hymno *Veni Creator* esse implorandum. Quo hymno expleto, Nos, e divi Petri Cathedra, uti universae Ecclesiae Magister, sollemniter pronuntiavimus : *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Chri-*

sti, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio; Beatos Confessores Antonium Mariam Gianelli, Franciscum Xaverium Mariam Bianchi et Ignatium a Laconi Sanctos esse decernimus ac definimus et Sanctorum Catalogo adscribimus; statuentes illorum memoriam quolibet anno, die eorum natali, Antonii Mariae, nempe, die septimo Iunii inter Sanctos Pontifices et Confessores, Francisci Xaverii Mariae, die tricesimo primo Ianuarii, et Ignatii, die undecimo Maii, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In nomine Pa ✠ *tris et Fi* ✠ *lii et Spiritus* ✠ *Sancti. Amen.*

Qua Canonizationis formula a Nobis prolata, idem Cardinalis Micara, per eundem Advocatum Consistorialem petiit ut de uniuscuiusque Sanctorum illorum Canonizatione Decretales sub plumbo Litteras expediri et publica confici acta iuberemus. Quibus precibus annuentes has Decretales Litteras de Sancto Antonio Maria fieri expedirique praecepimus atque astantibus Protonotariis Apostolicis mandavimus ut de rebus omnibus in Canonizatione hac gestis instrumentum legitima forma exaratum construerent.

Debitas deinde omnipotenti Deo ex animo gratias egimus, hymnum *Te Deum laudamus* cum cleri populique confertissima multitudine canentes, ac novensilium Sanctorum patrocinium primi invocavimus eorumque laudes brevi homilia teximus. Qua homilia recitata, apostolicam benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam peramanter impertivimus ; et, sollemni pontificali sacro ad aram maximam celebrato, Canonizationis caeremoniis finem imposuimus.

Quo ritu expleto, Nostrarum esse partium ducimus christifideles omnes monere et hortari ut ad lectissimum hunc virum, caput nunc radianti gloria redimitum, mentem advertant suam, inter terrestres hasce varietates exemplum ab eo sumpturi atque praesidium. Sed ut in illum intueantur praesertim cupimus sacrorum Antistites, quippe qui in eo formam habeant et veluti legem ad quam gravissimum suum componant officium. Item illum habeant, precamur, salutarem apud Deum patronum, ut dum eorum munera maiorem quam antehac ostendunt in praesentia amplitudinem, ad eadem possint vigilantiam et actionem, robur et prudentiam, eo auspice, enixius infundere.


Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa scientia ac Nostrae Apostolicae auctoritatis plenitudine, quae supra memoravimus, confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus

atque universae Christi Ecclesiae adnuntiamus, mandantes ut harum Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius apostolici tabellionis subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae iisdem hisce Nostris Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent.

Nemini autem iis quae per has Litteras Nostras mandavimus, minime obniti liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo primo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



✠ Ego **EUGENIUS** Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis **TISSERANT**, Sacri Collegii Decanus.

✠ Ego **CLEMENS** Episcopus Veliternus Cardinalis **MICARA.**

✠ Ego **IOSEPH** Episcopus Albanensis Cardinalis **PIZZARDO.**

✠ Ego **BENEDICTUS** Episcopus Praenestinus Cardinalis **ALOISI MASELLA.**

✠ Ego **ADEODATUS IOANNES** Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis **PIAZZA.**

✠ Ego **FRIDERICUS** Episcopus Tusculanus Cardinalis **TEDESCHINI**, Datarius.

Ego **ALEXANDER** titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis **VERDE.**

Ego **PETRUS** titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis **FUMASONI BIONDI.**

Ego **DOMINICUS** titulo S. Apollinaris Presbyter Cardinalis **IORIO.**

Ego **MAXIMUS** titulo S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis **MASSIMI**.
Ego **NICOLAUS** S. Nicolai in Carcere Tulliano, Protodiaconus Cardinalis **CANALI**, Paenitentiarius Maior.
Ego **IOANNES** S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis **MERCATI**.
Ego **IOSEPH** S. Eustachii Diaconus Cardinalis **BRUNO**.

Pro S. R. E. Cancellario
*B EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

© CLEMENS Card. MICARA
S. Rituum Congr. Pro-Praefectus

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco *B* **Plumbi**

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXII, n. 5//.

III

BEATO IGNATI0 A IACONI, CONFESSORI, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Aeternus hominum Servator, Christus Iesus, qui hisce in terris ignotus atque obscurus apparens, totam paene vitam in silentio laboreque exegit ac praecellens sanctitatis exemplar omnibus se praebuit, cruci postremo passus est afñgi, ut iis, quibus vivens arcana e Patris sinu concredidisset, robur et gratiam suam moriens largiretur; quos enim enixe vocaverat ad angustam salutis viam ingrediendam et ad ipsam suam crucem fortiter ferendam, eosdem auxilio suo se firmatorum in perpetuum promiserat.

Qui propterea hoc asperum vitae institutum fideliter ceperit ac suave iugum leveque onus Domini, « qui mitis est et humilis corde » *(Matth.,* 11, 29), susceperit, certe dignus erit qui eius vocem, post brevem huius vitae cursum, laetissime audiat : « Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituant : intra in gaudium Domini tui » *(Matth.,* 25, 21-23).

Cum vero difficillimum sit hoc aggredi opus ob pravas perturbationes, quae hominum animos remorantur, ii ergo viri clarissimi praefulgent, « in medio nationis pravae et perversae... sicut luminaria in mundo »

(Phil., 2, 15), qui constanti diligentia ac silentii studio, rebus suis omnibus abdicatis et voluptatibus commodisque posthabitis, Christo tota vita obsecuti sint.

Quos inter praedicamus demissum laicum Franciscalem Capulatum, Ignatium a Laconi, qui Christi crucem amplexatus totusque asperae religiosae vitae in latebris abditus, virtutis viam strenue cucurrit atque felicissimae aeternitatis limina intravit.

Ignatius, cui hodie caelestes decretae sunt religiones, in Sardiniae oppidulo, quod vulgo Laconi appellant, intra fines Arborensis archidioecesis, die decimo septimo mensis Decembris, anno millesimo septingentésimo primo, humili genere natus est.

Pater, nomine Mathias Peis Cad elio, cui pia uxor fuit Anna Maria Sanila Casu, in agrorum cultu pecorumque custodia diem exercebat, operam assiduitate ac sollertia cibos domesticis suppeditans.

Qui coniuges, quamvis tenui censu essent, ab omnibus tamen pagi incolis plurimi aestimabantur, non modo ob praeclarum, quod edebant, religionis pietatisque exemplum, sed ob christianam etiam liberorum educationem, quos novem, quasi caelestium pignora bonorum, susceperunt.

Postero die quam natus est, infans lustrali sacri fontis aqua est expiatus; cui nomina Francisco Ignatio Vincentio indita sunt, quorum postremo ad religiosae usque vitae professionem communi consuetudine appellatus est.

Arcano Dei consilio optimam nactus familiam, iam a teneris rarae inter homines virtutis specimina cotidie in humili domo a parentibus cepit, divinaeque praecepta sapientiae animo imbibit suo, quamquam ne prima quidem litterarum elementa didicerat, nec umquam in posterum didicit, quod tunc deerant, praesertim in rusticorum vicis, primordiorum ludi.

Mirum igitur non est Ignatium flagranti quadam ac tenera erga Deum pietate longe aliis excelluisse; ita ut puerulus, saepissime iocis amotis, in templum properaret ac preces inibi daret sollicito ore ; quin immo secum non semel socios ducebat, ut eos Gabrielis Archangeli voce Virginem Mariam, cui addictissimus semper fuit, salutare deceret ; atque e lecitilo, vix albescente luce, omni festinatione surgebat, ut Sacris maxima diligentia interesset.

Puer annorum ferme sex, die decimo septimo mensis Maii, anno millesimo septingentésimo septimo, ab Arborensi Archiepiscopo chrismatis obsignatus est sacramento ; et duodecimo forsitan aetatis suae anno, uti

communis illorum temporum mos et consuetudo ferebat, Angelorum Pane primum enutritus ac pastus est.

Postquam autem ad Eucharisticam Mensam primum accessit, creberrime de altari sacra libare consuevit, ut animum ad adulescentiae certamina et pericula adeunda assidue reficeret ac roboraret: utpote qui sanctitatis Auctorem, in augusto arae Mysterio latentem, veluti columen et quasi invictum totius vitae suae robur, ardenter esuriret.

His igitur fultus caelestis gratiae donis, Ignatius virtutum omnium cultu ac severa morum integritate crescebat, Dei voluntati parentumque unice obsequens.

Qui cum aliquot annos, ut propinquorum levaret necessitates, apud avunculum Petrum Sanna commoratus esset, domum reversus, alacris iuventae vires atque industriam promptissimo animo contulit ad domestica officia, ad segetum culturam, ad gregum armentorum custodiam et ad cetera agrestia munera, quibus patrem fratresque iuvaret.

Attamen in horum varietate operum laborumque asperitate suas omnes cogitationes in uno Deo ita Agebat, ut totus caelesti contemplationi addictus esse videretur. Iamque tum ad asperae vitae genus agendum usque eo animi cupiditatem intendebat ut vel a quolibet pomo ruri abstineret, ac cotidie illud servaret ieiunium, quod catholici homines ex Ecclesiae Sanctae instituto quadraginta dierum spatio servare solent. Qua mentis fortitudine virtuteque instructus, divino favore ita brevi vigere coepit, ut gigantem mutaretur salutis viam currentem (cfr. Ps. XVIII, 6).

Qui duodevicesimum agens annum, cum in tam gravem morbum delapsus esset ut ad extrema prope descenderet, de parentum venia, se totum ardenti voluntate Deo devovit, Franciscanum Capulatorum religionem se professurum, si e morbo evasisset, promittens.

Sed quamvis brevi post convaluisset, Ignatius, qui, antequam in illam aegritudinem incideret, numquam eiusmodi consilium aperuerat, veluti voti sponsionem oblitus, ad rura virilesque labores rediit ; quamquam christianae vitae praecepta sueta severitate fidelissime colere numquam intermisit. Occulta enim hominis quisnam mentis acumine perspicere perscrutarique potest, nisi Deus? Qui eum tamen paulo post ad promissa implenda vehementiore quodam numine sollicita vit.

Cum enim quondam in sua rura veniret, et equus, quo vehebatur, subita ferocitate exsultans praecipitem se fugae mandavisset, adulescens, viarum asperitatibus ac locorum declivibus praeruptisque commotus, praeteriti memor voti, denuo sese summo vitae Auctori in religiosam servitutem dicaturum spopondit, si e gravissimo hoc periculo incolumis

evadere potuisset. Atque audiit conceptum votum benignus Deus. Nam subito asper equus mirum in modum mansuevit, et Ignatius, domum reversus, simul obstupescentibus suis factum narravit, simul ad promissa facienda et ad religiosae vitae institutum capiendum se animo atque consilio paratum dixit.

Neque parentes, quibus in more erat Dei voluntati semper honestissime obsequi, a tenendo proposito filium detorquere ausi sunt.

Die propterea tertio mensis Novembris, anno millesimo septingentésimo vicesimo primo, quo die feriae piorum manium agebantur, cum mane rei divinae in subsidium animarum piaculari igni addictarum factae interfuisset et caeleste convivium participasset, salute lugenti matri suisque omnibus nuntiata, Caralim una cum patre contendit, ut Franciscanum Capulatorum familiae, voti memor, se dicaret.

Sed Magister illi religiosorum virorum provinciae moderandae aegre in primo habuit Ignatium, infirmae valetudinis causa, sacro Capulatorum coetu ascribere; attamen postea, viro clarissimo rogante atque efflagitante, in noviciorum domum, e Sancti Benedicti nomine nuncupatam, admissus fuit, quae asperae vitae laude in tota Sardinia celebrabatur; ibique tanta perfectioris vitae cupiditate, in primis oboedientia, animique demissione enituit, ut post dies tantum septem quam eam domum ingressus erat, dignus plane habitus fuerit qui Sancti Francisci sago rite indueretur.

Tum Ignatius vel vehementiore coepit ardere in Deum pietate ; ratasque nihil posse nos generosius facere quam si Christi Iesu patientis ingressi fuerimus vestigia, eius cruciatus pro viribus imitari voluit. Corpus propterea suum poenis sponte susceptis affligebat et subigebat, ac zona ferréis rigente cuspidibus se continenter cingebat.

Verumtamen, sinente Deo, pietatem virtutesque, quas Ignatius sincera fide observabat, sodales in suspicionem vocaverunt, invidiose criminantes tironem tam recte se gerere, ut hominum captaret laudes.

Nihilominus has inter afflictationes animum servans inturbatum, Dei famulus silentio ac mansuetudine obtrectatores omnes devicit, consecutusque est — quod iam sibi fere desperandum erat — ut, sollemnibus denique nuncupatis votis, die decimo mensis Novembris, anno millesimo septingentésimo vicesimo secundo, laetitia exsultans, uti sodalis laicus, sacrae illi se addixerit familiae.

Tirocinio peracto, ad Ecclesiense missus est coenobium, beatae Mariae Virgini, quam de Valverde vocant, sacrum, virorum frequentia integraeque vitae cultu conspicuum.

Inibi Ignatio, utpote novicio sodali, penariae cellae cura est tradita officiumque commissum stipem ex oboedientia ab agricolis, in finibus illis inviis deviisque, quaeritandi.

In quibus ministeriis impigro promptoque animo obeundis, numquam laboris asperitatem vel incommoda questus est. Enimvero hoc tempore in Christi mysterium, quod submissis tantum animis aperitur, silentio, cruciatibus ac instituti diligentia altius descendit.

Quo in perfectioris vitae curriculo cum se quindecim annos exercuisset et in multis Sardiniae coenobiis degisset, Caralim denique arcessitus, lanificam artem concreditam habuit, ut fratrum tegumenta contexeret. Sed eius rei tam imperitum se exhibuit, ut operariorum magistri saepe ceperit reprehensiones.

Attamen longe alia ei Deus munera praestituerat, quibus eius sanctimonia, indefesso aucta studio, clarius usque fulgeret.

Etenim Consilium religiosae Sodalitati per provinciam regendae, anno millesimo septingentésimo quadragesimo primo, Dei famulo officium oblata a populo dona conquirendi commisit; qui ad huiusmodi negotium tam apte se accommodatum ostendit, ut summae dilectionis, patientiae ac consilii specimina, per illud etiam tempus, palam ederet.

Nam in his tam demissis partibus implendis, quibus facultatem habebat omnes oppidi domos ostiatim frequentandi, stipem dum emendicat, divinae verbis sapientiae mentes conserebat, lites ac controversias sedabat, a christianis praeceptis devios ad bonam frugem, uti dicitur, restituebat et virtutem pietatemque in omnium animis fovebat.

Tunc universo paene populo indolis facilitatem suae et lenitudinem probavit, modo generosos cives, modo plebem in viis, in plateis, in ipso urbis portu, vitae praecepta comiter docens.

Pueros autem, qui eius adventibus omni festinatione laetisque vocibus se offerebant, religione ac christianae elementis disciplinae, quam ipse solo caelestis gratiae auxilio didicerat, summa diligentia imbuebat.

At cum praecipua quadam caritate in afflictos ferretur, miseris aegrisque solatium praebebat atque opem petentibus, quamvis et ipse mendicus esset, dabat, ita ut vere formam et tamquam faciem Christi hominum Servatoris fideliter exprimere videretur.

Quae praeclara animi ornamenta ac benefacta quam grata atque accepta aeterno Dei Numini essent, mirabili quodam modo multa patefecerunt portenta, quae a Deo ipso per Ignatium eo tempore patrata esse tradebantur.

Profecto Ignatius hanc prope caelestem eximiamque virtutem ab

ipso divinitatis fonte cotidie hauriebat, sollicitis precibus sinceraeque pietati assidue addictus ; maiore enim in dies religione Deum, omnis sanctitatis originem, peramanter colebat, solam supernarum rerum meditationem animo gerens. Cui quidem contemplationi cum totus deditus esset, non modo magnam diei partem divinis rebus insistebat, sed noctes etiam, nonnumquam quidem integras, in templo agebat, ubi abalienato a rebus omnibus animo in Deum saepe rapiebatur : dignus propterea qui in eorum virorum numero haberetur, de quibus Paulus Apostolus scribit : « Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo » *(Gal,* 3, 3).

Attamen ut mirabile hoc divinae sapientiae opus plenius perficeretur, adhuc variis molestisque corporis doloribus, sicut in Dei Sanctis fieri assolet, Ignatius probandus erat, quibus ad expletam ac perfectam vitae formam sensim perveniret. Quare caecitate illis annis cum laboraret, nec iam stipem, eam ob causam, quaerere posset, coenobii tamen valetudinarium ingredi constanter renuit, etsi moderatores id impense ei suaderent; quin immo nil de religiosae vitae disciplina ac diligentia ullo pacto remittere voluit. Cum vero in tam arduo vitae instituto aetatem honestissime exegisset, in rerum caelestium amorem hominumque bonum unice intentam, Ignatius, « Christi bonus odor » *(II Cor.,* 2, 15) omnibus factus, ad supernum iam properabat praemium.

Ingravescentibus igitur eius malis, senio confectus, piissimeque Ecclesiae Sanctae refectus ac roboratus sacramentis, die undecimo mensis Maii, anno millesimo septingentésimo octogesimo primo, octogenarius in Domini amplexu placide obiit.

De eius morte rumor, qui statim per compita manavit urbis, incolarum animos vehementer commovit, cum omnium voce virum sanctum esse mortuum diceretur. Atque funus, ad quod cuiusvis ordinis cives convenerunt, quam sollemniter celebratum est, undique turbis convolantibus, ex iis praesertim qui a viro Dei acceperant beneficia.

Defuncti corpus denique, tres post obitum dies, in Capulatorum templo conditum fuit.

Statim post eius mortem de Causae introductione ad eius beatificationem et canonizationem obtinendam cogitatum est. At, ob illorum temporum perturbationes, res producta est ad annum millesimum octingentesimum quadragesimum quartum. Quo anno, sedula cura Archiepiscopi Calaritani Emmanuelis Marangiu-Nurra, instante quoque Minorum Capulatorum Ordine, iudiciales institutiones auctoritate ordinaria condi coeptae sunt. Quibus rite absolutis et a S. Rituum Congregatione probatis, Pius IX, Decessor Noster, die quarto mensis Maii, anno millesimo

octingentesimo quinquagesimo quarto, introducendam esse causam decrevit. Apostolicis processibus deinde institutis super Ignatii a Laconi vita, gestis, virtutibus, miraculis et sanctitatis fama, ipsisque districte expensis in suetis S. Rituum Congregationis comitiis, idem Pius IX die vicesimo sexto mensis Maii, anno millesimo octingentesimo sexagesimo nono, sollemni decreto sanxit Ignatium a Laconi tum théologales cum cardinales ceterasque virtutes heroum more coluisse. Deinde de miraculis, quae, eodem servo Dei deprecante, a Deo patrata ferebantur, instituta est disceptatio. Iuxta probatas S. Rituum Congregationis normas quatuor requirebantur eo tempore prodigia ad beatificationem obtinendam. At a fel. rec. Pio XI, Decessore Nostro, petita et obtenta fuit quarti miraculi venia. Causae itaque Patroni tres elegerunt miras sanationes. Quae maturo iudicio expensae fuerunt in suetis eiusdem S. Congregationis conventibus ; in antepraeparatorio, videlicet, in praeparatorio ac demum in generali coram Nobis die secundo mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo quadragesimo habito. In quo generale conventu, dilectus Filius Noster Alexander S. R. E. Cardinalis Verde, Causae Ponens, dubium proposuit : *A.n et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur;* et omnes qui aderant, tum Patres Cardinales tum S. Rituum Congregationis Officiales Praelati et Consultores suam quisque mentem aperuerunt. Nos vero supremum iudicium Nostrum distulimus in diem quartum decimum eiusdem mensis. Quo die, ad Nos arcessitis S. R. E. Cardinalibus Carolo Salotti, Episcopo Praenestina et S. Rituum Congregationis Praefecto, ac quem modo memoravimus Alexandro Verde, una cum dilectis Filiis Salvatore Natucci, S. Fidei Promotore Generali, et Henrico Dante, ipsius S. Congregationis substituto, post sacrum factum, sollemniter ediximus : *Constare de tribus miraculis, venerabili Ignatio a Laconi intercedente, a Deo patratis; scilicet, de primo: instantaneae perfectaeque sanationis Aloisii Salis a coxite tuberculari suppurata larva; de altero: instantaneae perfectaeque sanationis Barbarne Loi ex gravissimo in iecore tumore; de tertio: instantaneae perfectaeque sanationis Francisci Romagna ab hernia inguinali infiammata et irreducibili.*

Die autem vicesimo tertio ipsius mensis in generalibus comitiis coram Nobis habitis, dilectus quem memoravimus Filius Alexander S. R. E. Cardinalis Verde dubium discutiendum proposuit: *An, stante virtutum et trium miraculorum approbatione, Tuto procedi posset ad sollemnem Ven. Servi Dei beatificationem;* et omnes qui convenerant purpurati Patres, Officiales Praelati et Consultores suffragia sua singillatim propitia ediderunt. Nos autem distulimus Nostrum proferre iudi-

cium ad diem tertium decimum subsequentis mensis Maii. Quo die, adstantibus quos diximus Cardinalibus Salotti ac Verde una cum dilectis Filiis Salvatore Natucci et Henrico Dante, sacris prius operati, rite decrevimus : *Tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Ignatii a Laconi beatificationem.* Huiusmodi autem beatificationis Litterae Apostolicae in forma brevi, die sexto decimo mensis Iunii, ipso anno millesimo nongentesimo quadragesimo datae sunt, eiusque sollemnia in Vaticana Basilica splendido cultu celebrata sunt.

Cum vero post beatorum Caelitum honores B. Ignatio a Laconi tributos, alia, eius invocato nomine, miracula dicerentur a Deo patrata, a dilecto Filio Nostro Maurilio S. R. E. Cardinale Fossati, Archiepiscopo Taurinensi, qui fuerat olim Nuorensis Episcopus ac postea Archiepiscopus Turritanus in Sardinia, ab omnibus totius Sardiniae Archiepiscopis et Episcopis, atque ab Ordinis Minorum Capulatorum Ministro Generali, Causae reassumptio enixe expetita est. Nos autem, omnibus mature perpensis, Commissionem reassumptionis Causae B. Ignatii a Laconi die secundo mensis Augusti, anno millesimo nongentesimo quadragesimo secundo, propria manu signavimus. Duae propterea sanationes, quae infra breviter narrantur, S. Rituum Congregationi propositae sunt. Primum miraculum obtigit Raphaëlae Tocco uxori Aloisii Spiga, quae in oppido vulgo « Quartu S. Elena », Calaritanae Archidioecesis, degebat. Quae anno millesimo nongentesimo quadragesimo quinto incurabili omnino attacta fuit hepático carcinomate, uti cum medentes tum periti ex officio medicorumque S. Rituum Congregationis Collegium concorditer asseverant. Desperata igitur re atque in peius celeriter rúente infirmitate, mulier, die decimo sexto mensis Ianuarii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, postremis Ecclesiae Sanctae sacramentis refecta fuit. At die decimo tertio insequentis mensis Februarii infirma, ingeminatis precibus, Beati Ignatii opem imploravit, cuius imaginem acceperat, placideque per totam noctem obdormivit. Sequenti mane expergefacta, sanatam se esse sensit, e lecto surrexit statimque ad pristina redivit domestica officia. Sanationem hanc nullo modo naturae viribus tribui posse in medica arte periti affirmant.

Secundum miraculum experta est Gratia Garroni, Melchioris filia, Norii in Sardinia nata, quae cum tuberculari diathesi affecta esset et tuberculari fibrocaseosa peritonite attacta cum infausta prognosi, die vicesimo septimo mensis Augusti, anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, mane in tam gravi condicione versabatur, ut, saeviente morbi malignitate, puellae obitus praedicentur imminens. At paulo

post meridiem, Gratia, B. Ignatio ferventer invocato, valetudinem adeo recuperavit ut eodem die e domo valuerit exire, templum petere, Deo et B. Ignatio gratias actura, ac suum medentem invisere. Periti medici nullum morbi indicium superesse nullumque in eundem reddendi periculum atque sanationem naturae vires excedere concorditer affirmarunt.

In archiepiscopali Calaritana curia pro primo miraculo, in Nuorensi pro altero, apostolica auctoritate constructi sunt processus, quorum iuridica vis a S. Rituum Congregatione recognita fuit.

Medicorum eiusdem Congregationis collegium de utraque sanatione die septimo decimo mensis Octobris, anno millesimo nongentesimo quadragesimo nono, sedulo disceptavit. De iisdem autem sanationibus ad iuris normam disputatum est prius in *praeparatorio* conventu, die vicesimo tertio mensis Maii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo habito, ac postea in *generali* die tertio decimo mensis Martii, hoc anno coram Nobis coacto, in quo dilectus quem diximus Filius Noster Cardinalis Verde dubium discutiendum proposuit : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Nos vero, Patrum Cardinalium, Officialium Praelatorum atque Consultorum suffragiis exceptis, Nostrum iudicium differre statuimus ad diem vicesimum septimum eiusdem mensis. Eo die, ad Nos advocatis Cardinalibus Verde et Micara una cum venerabili Fratre Alfonso Carinci, Archiepiscopo titulo Seleuciensi in Isauria, S. Rituum Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, S. Fidei Promotore Generali, sacrosancto Eucharistiae sacrificio religiose litato, sollemniter ediximus : *Constare de instantánea perfectaque sanatione. Beato Ignatio a Laconi intercedente, cum Raphaëlae Spiga Tocco ab hepático sarcomate, tum Gratiae Garroni a tuberculari fibrocaseosa peritonitide.*

Ad praeclarae igitur huius Causae exitum unum tantum deerat dubium discutiendum, an scilicet, duobus, quae narra vimus, miraculis rite probatis, ad Beati illius sollemnem Canonizationem tuto procedi posset.

Quod quidem dubium a S. R. E. Cardinale Verde in generali Congregatione, die tertio mensis Aprilis hoc anno coram Nobis habito propositum fuit. Nos vero, ut Sancti Spiritus lumine clarius perfunderem nr, astantium suffragiis exceptis, Nostram edere sententiam distulimus ad diem primum venientis mensis Maii; quo die, ad Nos advocatis S. R. E. Cardinalibus Clemente Micara, S. Rituum Congregationis Pro-Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente, ac quos supra memoravimus Alfonso Carinci et Salvatore Natucci, sacris prius operati, declaravimus : *Tuto procedi posse ad Beati Ignatii a Laconi sollemnem canonizationem.* Quod decretum rite promulgari mandavimus.

Decessorum porro Nostrorum vestigia sectantes, primum quidem amplissimum S. R. E. Cardinalium Collegium ad diem vicesimum octavum eiusdem mensis Maii in Consistorium *secretum* apud Nos in consuetam Palatii Apostolici Vaticani aulam convocavimus, in quo Consistorio Venerabilis Frater Noster Clemens S. R. E. Cardinalis Micara sermonem habuit de vita, gestis et miraculis Beatorum Confessorum Antonii Mariae Gianelli, Episcopi Bobiensis, Legiferi Patris Sororum Beatae Mariae ab Horto ; Francisci Xaverii Mariae Bianchi, sacerdotis e Congregatione Clericorum Regularium Sancti Pauli ; Ignatii a Laconi, laici professi Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum ; nec non Beatarum Virginum Aemiliae de Vialar, Legiferae Matris Instituti Sororum a Sancto Iosepho ab Apparitione, et Mariae Dominicae Mazzarello, quae una cum Sancto Ioanne Bosco Institutum a Maria Auxiliatrice condidit ; ac recensuit acta, quae in causis beatificationis et canonizationis eorundem Beatorum ac Beatarum S. Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda et probanda censuerat. Relatione expleta, Nos astantium S. R. E. Cardinalium singillatim suffragia exquisivimus et suam quisque Nobis sententiam aperuit.

Subinde in eadem Palatii Apostolici aula *publicum* habuimus Consistorium pro sollemni Causarum eorundem Beatorum ac Beatarum canonizationis peroratione, quam singillatim egerunt dilecti Filii Consistorialis Aulae Advocati Camillus Corsanego, Paulus Guidi, Franciscus Xaverius Parisi, Ioannes Baptista Ferrata, Aloisius Philippus Re, qui Nos enixe rogaverunt ut ad optatam canonizationem quam primum devenire dignaremur. Pro Beato Ignatio a Laconi eleganter peroravit Franciscus Xaverius Parisi. Nomine quidem Nostro dilectus Filius respondit Antonius Bacci, Litterarum ad Principes a Secretis, Nos quoque vehementer exoptare Beatos illos ac Beatas, tam excelsa virtute mirandos, sanctitatis diademate decorare et illorum exemplum ante omnium oculos proponere ; attamen, ut in hac re normae a maioribus traditae religiose servarentur, non ante de singulis Causis Nostrum prolaturos esse decretor!" um iudicium quam in Consistorio, quod *semipublicum* vocant, Patres Cardinales iterum, atque venerabiles Fratres Sacrorum Antistites, quotquot in Urbe adfuturi essent, de sententia in re tam gravi rogavissemus. Mandavimus igitur ad singulos Sacrorum Antistites de ipsorum Beatorum ac Beatarum vita, virtutibus et miraculis ac de rebus in eorum Causis actis commentarios interea transmitti, ut ipsi, re plene cognita, suam possent sententiam aperire.

Quod *semipublicum* Consistorium die quarto mensis Iunii hoc ipso anno coram Nobis coactum est, in eoque Nos, astantes Patres Cardinales

atque Praesules brevi prius sermone allocuti, omnes rogavimus ut singuli Nobis quidquid sentirent de supremis caelitum honoribus Beatis quos memoravimus decernendis patefacere vellent. Votis autem exceptis, Cardinalium Praesulumque sententiam cum Nostra convenire valde laetati sumus. Placuit igitur canonizationibus illis sollemni ritu in Vaticana Basilica celebrandis diem iam tunc statuere ; canonizationi autem Beatorum Antonii Mariae Gianelli, Francisci Xaverii Mariae Bianchi et Ignatii a Laconi simul celebrandae praefinivimus diem vicesimum primum proximi mensis Octobris. De quibus omnibus ut acta iuridica confluerent, Consistorialis Aulae Advocatis rogantibus, Protonotariis Apostolicis qui aderant de more mandavimus.

Statuto tandem adveniente die, omnes tum saecularis tum regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, plures Abbates, Episcopi et Archiepiscopi, atque amplissimum S. R. E. Cardinalium Collegium in Vaticana Basilicam convenerunt. Quibus omnibus sollemni pompa praeeuntibus, Sanctorum Litanias recitantibus et hymnum *Ave Maris Stella* canentibus, eandem Basilicam magni ficen tissime exornatam et innumera iam stipatam fidelium multitudine, in qua non pauci cerne^ bantur Ordinis Capulatorum sodales, multique e Sardinia fideles, qui cum universis paene Sardiniae Episcopis Romam advenerant, Nos ipsi ingressi sumus, et brevi prius ante altare maximum effusa prece, ad Nostram Cathedram propera vimus.

Tunc, praestita Nobis, uti de more, a Patribus Cardinalibus oboedientia, venerabilis Frater Noster Clemens S. R. E. Cardinalis Micara, S. Rituum Congregationis Pro-Praefectus et huic triplici canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto Filio Camillo Corsanego, Consistorialis Aulae Advocato, *instanter, instantius, instantissime* a Nobis postulavit ut Beatis Antonio Mariae Gianelli, Episcopo Bobiensi ; Francisco Xaverio Mariae Bianchi, sacerdoti e Congregatione Clericorum Regularium a S. Paulo et Ignatio a Laconi, laico professo ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum, Sanctorum honores decerneremus. Cui perorationi Nos per dilectum Filium Antonium Bacci respondimus Nos iam in eo esse ut tres illos Beatos, Divini Spiritus lumine prius implorato, fulgida sanctitatis infula decoraremus.

Hymnum itaque *Veni Creator* una cum magna fidelium multitudine cecinimus, a Paraclito Spirito implorantes ut ab eo superni luminis copia magis magisque menti Nostrae coruscaret. Quo hymno expleto, Nos in divi Petri Cathedra sedentes, uti supremus universae Christi Ecclesiae Magister sollemniter pronuntiavimus : « *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae*

religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum in Urbe exsistentium consilio; Beatos Confessores **ANTONIO MARIAM GIANELLI, FRANCISCUM XAVERIUM MARIAM BIANCHI** et **IGNATIUM A LACONI** *Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus; statuentes illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, Antonii nempe die septima I iunii inter Sanctos Pontifices et Confessores, Francisci die trigesima prima Ianuarii et Ignatii die undecima Maii inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In nomine Pafßtris et FiÇjilii et Spiritus* £B *Sancti. Amen.*

Qua canonizationis formula a Nobis prolata, precibus annuentes S. R. E. Cardinalis Clementis Micara, per eundem Consistorialem Advocatum Nobis adhibitis, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici expedirique iussimus, astantibusque Protonotariis Apostolicis ut de eiusdem canonizationis actis publicum conficerent instrumentum inandavimus.

Gratias deinde Deo optimo maximo ex animo egimus, hymnum *Te Deum laudamus* cum christifidelium turba caneutes, atque novensilium Sanctorum primi invocavimus patrocinium, illorumque elogium brevi homilia texuimus.

Apostolicam denique benedictionem et plenam admissorum indulgentiam impertivimus, et sive incruenti Sacrificii sive canonizationis caeremoniae finem fecimus.

Antequam vero Decretales hasce Litteras concludamus, quae de vita agunt Ignatii a Laconi, eumque demonstrant immobili nunc gloria inter Su peros splendentem, opportunum ducimus omnes, quotquot habemus per terrarum orbem filios, hortari et monere ut in virum hunc, christianarum virtutum speculum, intueantur eodemque validissimo in huius mundi periculis ac perturbationibus apud Deum deprecatore utantur.

At praesertim cupimus exsultent Franciscales Capulati ob strenuum sui Ordinis sodalem, Ignatium, hodie ab alto fulgentem virtutum honore « in splendoribus Sanctorum ». Discant ab illo existimare « omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi» *(Phih,* 3, 8); eam dicimus scientiam qua fallaces huius cupiditates saeculi quasi umbrae sunt habendae; qua animus, solo divinarum amore rerum incensus, ardere potest vehementer. Praeclaram igitur Ignatii vitae rationem assiduo imitentur studio sollertique aggrediantur voluntate, ut qui Deo in.


religiosam servitutem sese dicaverunt, laetos in sanctitatis instituto processus cotidie habeant.

Ad ea autem nunc venientes quae sunt harum Litterarum propria, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia ac Nostrae apostolicae auctoritatis plenitudine, quae supra memoravimus confirmamus, decernimus atque universae Christi Ecclesiae denuntiamus, mandantes ut harum Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius apostolici tabellionis subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae iisdem hisce Nostris Litteris haberetur exhibitis.

Nemini autem iis, quae per has Litteras Nostras manda vimus, ullo modo obniti liceat. Quod si quis id temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum Romae apud S. Petrum, die vicesimo primo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



✠ Ego **EUGENIUS** Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis **TISSERANT**, Sacri Collegii Decanus.

✠ Ego **CLEMENS** Episcopus Veliternus Cardinalis **MICARA.**

✠ Ego **IOSEPH** Episcopus Albanensis Cardinalis **PIZZARDO.**

✠ Ego **BENEDICTUS** Episcopus Praenestinus Cardinalis **ALOISI MASELLA.**

Ego **ADEODATUS IOANNES** Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis **PIAZZA.**

Ego **FRIDERICUS** Episcopus Tusculanus Cardinalis **TEDESCHINI**, Datarius.

Ego **ALEXANDER** titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis **VERDE.**

Ego **PETRUS** titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis Fu - **MASONi BIONDI.**

Ego **DOMINICUS** titulo S. Apollinaris Presbyter Cardinalis **IORIO.**

Ego **MAXIMUS** titulo S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis **MASSIMI.**

Ego **NICOLAUS** S. Nicolai in Carcere Tulliano, Protodiaconus Cardinalis **CANALI**, Paenitentiarius Maior.

Ego **IOANNES** S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis **MERCATI.**

Ego **IOSEPH** S. Eustachii Diaconus Cardinalis **BRUNO.**

Pro S. R. E. Cancellario
rB EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

>£ CLEMENS Card. MICARA
S. Rituum Congr. Pro-Praefectus

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXII, n. 56.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATAE MARIAE V. VULGO ((DEI LÀTTANI)) DICTA, TITULO <(REGINA MUNDI)) HONESTA TA, DIOECESIUM CALVENSIS ET THEANENSIS CAELESTIS PATRONA CONFIRMATUR.

PIUS PP. **XII**

Ad perpetuam rei memoriam. — Vitae huius iactati procellis atque tenebris offusi, Christifideles oportet ad Almam Deiparam fidentibus animis confugiant, quae, ex providentis Dei consilio, miseris est perfugium et praesidium salutis. Hoc quidem sentiunt incolae dioecesium Calvensis ac Theanensis, qui ad Templum Dei Genetricis, ((dei Làttani» vulgo appellatae, frequentes solent accedere, unde, Dei Matris invocato nomine, munera caelestia, a quique fere saeculis, in supplices ubertim proficiscuntur. Qui cultus ampliora sumpsit incrementa, postquam die vi mensis Augusti, anno **MCML**, per Venerabilem Fratrem Nostrum Clementem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Micara, Episcopum Veliternum ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefectum, Imago illa, inter populi gestientis vota, Nostro nomine et auctoritate, aurea redimita est corona. Ceterum Beatae Mariae Virginis religionem in animis fidelium altius quoque insedisse accepimus, cum eius simulacrum per oppida et vicos in pia quadam peregrinatione circumferretur. Hac igitur acti pietate erga Deiparam, « dei Làttani » nuncupatam, cui etiam adiectum nomen « Regina

mundi », utriusque dioecesis sacerdotes, magistratus, christifideles eam Caelestem sibi Patronam statuerunt adoptare. Quae electio ut Nostra firmaretur auctoritate, Venerabilis Frater Iacobus Palombella, Episcopus Calvensis et Theanensis, enixas preces ad Nos admovit. Nos autem, quibus magnopere cordi est ut cultus Beatae Mariae Virginis quoquoversus pro pagetur, vota huiusmodi libenti animo statuimus explere. Audito igitur Purpurato Patre, quem supra memoravimus, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, vulgo «dei Làttani» dictam, titulo «Regina mundi» honestatem, dioecesium Calvensis et Theanensis *praecipuam apud Deum Caelestem Patronam* confirmamus seu constituimus et renuntiamus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus regionum Patronis rite competunt, ad d ita que facultate eius festum die xxiv mensis Maii quotannis celebrandi. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter conti gerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Maii, anno **MCMLTI**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

SANCTUS FRANCISCUS XAVERIUS SODALITATIS ((FEDERACIÓN ESPAÑOLA DE SINDICATOS DE INICIATIVA Y TURISMO » NUNCUPATAE CAELESTIS PATRONUS CONFIRMATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Consociati in honesta consilia homines Sanctorum Caelitum patrocinium non perperam exposcunt, quo et animarum commodo aptius prospiciant et in rebus gerendis ampliore utantur praesidio superno. His permoti, sodales consociationis quae

Hispanice appellatur « Federación Española de Sindicatos de Iniciativa y Turismo», Sanctum Franciscum Xaverium, qui, ut religionis fines propagaret, plures orbis partes peragravit, summo consensu Caelestem sibi Patronum adoptare statuerunt. Quam electionem ut Nostra auctoritate confirmaremus, dilectus filius Moderator Consilii huiusmodi Foederationi praepositi submissas preces ad Nos admovit. Quae vota, Venerabilis Fratris Kigoberti Domenech y Valls, Archiepiscopi Caesaraugustana commendatione suffulta, libenti animo explere decrevimus. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Franciscum Xaverium, Confessorem. consociationis quae nuncupatur « Federación Española de Sindicatos de Iniciativa y Turismo » Caelestem apud Deum *Patronum* confirmamus seu constituimus et declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis quae praecipuis coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Iunii, anno **MOMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

DIARIUM ROMANAE CURIAE

segreterìa di stato

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

6 maggio 1949. S. E. Revma Monsig. Picha Maurizio, Vescovo di Hradec Kralové, *Assistente al Soglio Pontificio.*

17 febbraio 1053. S. E. Revma Monsig. Saniore Antonio, Arcivescovo tit. di Tirnovo, *Segretario della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

17 febbraio 1953. Gli lllmi e Revmi Monsignori Carlo Grano e Angelo Dell'Acqua, *Sostituti della Segreteria di Stato per gli Affari Ordinari e Segretari della Cifra.*

» » » L'Illmo e Revino Monsignor Ermenegildo Brugnola, *Cancelliere dei Brevi Apostolici.*

Prelati Domestici di Sua Santità:

29 agosto 1952. Monsig. Hannon Edoardo, della diocesi di san Diego.
» » Monsig. O'Sullivan Malachia, della medesima diocesi.
30 settembre Monsig. Bertele Alfonso, dell'arcidiocesi di Detroit.
» » Monsig. Borkowicz Vincenzo, della medesima arcidiocesi.
20 ottobre Monsig. Margherita Tommaso, della diocesi di Castellaneta.
11 novembre Monsig. Ferrazzo Domenico, della diocesi di Mileto.
» » Monsig. Sorrentino Aurelio, della medesima diocesi.
» Monsig. Truglia Vito, della medesima diocesi.
14 Monsig. Baum Alfonso, dell'arcidiocesi di Filadelfia.
» Monsig. Boy Ian Giacomo A., della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Boyle Giovanni L., della medesima arcidiocesi.
Monsig. Bruehl Carlo P., della medesima arcidiocesi.
Monsig. Connery Giovanni P., della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Cox Giuseppe G., della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Cunnie Edoardo F., della medesima arcidiocesi.
Monsig. Donahue Filippo E., della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Fasig Scott A., della medesima arcidiocesi.

14 novembre 1952. Monsig. Flood Howard R. della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Gorham Giuseppe A., della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Green Giovanni T., della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Hertkorn Francesco J., della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Klekotka Pietro J., della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Me Caffrej Giuseppe W., della medesima arci diocesi.
» » » Monsig. Me. Giuley Carlo B., della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Miller Newton T., della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. O'Brien Cornelio V., della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. O'Donnell Giuseppe P., della medesima arcidio cesi.
» » » Monsig. Pasto Michele, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Petro Giorgio, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Reilly Edoardo M., della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. VaJanciunas Ignazio, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Wächter Giovanni N., della medesima arcidiocesi.
15 » » Monsig. Martinoli Luigi, dell'amministrazione apostolica di Lugano.
18 » » Monsig. Egbring Erberto G., della diocesi di Covington.
» » » Monsig. O'Bryan Giorgio G., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Towell Carlo A., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gieringer Paolo A., della diocesi di Harrisburg.
» » » Monsig. Keffer Roy C, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Reardon Dionisio P., della medesima diocesi.
» » » Monsig. ÍSchott Lorenzo F., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Stanton Giovanni F., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Masi Donato, dell'arcidiocesi di Salerno.
19 » » Monsig. Costa Franco, dell'arcidiocesi di Genova.
» » » Monsig. Angelini Fiorenzo (Roma).
26 » » Monsig. Paro Gino, della diocesi di Treviso.
2 dicembre » Monsig. Romeo Antonino, dell'arcidiocesi di Reggio Calabria.
» » » Monsig. Tinello Francesco, della diocesi di Squillace.
4 » » Monsig. Vaccaro Giuseppe, della diocesi di Nocera dei Pagani.
5 » » Monsig. Fenocchio Giuseppe, della diocesi di Albenga.
10 » » Monsig. Ferrofino Giovanni, della diocesi di Alessandria.
» » » Monsig. Righi Lambertini Egano, dell'arcidiocesi di Bo logna.
15 » » Monsig. Corvo Carlo (Roma).
21 » » Monsig. Lombardini Igino, della diocesi di Guastalla.

22 dicembre 1952. Monsig. Papa Francesco, della diocesi di Andria.
12 gennaio 1953. Monsig. Champagne Arturo, dell'arcidiocesi di Montréal.
» » » Monsig. Deniger Giorgio,della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Godin Donato, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Lussier Ireneo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Mitchell Roberto, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Presseault Lorenzo, della diocesi di San Girolamo'.
14 » » Monsig. Lieser Lodovico, dell'arcidiocesi di Colonia.
». » » Monsig. Teusch Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Porteboeuf Leone, della diocesi di Le Mans.
» » » Monsig. Sevin Andrea, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Worlock Teodorico, dell'arcidiocesi di Westminster.
17 » .» Monsig. De Jorio Arturo, della diocesi di Calvi e Teano.
» •» » Monsig. Crovini Mario, della diocesi di Fidenza.
» « » Monsig. O'Flaherty Ugo, della diocesi di Kerry.

Camerieri Segreti soprannumerari di Sua Santità:

17 dicembre 1952. Monsig. Gaspari Mario Pio, dell'arcidiocesi di Bologna.
» » » Monsig. Zoli Carlo, della diocesi di Forlì.
» » » Monsig. Zannoni Guglielmo, della diocesi di Ri mini.
29 » » Monsig. Sullivan Giuseppe, della diocesi di Rochester.
» » » Monsig. Squilla Gaetano, della diocesi di Sora.
10 gennaio 1953. Monsig. Cardarelli Ernesto, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Peracchi Agostino, della diocesi di Tarquinia.
» •» » Monsig. Carnicella Paolo, della diocesi di Terlizzi.
14 » » Monsig. Fernandez Placido Edoardo, dell'arcidiocesi di Bombay.
» » » Monsig. Rodríguez Michele, della medesima arcidiocesi.
17 ». » Monsig. Másala Sebastiano, dell'arcidiocesi di Sassari.
20 » » Monsig. Cerruti Flaminio, della diocesi di Casale Monferrato.
» • » » Monsig. Ferrarotti Leopoldo, dell'arcidiocesi di Vercelli.

ONORIFICENZE

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Q-ran Croce dell'Ordine Piano:

22 dicembre 1952. A S. E. il sig. Nosolini Giuseppe, Ambasciatore del Portogallo presso la S. Sede.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano,

7 gennaio 1953. A sig. Serlupi d'Ongran dei Marchesi Luigi (Soma).
sig. Ghini Marchese Silvio(Roma).
sig. Castiglioni dei Marchesi Luigi (Roma)
sig. Antonucci Lucidi Nob. Filippo (Roma).
sig. Cantuti Castelvetri Conte Lamberto (Roma).
sig. Colacicchi Alessandri Conte Edoardo (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

22 dicembre 1952. A S. E. il sig. Harfouche Giuseppe, Ministro del Libano presso la S. Sede.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

3 gennaio 1953. Al sig. De Porcellinis Gustavo (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

17 luglio 1952. Al sig. gen. Scattini Arturo (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 aprile 1950. Al sig. de Oliveira Francesco dell'arcidiocesi di San Sebastiano di Rio de Janeiro.
17 maggio » Al sig. Gandolphe Teodoro, dell'arcidiocesi di Cartagine.
» » » Al sig. Marcille Renato, della medesima arcidiocesi.
6 giugno 1951. Al sig. Steger Alfonso Maria, della diocesi di Haarlem,
16 luglio » Al sig. Colleye Uberto, dell'arcidiocesi di Malines.
18 settembre » Al sig. Lemaingre Giorgio, della diocesi di Blois.
22 novembre » Al sig. Nonnenmuehlen Pietro, della diocesi di Aquisgrana.
25 » » Al sig. Zemann Venceslao, dell'arcidiocesi di Vienna.
11 dicembre » Al sig. Pierard Gabriele, dell'arcidiocesi di Cambrai.
» Al sig. Leonhard Giuseppe, dell'arcidiocesi di Colonia.
12 gennaio 1952. Al sig. Chapas Giorgio, dell'arcidiocesi di Lione.
» » Al sig. Gounot Emanuele, della medesima arcidiocesi.
30 » Al sig. Von der Lippe Vittorio, dell'arcidiocesi di Vienna.
14 febbraio Al sig. Caudron Pietro dell'arcidiocesi di Cambrai.
» Al sig. de Lavergnolle Giovanni della diocesi di Limoges.
22 » Al sig. Deckers Giuseppe, dell'arcidiocesi di Malines.
Al sig. Louwers Ottavio, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Stracke Arturo, della medesima arcidiocesi.
23 marzo Al sig. Pirnay Luigi, della diocesi di Liegi.
4 maggio Al sig. Schmidt Pietro, della diocesi di Strasburgo.
18 » Al sig. de Brouwer Ivo, dell'arcidiocesi di Malines.

30	maggio	1952.	Al sig. Lefébure Guglielmo, della diocesi di Séez.
1	giugno	»	Al sig. Ricci Curbastro Lorenzo, della diocesi di Imola
17	settembre	»	Al sig. Reynolds Guglielmo P., della diocesi di Salford
10	ottobre	»	Al sig. Riccioni Emilio, della diocesi di Osimo.
23	»	»	Al sig. Sanz Gonzales Ignazio, della diocesi di Pamplona.
25	»		Al sig. Saviolo Andrea, dell'arcidiocesi di Milano.
12	novembre	»	Al sig. Elincx Francesco, dell'arcidiocesi di Malines.
14	»		Al sig. Virno Vincenzo (Roma).
21	»	»	Al sig. Oberto Giovanni, della diocesi di Ivrea.
»	»	»	Al sig. Magnani Bernardo, della diocesi di Pescia.
18	dicembre		Al sig. Ciarlo Alfio, della diocesi di Grosseto.
19	»	»	Al sig. De La Codre Felice, della diocesi di Mmes.
»	»	»	Al sig. Del Re Achille(Roma).
21	»	»	Al sig. Poch y Gutiérrez de Caviedes Antonio (Spagna).
3	gennaio	19^3.	Al sig. Lopez Giovanni (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

17	luglio	1952.	Al sig. gen. Mazzocchi Armando (Roma).
27	novembre	»	Al sig. Jorquera Pietro (Cile).

***Il** Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, elasse civile:*

18	maggio	1950.	Al sig. Clément Luigi, della diocesi di Piracicaba.
28	luglio		Al sig. Coquelin Maurizio, dell'arcidiocesi di Parigi.
22	maggio	1951.	Al sig. van der Lugt Guglielmo, della diocesi di Haarlem.
»	»		Al sig. Zeegers Giorgio E. L. della medesima diocesi.
10	giugno		Al sig. Haase Francesco, della medesima diocesi.
16	»	»	Al sig. de Boer Enrico G., della medesima diocesi.
20	luglio		Al sig. van Eick Lodovico Carlo, della medesima diocesi.
26	»	»	Al sig. Bachg Francesco, della medesima diocesi.
21	agosto	»	Al sig. Dings Martino Giuseppe, della diocesi di Ruremonda.
6	ottobre	»	Al sig. van Rooij Carlo G. M., della diocesi di Breda.
18	»	»	Al sig. Klinkenberg Mario, dell'arcidiocesi di Utrecht.
19	»	»	Al sig. Burnod Maurizio, della diocesi di Chartres.
»	»	»	Al sig. Dagory Alano, della medesima diocesi.
»	»		Al sig. Delatouche Pietro, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Papin Raimondo, della medesima diocesi.
25	»	»	Al sig. Heijmeijer van Heemstede Enrico, dell'arcidiocesi di Utrecht.
30	»		Al sig. van den Bergli Gisberto Leonardo, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
22	novembre	»	Al sig. Bellugou Enrico, della diocesi di Angers.
»		»	Al sig. Bodinat Pietro, della medesima diocesi.

22 novembre 1951.	Al sig.	Gouze Antonio G., della medesima diocesi.
» »	Al sig.	Poupart-Lafarge Enrico, della medesima diocesi.
11 dicembre »	Al sig.	Denoyelle Paolo, dell'arcidiocesi di Cambrai.
» » »	Al sig.	Ducatteau Enrico, della medesima arcidiocesi.
» » »	Al sig.	Masse Renato, della medesima arcidiocesi.
14 dicembre »	Al sig.	Boonen Pietro, dell'arcidiocesi di Malines.
12 gennaio 1952.	¿1.1 sig.	Dubie Giorgio, dell'arcidiocesi di Lione.
» »	Al sig.	Ratelade Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» »	Al sig.	Savey-Casard Paolo, della medesima arcidiocesi.
14 »	Al sig.	Cordemans Marcello, dell'arcidiocesi di Malines.
23 »	Al sig.	Mayolle Pietro, della diocesi di Versailles.
29	Al sig.	Kristen Emilio, dell'arcidiocesi di Vienna.
22 febbraio	Al sig.	Binje Gastone, dell'arcidiocesi di Malines.
» » »	Al sig.	Corthals Bernardo, della medesima arcidiocesi.
»	Al sig.	Gesp Uberto, della medesima arcidiocesi.
» » »	Al sig.	Nys Teofilo, della medesima arcidiocesi.
» » »	Al sig.	Verbraken Gonzales, della medesima arcidiocesi.
2 marzo »	Al sig.	Favre Mario, dell'arcidiocesi di Lione.
17 »	Al sig.	Judali Braliam Taylor, del vicariato apostolico di Giamaica.
22	Al sig.	Chenain Amedeo, dell'arcidiocesi di Parigi.
29 »	Al sig.	Cazenave Luigi, della diocesi di Baiona.
»	Al sig.	Dartiguelongue Bernardo, della medesima diocesi.
2 aprile	Al sig.	Mandron Andrea, dell'arcidiocesi di Cambrai.
19 »	Al sig.	Chamussy Daniele, dell'arciidiocesi di Lione.
» »	Al sig.	Gormand Enrico, della medesima arcidiocesi.
»	Al sig.	Jandot Marcello, della medesima arcidiocesi.
» »	Al sig.	Mulsant Giorgio, della medesima arcidiocesi.
4 maggio	Al sig.	Clerc Giuseppe, della diocesi di Strasburgo.
» »•	Al sig.	Heidet Andrea, della medesima diocesi.
» » »	Al sig.	Mack Enrico, della medesima diocesi.
16 maggio »	Al sig.	Bentz Giulio, dell'arcidiocesi di Parigi.
7 giugno »	Al sig.	Le Roy Giovanni, della diocesi di Amiens.
21 » »	Al sig.	Beltran y Mendoza Luigi, dell'arcidiocesi di Messico.
29 agosto	Al sig.	Biane Mario F., della diocesi di San Diego.
»	Al sig.	Mahedy Guglielmo P., della medesima diocesi.
»	Al sig.	Sidenfaden Guglielmo R., della medesima diocesi.
» »	Al sig.	Smith Martino M., della medesima diocesi.
6 novembre »	Al sig.	Topouzian Parsegh, del patriarcato di Cilicia degli Armeni.
14 » »	Al sig.	Losano Giovanni, dell'arcidiocesi di Torino.

21 novembre 1952. Ai sig. de Bittencourt Berenguer Fernando Cesare (Brasile).
25 » Al sig. Manzella Michele Edoardo (Argentina).
3 gennaio 1953. Al sig. Mercuri Edmondo (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

2 novembre 1952. A S. E. Yrrárázaval Raoul, Ambasciatore del Cile presso la S. Sede.
24 » Al sig. de Ussia Antero (Spagna).
15 dicembre » Al sig. Bonnelly Walter Giuseppe (Stati Uniti d'America).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

8 dicembre 1952. Al sig. Maltarello Agostino (Roma).
» » » Al sig. Moruzzi Giovanni (Roma).

I

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6 giugno 1950. Al sig. Correio e Castro D jalma Silvio, della diocesi di Guaxupé.
22 « » Al sig. Gonçalves Luigi, della diocesi di Ribeirâo Prete
» » Al sig. Belian Walter, dell'arcidiocesi di San Sebastiano di Rio de Janeiro.
29 novembre 1951. Al sig. Amiel Enrico (Stati Uniti d'America).
5 gennaio 1952. Al sig. Fouarge Leopoldo, dell'arcidiocesi di Malines.
14 » » Al sig. Hoornaert Andrea, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Verhoeven Luigi, della medesima arcidiocesi.
18 » Al sig. de Roeck Luigi, della medesima arcidiocesi.
18 » Al sig. Rodary Paolo, dell'arcidiocesi di Parigi.
22 febbraio » Al sig. Goossens Alfredo, dell'arcidiocesi di Malines.
» » Al sig. Mertens Edmondo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Ocket Adolfo, della medesima arcidiocesi.
23 marzo » Al sig. Jousset Bernardo, dell'arcidiocesi di Parigi.
18 maggio » Al sig. Borghgraef Cirillo, dell'arcidiocesi di Malines.
» » Al sig. De Mees Oscar, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Jacqmain Lodovico, delia medesima arcidiocesi.
» Al sig. Kottenhoff Giorgio, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Simons Enrico, della medesima arcidiocesi.
20 giugno Al sig. Silvi Ugo (Roma).
7 luglio » Al sig. A resti Angelo (Roma).
2 agosto » Al sig. Battelli Giulio (Roma).
4 ottobre » Al sig. Casale de Bustis y Figoroa Guido (Roma).
8 » Al sig. Ippolito Gaetano, dell'arcidiocesi di Spoleto.
30 » Al sig. Sorbelli Tommaso, dell'arcidiocesi di Modena.
5 novembre Al sig. Aprile Umberto, dell'arcidiocesi di Bari.

5 novembre 1952. Al sig. Candura Giovanni, della medesima arcidiocesi.
12 » » Al sig. Depasse Valerio, dell'arcidiocesi di Malines.
» Al sig. Paschetta Bartolo (Roma).
14 » Al sig. Arreghini Antonio, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Azimonti Giovanni, della medesima arcidiocesi.
21 » » Al sig. Baladi Alfredo (Egitto).
» » Al sig. Gabriel Luigi, della diocesi di Ivrea.
23 » Al sig. Cella Franco, della diocesi di Tortona.
25 Al sig. Mueller Ottone, dell'arcidiocesi di Salisburgo.
27 » » Al sig. Zinani Augusto, della diocesi di Reggio Emilia.
9 dicembre » Al sig. Palumbo Salvatore, della diocesi di Calvi.
12 » » Al sig. Barbareschi Rosolino, dell'arcidiocesi di Milano.
19 » » Al sig. Bonhomme Giovanni, della diocesi di Nîmes.
» » » Al sig. Brun Stefano, della medesima diocesi.
Al sig. Doria Roberto, della medesima diocesi.
» » Al sig. Graindart Giorgio, della medesima diocesi.
Al sig. Laccassagne Marcello, della medesima diocesi.
» » Al sig. Boissier Giacomo, della medesima diocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 gennaio 1952. Al sig. Joris Ferdinando, dell'arcidiocesi di Malines.
18 » Al sig. Steinmetz Francesco, della diocesi di Bruges.
22 febbraio Al sig. Bogaerts Renato, dell'arcidiocesi di Malines.
» » Al sig. Provis Andrea, della medesima arcidiocesi.
Al sig. van den Oever Costante, della medesima arcidiocesi
» » Al sig. Voet Luigi, della medesima arcidiocesi.
4 maggio Al sig. d'Andlau Umberto, della diocesi di Strasburgo.
» Al sig. Pfister Luigi, della medesima diocesi.
» Al sig. Roederer Giovanni, della medesima diocesi.
» » Al sig. Walliser Enrico, della medesima diocesi.
18 » » Al sig. Baest Francesco, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig- Libotte Camillo, della medesima arcidiocesi.
» Al sig. Vanbereven Giorgio, della medesima arcidiocesi.
Al sig. Versé Armando, della medesima arcidiocesi.
21 giugno » Al sig. Rovaio y Fernandez Carlo, dell'arcidiocesi di Messico.
2 agosto Al sig. Bottacci Bruno (Roma).
13 ottobre Al sig. Shak Giuseppe Stefano, della diocesi di Hong-Kong.
23 » » Al sig. Marcopoli Giuseppe, dell'arcidiocesi di Rodi.
12 novembre Al sig. Goreux Giacomo, dell'arcidiocesi di Malines.
14 » » Al sig. Burrus Ruggero, della diocesi di Sion.
18 » Al sig. Valiante Mario, della diocesi di Vallo della Lucania.

28	novembre	1952.	Al sig. Ferrini Giovanni (Roma).
6	dicembre	»	Al sig. Patrone Italo Edoardo, della diocesi di Brugnato.
	»	»	Al sig. Musesti Giovanni, della diocesi di Luni.
»	»	»	Al sig. Moruzzo Tito, della diocesi di Sarzana.
»	»	»	Al sig. Saudino Corrado Alfonso, della medesima diocesi.
.14	»	»	Al sig. Mamarbachi Pietro, della diocesi di Aleppo dei Siri.
»	»	»	Al sig. Gilbert Maurizio, dell'arcidiocesi di Malines.
»	»	»	Al sig. Sledsens Luigi, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. van Ufcelen Adriano, della medesima arcidiocesi.
18	»	»	Al sig. Truini Ferdinando, della diocesi suburbicaria di Albano.
»		»	Al sig. Tappi Guerrino, della diocesi di Cesena.
19	»		Al sig. D'Amati Gioacchino (Roma).
	»	»	Al sig. Labella Mariano (Roma).
»			Al sig. Volpi Augusto (Roma).
3	gennaio	1953.	Al sig. Vallania Roberto (Roma).

NECROLOGIO

24	novembre	1952.	Monsig. Six Giorgio, Vescovo tit. di Baliana, Vicario Apo stolico di Léopoldville.
1	dicembre	»	Monsig. Lapierre Luigi, Vescovo di Szepingkai.
28	»	»	Monsig. Agostini Carlo, Patriarca di Venezia.
2	gennaio	1953.	Monsig. Chirichigno Fortunato, Vescovo di Piura.
8	»	»	Monsig. Scher Filippo Giorgio, Vescovo di Monterey-Fresno.
13	»		Monsig. Tessaroli Fulvio, Vescovo tit. di Medeli.
17		»	Monsig. Vilanova y Meléndez Giacomo Riccardo, Vescovo di sant'Anna nel Salvador.
31		»	Monsig. Leven Enrico, Vescovo tit. di Arca di Armenia.
14	febbraio	»	Monsig. Santos y Olivera Balbino, Arcivescovo di Granata.
18	»		Monsig. Giardina Pio, Vescovo di Mcosia.
19	• »		Monsig. Anselmo Giovanni Battista, Vescovo tit. di Adrianopoli di Onoriade.
20	»	»	Monsig. Baumann Agostino, Vescovo tit. di Casio.

An. et vol. XXXXV 21 Martii 1953 (Ser. **II,** v. XX) - N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE SIANGYANG (SIAMIAMENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SIANGYANG EVEHITUR AD DIOECESIS DIGNITATEM, QUAE SIAMIAMENSIS APPELLATUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nihil refugit haec Apostolica Sedes ab honoribus largiendis et a tribuendis dignitatibus, quoties per hoc christianae Religionis dilatandae vel augendae spes vera affulgeat. Cum igitur venerabilis Prater Antonius Riberi, Archiepiscopus titulo Barensis idemque in Sinis Apostolicus Internuntius, proposuerit Praefecturam Apostolicam de Siangyang ad Dioecesis gradum et dignitatem esse evehendam hoc ratus Praesulem, si episcopali dignitate augeatur, ampliore quoque auctoritate florere ; cumque Consilium Fidei christianae Propagandae oblatas rogationes censuerit esse probandas ; Nos, de Ecclesiae universalis bono anxii, post auditum dilectum Filium Nostrum eiusdem Consilii Praefectum, et rem attentissimo animo consideratam, eorum consensum supplentes quorum interest, ac certa scientia eorum quae sumus acturi, suprema Nostra auctoritate haec quae sequuntur statuenda decernimus. Apostolicam Praefecturam de Siangyang clero saeculari concreditam iisdem servatis finibus ad Dioecesis dignitatem extollimus, eamque ab urbe principe mutuato nomine,

Siamiamensem appellari volumus ac metropolitanae Hancheuvensi Ecclesiae suffraganeam constituimus. Novae igitur huius dioecesis pro tempore Praesul metropolitanae eiusdem Ecclesiae Archiepiscopi iuri obnoxius erit. Cuius Episcopus ipsam Siamiamensem urbem suae Dioecesis sedem habebit, cathedra episcopali in eiusdem urbis templo collocata, quod usque huc pro cathedrali habebatur. Huius novae Ecclesiae iura, onera, privilegia, obligationes eadem prorsus erunt ac ceterarum eiusdem dignitatis per orbem Ecclesiarum ; similiter eius Praesulibus pro tempore eadem prorsus compétent quae solent omnibus pari dignitate Antistitibus. Interea vero, quoadusque ob rerum adiuncta Collegium Canonicorum erigi nequeat, Consultores Dioecesani, ut dicuntur, eligantur, qui Episcopum adiuvare possint sive in sacris sollemni ritu peragendis, sive in muneribus sui ofiicii obeundis. Praecipimus tamen ut Seminarium condatur, in quo pueri, qui ad Sacerdotii munus a Deo fuerint vocati, educi ac educari possint ad Christi praecepta. Quod vero ad mensam episcopalem spectat, iis bonis ea constituetur quae Praefecturae Apostolicae de Siangyang accedebant, vel etiam Curiae emolumentis, vel denique oblatis sive a S. Congregatione Fidei Propagandae sive a fidelibus christianis rebus et pecuniis. Regimen et administratio novae Dioecesis, electio Vicarii Capitularis seu Administratoris, iura et onera sive populi sive cleri, haec omnia Iuris Canonici praescriptis regantur.

Ut autem omnia, quae his Litteris praecipimus, exsecutioni mandentur, eum deligimus qui, quo tempore res conficietur, Internuntiaturae ad Sinenses praeerit, concessis ad id omnibus necessariis iuribus quae poterunt etiam, si opus fuerit, cuidam viro subdelegari, dummodo in ecclesiastica dignitate vel officio constituto. Eidem autem onus iniungimus peractae exsecutionis acta conficere eorumque fide dignum exemplum ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam primum transmittere. *

Has vero Litteras firmas, validas et eflicaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere volumus atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter observari decernimus. Quod si super his a quolibet, quavis auctoritate, sciente vel ignorante, aliquid contigerit attentari, id prorsus irritum erit et inane, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis vel locis sive impressis sive manu exaratis eadem prorsus tribuatur fides quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione subscribantur et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti muniantur. Nemini vero iis quae per has Litteras a Nobis sunt statuta obsistere liceat. Quod si quis ausu

temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ae beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum Romae apud S. Petrum, die decimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Pro S. R. B. Cancellario

E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

f Alfonsus Carinci, Arch. tit. Seleucien. in I., *Decanus Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXV, n. 21.

II

DE PUCHI
(PÜOHIVANAE)

APOSTOLICA PRAEFECTURA DE PUCHI, IN SINIS, AD DIOECESIS DIGNITATEM EVEHITUR, PUCHIVANAE POSTHAC APPELLANDAE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui universum hominum genus a summo Deo, licet immeriti, habemus commendatum, gravissima illa verba numquam obliviscimur, quae quasi ad Nos facta putamus : « Pasce populum tuum in virga tua, gregem hereditatis tuae)) *{Mich.* 7, 14), ideoque summo cogitamus studio ut christifidelium omnium utilitati maiore in dies cura consulamus, ipsisque copiam demus in recta fide morumque honestate magis magisque proiiciendi. Quapropter animo valde laetamur cum Nobis rerum adiuncta novas sinunt condere dioeceses, quae Christi Evangelium ac gratiam aptius fructuosiusque longe lateque diffundant. Cum vero turbidis rerum adversitatibus Ecclesia sancta in Sinarum regionibus aspere iactaretur, venerabilis Frater Antonius Riberi, Archiepiscopus titulo Darensis et in Sinis Apostolicus Internuntius, enixe poposcit ut Apostolica Praefectura de Puchi ad dioecesis dignitatem eveheretur ut Praesule tandem donaretur,, qui sacram obtineat pontificalem dignitatem utque praeterea labores Si-

nensium sacerdotum, quibus ipsa est commissa, praeclaro honestarentur praemio. Nos igitur, qui hanc rem laeto videmus et diiudicamus animo, quippe quae uberrimos sit paritura fructus, audita sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Consilio Christiano Nomini Propagando praepositorum, consensum supplentes eorum omnium, quorum intersit aut qui sua interesse quavis arbitrentur ratione, haec quae sequuntur, consulto et cogitata, apostolica Nostra auctoritate decernimus et constituimus. Apostolicam Praefecturam de Puchi in dioecesis dignitatem perducimus, « Puchivanae » in posterum ab ipso principis urbis nomine nuncupandae ; cuius praeterea fines ac termini iidem posthac erunt qui adhuc erant Apostolicae Praefecturae de Puchi. Eandemque dioecesim curis committimus saecularis cleri Sinensis, ibidem tam sollerter ad hodiernum diem allaborantis. Novam hanc Pnchivanam dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Hancheuvensi, cuius Metropolitae iuribus Puchivanos pro tempore Praesules subicimus. Qui Praesules sedem ac domicilium in ipsa urbe Puchi habebunt, cathedram vero in templo, quod usque nunc procathedrale ob suam dignitatem appellatum est, recto iure collocabunt. Hanc sane Puchivanam Ecclesiam, quam nuper constituimus, omnibus iis decoramus iuribus et privilegiis, quibus ceterae eiusdem dignitatis Ecclesiae honestantur ; atque eius Praesules iisdem iuribus, privilegiis atque honoribus fruentur, quibus omnes ornantur per terrarum orbem Episcopi ; itemque iisdem oneribus et obligationibus obstringentur. Quoadusque autem, ob temporum rerumque difficultates, Canonicorum Collegium nequeat constitui, facultatem facimus ut, eorum loco, dioecesani consultores renuntientur, qui Episcopum consilio et sapientia adiuvent in moderandis dioecesis negotiis. Cum autem provida mater Ecclesia enixe curet ut iuvenes, qui in spem Ecclesiae succrescunt et magnam sunt rei christianae opem laturi, omni excolantur atque instituantur studio, volumus ut continuo dioecesanum seminarium pro ipsorum cultu erigatur, ad normam tamen sacrorum canonum et a S. Consilio Fidei Propagandae traditarum legum. Episcopalem denique mensam, quam dicunt, novae huius dioecesis bona constituent Apostolicae Praefecturae, quam nuper in dioecesim eveximus, nec non Curiae emolumenta atque eae pecuniae, quas vel S. Congregatio de Propaganda Fide transmittet vel fideles incolae sua sponte Offerent. Quod ad regimen et administrationem huius Puchivanae dioecesis attinet, vel etiam ad electionem Vicarii Capitularis seu Administratoris, cum Sedes vacabit, vel praeterea ad cleri populique iura et onera, ea plane serventur iussa quae Codex Iuris Canonici praecipit. Quae omnia ita decernimus et constituimus ut optimo polleant iure, contrariis quibuslibet non

obstantibus. Ut autem ea quae Nostris bis Litteris iubemus efficiantur, venerabilem, quem diximus, Fratrem Antonium Riberi deligimus, vel eum qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, Sinensi praeerit Internuntiaturae ; cui propterea omnes necessarias ad id facultates facimus, quae alii etiam cuilibet viro subdelegari poterunt, qui tamen sacri exsequatur officium sacerdotii. Iubemus autem ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Consilium Christianae Fidei Propagandae quam primum transmittet.

Has vero Litteras firmas, validas et efficaces nunc et in posterum esse, suamque vim et effectum obtinere volumus ac praecepta, quae iisdem describuntur, ab omnibus ad quos spectant fideliter servari decernimus. Quod si quid adversus ea, quae hisce Litteris statuimus, a quolibet, quavis auctoritate, vel sciente vel imprudente, attentatum fuerit, id irritum sane et inane erit, contrariis quibusvis non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras obrogamus. Nemo pariter Nostris his iussis obsistat ; quod si quis id temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum. Volumus denique ut harum Litterarum exempla vel loci, aut impressa aut manu exarata, eandem plane mereantur fidem, quae hisce ipsis tribueretur ostensis; dummodo tamen ab aliquo publico tabellione sint subscripta et sigillo viri munita, qui sacerdotii munere fungatur.

Datum Romae apud S. Petrum, die decimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praefectus

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. m Cane. Ap., vol. LXXXV, n. 19.

HI

S. LUDOVICI
(KANSANOPOLITANAE IN KANSAS)

A PROVINCIA ECCLESIASTICA S. LUDOVICI SUFFRAGANEAE SEDES KANSANOPOLITANI, QUAE EST IN REGIONE ((KANSAS)), SALINENSIS, VICHITENSIS ET DODGEPOLITANA SEIUNGUNTUR, ATQUE EX ILLIS NOVA ERIGITUR ECCLESIASTICA PROVINCIA, ((KANSANOPOLITANI IN KANSAS)) APPELLANDA. METROPOLIS HUIUS ECCLESIASTICAE PROVINCIAE SEDES ERIT KANSANOPOLITANA IN KANSAS, QUAE, HAC DE RE, AD METROPOLITANAE ECCLESIAE GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR.

\ PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Grave sane officium, a Divino ipso Ecclesiae Conditore Romanis Pontificibus commissum, prae ceteris a Nobis expostulat ut Ecclesia rum omnium, quae longe lateque sunt per universum terrarum orbem diffusae, moderationi et administrationi prospiciamus. Omni igitur studio curare debemus ut illarum circumscriptio temporum et locorum necessitatibus, quantum fieri potest, respondeat. Quas Nostri muneris partes modo a Nobis requirit latissima S. Ludovici ecclesiastica Provincia, quae in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus habetur, cuius territorium ad duos civiles Status se protendit. Eius enim pars altera in Statu, qui vulgo « Kansas)) appellatur, sita est, altera vero, in qua exstat ipsa Metropolitana Sedes, in Statu, cui in vulgus ((Missouri)) nomen, iacet ; ita ut dioeceses, unam eandemque ecclesiasticam Provinciam efformantes, pluries inter se, quod ad civiles res, discrepare contingat. Ad quam causam alia accedit quod dioeceses scilicet, quae in Statu « Kansas » positae sunt, longius absunt a Metropolitana Sede S. Ludovici. Qua de causa, ne possit res incommodis et difficultatibus affici, precibus concedentes venerabilis Fratris Hamleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia, eiusdemque ad Americae Septemtrionalis Foederatos Status Apostolici Delegati; simul ad sententiam descendentes venerabilium Fratrum Iosephi Elmeri Ritter, S. Ludovici Ecclesiae Archiepiscopi, et Eduardi Iosephi Hunkeler, Kansanopolitanae in Kansas Ecclesiae Episcopi; simulque veuerabilk Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis S. Congregationis Consistorialis

a- Secretis, exquisita consilia sequentes; ac denique eorum, quorum interest, aut interesse possit, consensum supplentes; re mature perpensa, haec, quae sequuntur, statuere decrevimus. Ab Archiepiscopi S. Ludovici iure Kansanopolitanam in Kansas, Salinensem, Wichitensem et Dodgepolitanam Ecclesias eximentes, eas omnes in novam ecclesiasticam Provinciam redigimus, ex urbe Kansas, quae inter finítimas civitates et catholicorum hominum frequentia et operum fervore excellit, *Kansanopolitanam in Kansas* appellandam. Quae Kansánopolitana in Kansas Ecclesia earum, quas supra memoravimus, Ecclesiarum erit metropolitana Sedes sive gradu sive dignitate. Ei igitur eadem erunt iura propria et onera, quae sunt aliis eiusdem dignitatis Ecclesiis; simili modo, erunt eius Praesulibus iura, privilegia, dignitates, onera et obligationes, quae solent et aliis Metropolitis competere : quae omnia in primis compétent venerabili Fratri Iosepho Hunkeler, quem, usque modo Kansanopolitanam in Kansas Ecclesiam regentem, nunc, hisce Litteris, ad Archiepiscopatus honorem et dignitatem producimus. His igitur Praesulibus, prae ceteris, ferendae Crucis intra suae ecclesiasticae Provinciae fines erit potestas et pallio utendi, cum illud in S. Consistorio et expostulatum fuerit et obtentum. Ceterae Ecclesiae: Salinensis scilicet, Wichitensis et Dodgepolitana erunt Kansanopolitanae in Kansas Ecclesiae suffraganeae et subiectae. Similiter et earum Praesules pro tempore erunt metropolitae Kansanopolitano pro tempore subiecti. Novae autem huius ecclesiasticae Provinciae fines iidem erunt, qui usque modo fuerunt. Ut autem omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandentur, venerabilem, quem supra diximus, Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, ad Americae Septentrionalis Foederatos Status Apostolicum Delegatum, deligimus, vel eum qui, eo tempore quo actus exsecutioni mandabitur, eidem Delegationi praeerit; eique ad hoc necessarias et opportunas tribuimus facultates, quas et subdelegare poterit cuilibet viro, in ecclesiastica dignitate constituto. Eidem venerabili Fratri insuper onus iniungimus peractae exsecutionis acta conficiendi, eorumque fide dignum exemplum ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi. Has vero Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore, suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari iubemus et decernimus. Quodsi quid super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum et inane erit, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis, sive impressis sive manu exaratis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce ipsis haberetur

ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione ea sint subscripta et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munita. Nemini vero iis, quae per has Litteras a Nobis sunt statuta, obsistere liceat. Quod, si quis ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum ex Arce Gandulphi prope Romam, die nono mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
CLEMENS Card. MICARA
Sacri Collegii Suodecamis

Fr. A. I. Card. PIAZZA
/S. Congr. Consistorialis a Secretis

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXJ.V. n. 67.

IV

S. LUDOVICI IN MAGAGNANO
(TERESTANAE)

ECCLESIASTICA PROVINCIA S. LUDOVICI IN MARAGNINO DIVIDITUR AC TRIBUS EX EA EXCERPTIS DIOECESIBUS : TERESIANA, PARNAIBENSI ET OETRENSI, AC PRAELATURA ((NULLIUS)) PONI IESU DE PIAUÌ (DE BOM IESUS IN PIAUHYÌ, NOVA ECCLESIASTICA PROVINCIA ERIGITUR ((TERESIANA » APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quemadmodum insignis ac prudens templi aedificatur, antequam saxorum lapidumque molem in altitudinem efferat, singulas aedium partes describit ut ad hoc, quod unum instituerat sua arte consequendum, maxime accommodentur; ita Nos, quibus est a Domino rerum grave munus commissum Ecclesiae suae sanctae « vivis et electis lapidibus » accessiones adiungendi, nihil omnino praetermittimus, quin templum hoc, quod in eandem, qua mundus universus, patet amplitudinem, quodque tanti stat atque Christi sanguis, et Dei maiestate sit dignum et christianorum po-

pulorum necessitatibus, quoad fieri potest, conveniat. Cum ergo gravis ac probabilis caussa simulque horum ratio temporum id exigere videntur, Nostrum esse arbitramur ita Dioecesium statum immutare, ut singulis Ecclesiis insita vis magis ac magis promoveatur. Quod in praesens Nobis agendum esse videtur de Sancti Ludovici in Maragnano Archidioecesi, quae est in Brasilia posita. Hanc enioi partiri ac dividi oportere cum magnae necessariaeque rationes suadent tum preces Venerabilium Fratrum : Iosephi de Medeiros Delgado, S. Ludovici in Maragnano Archiepiscopi; Philippi Condurti Pacheco, Parnaibensis Episcopi; Francisci Expediti Lopes, Episcopi Oeirensis; ac denique Innocentii López Santamaria, Praelati « nullius » Boni Iesu de Piani. Quapropter Nos, de sententia Venerabilis Fratris Caroli Chiurlo, Archiepiscopi titulo Amideni eiusdemque in Brasilia Apostolici Nuntii; ac post capta consilia a Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Cardinali S. Congregationis Consistorialis a Secretis; atque eorum, quorum interest vel quovis modo interesse potest, consensum suppl entes ; agenda r unique rerum denique pienissima scientia ac potestate, haec quae sequuntur decernimus. Primum Dioeceses: Teresia u am, Parnaibensem, Oeirensem, ac Praelaturam « nullius » Boni Iesu de Piaui, ex ampliore S. Ludovici ecclesiastica Provincia seiungimus, atque ab eiusdem Archidioecesis Metropolitae iure eximimus ; easque omnes in novae ecclesiasticae Provinciae formam redigimus. Cuius erunt iidem fines, quibus eaedem Dioeceses ac Praelatura «nullius)) terminaban!ur; dum S. Ludovici in Maragnano ecclesiastica Provincia et eiusdem nominis Archidioecesis, atque Dioecesis Caxiensis in Maragnano, ac denique Praelaturarum « nullius » Pinerensis et S. Iosephi de Grajahu finibus claudetur. Modo igitur a Nobis erectae, per has Litteras, Provinciae erit S. Teresiae Ecclesia caput et sedes; cuius rei gratia et « Teresianam » appellandam censemus et ad gradum ac dignitatem archiepiscopalis metropolitanae Ecclesiae extollimus. Nova ergo Archidioecesis S. Teresiae habebit Dioeceses Parnaibensem, et Oeirensem ac Praelaturam «nullius)) Boni Iesu de Piaui subiectas et suffraganeas, atque non solum iisdem iuribus, privilegiis, potestatibus, praerogativis cumulabitur quibus ornantur omnes per terrarum orbem metropolitanae Ecclesiae, sed iisdem etiam oneribus et obligationibus, quibus ceterae, tenebitur. Haec autem omnia iura et onera eius quoque pro tempore Praesules contingent, in primis vero Venerabilem Fratrem Severinum Vieira de Melo, hucusque Teresianae Ecclesiae Episcopum, quem nunc hisce Litteris Archiepiscopatus honore augemus. Poterit igitur hic Venerabilis Frater Crucem deferre, modo intra fines suae Provinciae, sive humerum onerare pallio iuxta liturgicas leges, cum illud

tamen in s. Consistorio expostulatum fuerit et obtentum. Concedimus postremo ut quod Teresianae Ecclesiae canonicorum Collegium communibus usque modo iuribus fruebatur, nunc ad gradum, titulum et honorem Archiepiscopalis metropolitam Collegii evehatur, iisdemque iuribus atque honoribus gaudeat, quibus iure donari solent eiusmodi canonicorum Collegia. Haec omnia autem, quae supra statuimus, iam a Nobis memoratus Venerabilis Prater Carolus Chiarlo, Archiepiscopus titulo Amidenus idemque in Brasilia Apostolicus Nuntius exsequenda curabit vel ille qui eo tempore, quo haec decreta exsecutioni mandabuntur, Nuntiaturae Brasilianae praeerit ; quos propterea omnibus necessariis vel opportunis facultatibus instructos volumus, etiam alii cuilibet viro, si opus fuerit, subdeiegandis, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Oneri erit praeterea eidem Venerabili Fratri peractae exsecutionis documenta conficere eorumque fide digna exempla, cum primum poterit, ad Congregationem Consistorialem trasmitiere. Has vero Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectat observari volumus ac decernimus, quod si quid super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum erit et inane, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis, sive impressis sive manu exaratis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo ab aliquo publico tabellione ea subscribantur et sigillo viri, in ecclesiastica dignitate vel officio constituti, muniantur. Nemini vero iis, quae per has Litteras a Nobis statuta sunt, obsistere liceat. Quod si quis ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum ex arce Gandulphi, prope Romam, die nono mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
C. Consistorialis a Secretis

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £6 Plumbi

Reg. in Cane. Ap. vol. LXXXIV, n. 79.

V

PASSOFITNDENSIS

CANONICORUM COLLEGIUM IN PASSOPUNDENSt CATHEDRALI TEMPLO ERIGITUR ET CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pro apostolico, quo fungimur, officio, pergratum sane Nobis pertingere putamus quidquid vel ad aptiorem singularum dioecesium administrationem spectat, vel ad divini cultus decorem. Quam ob rem, cum Canonicorum Collegia ex vetustissimo Ecclesiae instituto huc pertineant ut et Episcopis ((quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei » (Act- 20, 28) ad nutum prope praesto sint, et eorum senatum quasi efficiant sacrorumque rituum augeant splendorem, facere non possumus quin eiusmodi condi Collegia libenter videamus. Aequo igitur animo preces admittendas ducimus venerabilis Fratris Claudii Colling, Passofundensis Episcopi, qui a Nobis postulavit ut ad cathedralem suam aedem Canonicorum Collegium ad iuris normam erigeretur. Quapropter; audita sententia venerabilis Fratris Caroli Chiarlo, Archiepiscopi titulo Amideni et in Brasiliana republica Apostolici Nuntii, et de consilio venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis S. Congregationis Consistorialis a Secretis; atque eorum omnium, quorum intersit vel qui sua, quavis ratione, interesse arbitrentur, consensum supplentes, Nos, certa scientia ac de suprema Nostra auctoritate, ea quae sequuntur decernimus. Canonicorum Collegium in Passofundensis dioecesis cathedrali templo erigimus et constituimus, quod una tantum Dignitate, quam vocant, condecorabitur, nempe Archidiaconatu, atque e sex Canonicis constabit, quorum alteri munus Theologi, alteri vero munus Praefecti admissis paenitentium expiandis tribuetur. Quae Dignitas, Canonicatus et munera, etiamsi primum concedantur, ad normam tamen communis iuris conferenda sunt. Usquedum vero Dignitas et Canonicatus congruo beneficio augeri nequeant, facultatem facimus ut iis etiam sacerdotibus concredantur, qui aliud habeant beneficium, quamvis cum christianorum 'hominum curatione coniunctum. Indulgemus praeterea ut divino officio, choralibus, quas dicunt, caeremoniis faciendo, Dignitas et Canonici diebus tantum obstringantur Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes, Sacramenti Augusti, Deiparae Virginis Mariae caelo recep-

tae, die festo eiusdem B. Virginis Mariae quam « Aparecida » appellant, cui cathedrale templum est sacratum, ac denique Dominico die Palmarum et tribus postremis diebus Maioris Hebdomadae. Decet praeterea hos Sacerdotes, qui in Episcopi consilium et quasi Senatum asciscuntur, propriis condecorari insignibus, quibus super ceteros emineant : quam ob rem Dignitati Canonicisque Passofundensis Ecclesiae concedimus ut, infra fines modo suae dioecesis et in sacris choralibus caeremoniis, nigram induant vestem talarem, fimbriis ornatam violaceis, se zona circumdent eiusdem violacei coloris, rocheto praeterea amiciantur, quod manicas habeat coccineo colore radiantes, nec non mozetam e serico villoso nigro, coccineis fimbriis distincto atque cappa ex pellibus albi coloris, opportuno tempore exornentur ; caligas denique induant viola tinctas. Volumus vero ut capitulares, quas dicunt, leges sive ad iuris communis normam, sive secundum ea quae hisce Litteris a Nobis statuta suirt quam citius condantur; quas Episcopus sanciet et Dignitas ac Canonici religiose accipient. Quoad vero cetera omnia, officia scilicet et munera, quibus cathedralia Canonicorum Collegia obstringuntur, atque iura et privilegia, quibus eadem decorantur, cummunis iuris normae diligenter serventur; ac propterea, post constitutum hoc Collegium, dioecesani Consultores, suo munere perfuncti, finem capiant. Haec omnia, quae a Nobis statuta sunt, vel venerabilis, quem memoravimus, Frater Carolus Chiarlo, Archiepiscopus titulo Amidenus et in Brasilia Apostolicus Nuntius exsequenda curabit ; cui propterea omnes necessarias opportunasque ad id facimus facultates, alii etiam cuilibet viro, si opus fuerit, subdelegandas, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto; vel ille qui eo tempore, quo haec Decreta ad rem adducentur, Brasilianae Nuntiaturae praeerit. Eidem vero venerabili Fratri onus iniungimus peractae exsecutionis acta conficiendi eorumque fide digna exempla, cum primum poterit, ad S. Congregationem Consistorialem pro officio suo trasmittendi. Has vero Litteras firmas, validas et efficaces nunc et in posterum esse suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus, quorum interest, servari volumus ac decernimus. Quod si quid contra ea, quae a Nobis statuta sunt, a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum et inane erit ; quibuslibet contrariis minime obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus autem ut harum Litterarum exempla vel loci, sive impressa sive manu exarata, eandem prorsus mereantur fidem, quae hisce ipsis haberetur ostensis ; dummodo tamen ea ab aliquo publico tabellione subscripta sint et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti instructa sint. Nemini denique

iis, quae per Nostras has Litteras statuta sunt, obniti liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri ac Pauli se noverit moturum.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die duodevicesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TI S SER ANT — *Sacri Collegii Decanus*

Fr. A. I. Card. PIAZZA — *S. C. Consistorialis a Secretis*

f A. Carinci, Archiep. tit. Selene, in Is., *Decanus Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton, Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXIV. n. 84.

, LITTERAE APOSTOLICAE

I

BASILICAE MINORIS TITULO AC DIGNITATE AFFICITUR ECCLESIA B. MARIAE V. IN CAELUM ASSUMPTAE, IN MONTE ((PLAIN)) INTRA ARCHIDIOECESIS SALISBURGENSIS FINES.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Gementium Solatrix eademque ad caelestem gloriam Assumpta, Beata Maria Virgo in Templo, supra amoenum montem « Plain », quem vocant, prope Salisburgum posito, religiosis ornatur obsequiis estque ibi Christifidelibus perfugium salutis ac praesidium. Cuius quidem Aedis laudes potissimum vulgatae sunt propter eiusdem Deiparae Simulacrum, ante quod, preces fundentes, miram supernorum munerum largitatem pluries experti sunt Dei Genetriéis diligentissimi cultores. Haec enim Imago, Ratisbonae olim exstans et, anno **MDCLII**, primum in summo colle locata, post nonnullos casus, anno **MDCCXXXII**, restituta fuit atque, sex fere lustris expletis, Benedicti Pp. XIV, Decessoris Nostri, fel. rec, nomine et auctoritate, aureo diademate redimita. Loco Sacelli lignei, iam dudum ibi conditi, et minoris Templi, in octo ángulos postmodum exstructi, Maximilianus de Kuenburg, Archiepiscopus Salisburgensis, anno **MDCLXXI**, novam amplioremque Ecclesiam eo genere aedificandam curavit quod a renatis

antiquorum artibus dicere consueverunt. Duae sacrae turres, camera praecelsa, statuae ex marmore eam condecorant haud mediocriter; maximum quoque altare, quattuor columnis tortilibus insigne, Tabernaculum aere inaurato obductum, Imagines Sanctorum, cancelli ex ferro artificiose facti, huic Aedi, Monachis Ordinis Sancti Benedicti creditae, plurimum addunt nitoris atque ornamenti. Quo vero Christifideles ad Caelorum Reginam magis magisque in dies excolendam pro vocarentur, Venerabilis Frater Andreas Rohracher, Archiepiscopus Salisburgensis, preces ad Nos admovit ut hoc Templum Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quas pias expostulationes Nos, quibus summopere cordi est ut homines, gravis huius saeculi iactati procellis, ad Dei Matrem fidentes confugiant, libentissime statuimus audire. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus rei momentis perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum-Xitterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae in monte « Plain », intra Archidioecesis Salisburgensis fines, consecratam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Septembris, anno **MCMLI**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

SANCTUS FRANCISCUS ASISINAS, C, PAROECIAE LOCI ((LLAVALLOL)), INTRA FINES ARCHIDIOECESIS PLATENSIS POSITAE, PRAECIPUUS CAELESTIS PATRONUS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Asisinas civis, Sanctus Franciscus, iam dudum orbi quasi praeclara lux affulsit, ut qui Evangelii praecepta diligentius ipse sit exsecutus et ad virtutem vocarent homines, saeculi caligine obtectos. Mhil proinde mirandum quod Christifideles haud intermisso studio eum excolunt atque rebus in arctis sibi adoptant Patronum. Ex quorum numero sunt loci « Llavallol », intra Platensis Archidioecesis fines, incolae, praesertim sacrorum administri, magistratus, curialium consociationum sodales, qui « pauperi Asisinati » peculiarem adhibent reverentiam. Hi ergo preces ad Nos deferendas curaverunt ut se in tanti Caelitis fidem tradere dignaremur. Quae vota, Venerabilis Fratris Thomae Solari, Archiepiscopi Platensis, amplo commendationis officio suffulta, benigne statuimus explere. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibusque attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Franciscum Asisinatem, Confessorem, paroeciae loci « Llavallol », intra fines Archidioecesis Platensis positae, *praecipuum apud Deum Caelestem Patronum* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si

quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Octobris, anno **MCMLI**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

III

PAROECIALE TEMPLUM SACRATISSIMO CORDI IESU IN URBE AC DIOECESI GRATIA - NOPOLITANA DICATUM BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUSQUE AUGETUR.

PIUS PP. XII .

Ad perpetuam rei memoriam. — Voti religione Sacratissimo Cordi Iesu in urbe ac dioecesi Gratianopoli tana dicatum Templum curiale, quamvis non ab antiqua repetatur aetate, tamen propter divinorum rituum splendorem, populi christiani frequentiam, piarum consociationum alacritatem, molis amplitudinem atque artificiosa, quibus iam condecorata^ opera huiusmodi est ut potioribus sacris Aedibus, a Sede Apostolica peculiari honore ornatis, merito videatur annumerandum. Anno enim MCMXViii, coeptum est exstrui eo genere quod Basilicarum proprium est, atque mox in famam provectum ob egregias, quas strictim attigimus, laudes. Quo igitur cultus Sacratissimi Cordis Iesu ampliora sumeret incrementa Templique huius dignitas magis augeretur, dilectus filius eiusdem Ecclesiae parochus submissas preces Nobis adhibuit ut eam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae vota Venerabilis Fratris Alexandri Caillot, Episcopi Gratianopolitani, commendationis officio suffulta, libenti animo statuimus explere. Quapropter, audito quoque Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, paroecialem Ecclesiam, Sacratissimo Cordi Iesu in urbe ac diocesi Gratianopolitana consecratam, honore *Basilicae Minoris* afiicimus et exornamus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Templis, hoc

nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Iunii, anno **MCMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatious expediendis

IV

BEATA MARIA VIRGO A MISERICORDIA TOTIUS DIOECESIS INTERAMNENSIS CAELESTIS PATRONA AEQUE PRINCIPALIS CUM SANCTO VALENTINO, P. M., DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae Mater constituta est generis humani, Beata Maria Virgo, pie exorata, mortalibus aerumnosis misericordiae sinum aperit eosque studiosa complectitur caritate. Cuius benignitatis specimina edidit praeclara Interamnae in urbe negotiosa et industria, quam miris quibusdam, ut tradunt, illustravit signis cumulavitque munerum supernorum largitate. Eius igitur Imago, a Carolo Maratta, quemadmodum dicunt, summa colorum venustate depicta et in culto sacello Templi principis asservata, tam religiosa est apud eiusdem urbis cives atque etiam continentis regionis incolas ut perpetuis eam ornent honoribus et, potissimum mense Maio atque praecipuo festo die, qui Sabbato ante secundam Dominicam mensis Iulii quotannis agitur, peregrinatorum in modum eo accedant. Augescente vero in dies eiusmodi pietate erga Beatam Mariam Virginem a Misericordia — hanc

enim appellationem non perperam Ipsi indiderant — factum est ut, anno millesimo nongentesimo tricesimo septimo, ex Petriani Canonicorum Collegii consulto, Dilectus Filius Noster Nicolaus Sanctae Romanae Ecclesiae Protodiaconus Cardinalis Canali, gestientis populi circumfusus laetitiis, Simulacrum aureo redimirei diademate. Cuius singularis cultus sollemnia semel saecularia, anno proxime elapso, studio ac diligentia Venerabilis Fratris Ioannis Baptistae Dal Prà, Interamnensis et Narniensis Episcopi, fuerunt celebrata, adstante complurium Praesulum ornatissimo coetu et Christifidelium acclamantium multitudine, cui conventui memorando praefuit idem lectissimus Pater Purpuratus. Hanc occasionem nacti, omnes, sive Templi principis Canonici sive ceteri sacrorum administri sive laicorum ordines, Beatam Mariam Virginem a Misericordia cum Sancto Valentino, Pontifice et Martyre, caelestem sibi Patronam adoptare una sententia statuerunt. Re quidem vera, iam anno millesimo octingentesimo nonagésimo septimo, omnis Clerus Interamnensis, vota exhibens Christifidelium, quorum numerus duodecim millium fuit, postulaverat ut melita haec dioecesis in Dei Genetricis, nomine illo ornatae, traderetur fidem ac tutelam. Qua re tum temporis haud explicata, Venerabilis Fratre, quem diximus, optata enuntians illius contionis marialis, praeterito anno advocatae, Nos rogavit ut Beatam Mariam Virginem a Misericordia totius Interamnensis dioecesis Patronam cum Sancto Valentino renuntiare dignaremur. Nos autem, quibus sollemne est Almae Deiparae religioni quam maxima afferre incrementa, votis huiusmodi libenti animo constituimus obsecundare. Collatis igitur consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem a Misericordia totius dioecesis Interamnensis *caelestem apud Deum Patronam* aeque principalem cum Sancto Valentino, Pontifice et Martyre, confirmamus, seu facimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super

his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Iulii, anno **MCMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

EPISTULA

ALUMNIS SCHOLARUM CATHOLICARUM STATUUM FOEDERATORUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS AD SOLLICITANDA M CARITATEM ERGA PUEROS INDIGENTES ALIARUM NATIONUM.

To Our Dearly Beloved Children of the Catholic Schools in the United States of America.

Dear children of America :

Once again this year at the beginning of Lent "We come to you, beloved children, for a little talk together. But this year influenza, or as you so often call it, the « flu », has found its way even into the Vatican here in Rome, and We, like so many of you, have to stay in bed for a while in order to get well and strong again. That is why the doctors say that this year We should not speak to you over the radio. But at leas t We wanted t o send you this short letter.

Tou children of America have been so good and generous these past few years in giving your gìfts to help your brothers and sisters in the lands across the sea ! We know that our dear Lord has blessed you for this many times over, because He acts just as if you gave your gifts of clothes or food or money to Him. «Whatever you do to one of these little ones », He said, « you do to Me ». And of course nobody can ever ((get ahead » of Our Lord in giving. So He certainly blesses you much more in return, for He gives you the love and kindness of your dear Mother and Pather, of your brothers and sister, of your good teachers ; He gives you your grand Catholic éducation and, best and most wonderful of ali. He gives you Himself, when He comes into your heart in

Holy Communion. No, Our Lord nevers forgets a favor done to one of these ((little ones » of His across the sea.

And this year too they need your help again. Too many of them stili are hungry and cold and homeless. Too many stili need medicines, and vitamins and milk. Too many, just your age, have to wear ciò thes that do not protect their little blodies f rom the wind and the rain and the cold. And now just lately, because of the terrible floods in Holland and England and Belgium, many more thousands of children have lost their homes and everything they once had. So your clothes, and coins, and canned goods, and whatever else you can give, as your teachers will explain to you, will mean so much to them.

Do not say, « But my offering is so little. What is this for so many poor children? ». Remember, each one of you perhaps can give only a little. But there are many thousands of you, and when everything is collected and put ^ogether, it makes a great deal, just ac the mighty océan is made of many drops of water, though each one of them is very tiny.

So We know you will be generous, dear children, with your gifts, and stili more with your prayers and sacrifices. Por the most important thing of ali, even more important than keeping your poor little friends warm and healthy and well-fed, is to keep them good and free f rom sin. So you must pray hard that their misfortune does not make them bad, or lead them in their trouble to forget our dear Lord. Perhaps you can say at least one extra Hail Mry every day during Lent that Our Lady, their Mother as well as yours, guide them and keep them safe f rom sin. Off er your little acts of sacrifice for them. Try to be especially good and obedient during Lent for them. Receive Our Lord often in Holy Communion, and when you have Our Lord in your heart and are praying to Him for your Mother and Father and your brothers and sisters, remind Him too of these other children of His who need His help so much.

Pray too for Us, who here in Vatican City from a Father's heart send you and ali your dear ones a Father's blessing.

From the Vatican, lOth February 1953.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Ad Docentes et Alumnos Collegii Brugensis, vulgo « Collège d'Europe» nuncupati. *

Vous savez, Messieurs, comme Nous accueillons toujours volontiers les représentants du savoir et ceux-là surtout qui, justement préoccupés des intérêts supérieurs de l'humanité, consacrent leurs efforts à la construction d'un monde meilleur et d'une paix durable. C'est pourquoi l'hommage que Nous rendent aujourd'hui les Professeurs et les Etudiants du Collège d'Europe Nous cause un vif plaisir et Nous voudrions vous dire tout l'intérêt que Nous accordons à. vos travaux.

Lorsqu'après la dernière guerre, les dirigeants de certains pays se décidèrent à mettre sur pied des institutions internationales chargées d'organiser la paix, l'expérience cruelle du demi-siècle passé pesait sur leurs discussions et ne cessait de leur rappeler qu'il ne suffit pas d'une idée généreuse pour s'assurer des chances valables de réussite. La réalisation pratique de l'unité européenne en particulier, dont tous pressentaient l'urgence et vers laquelle instinctivement on s'orientait, se heurtait à deux obstacles majeurs, l'un inhérent à la structure de l'Etat, l'autre psychologique et moral. Le premier comporte une série de problèmes économiques, sociaux, militaires et politiques. Les membres qui désirent s'associer se trouvent à des niveaux différents tant sur le plan des ressources naturelles et du développement industriel que sur celui des réalisations sociales : ils ne pourront engager une vie commune qu'après avoir assuré les moyens de maintenir l'équilibre de l'ensemble. Mais, bien plus pressante encore, s'affirme l'exigence de ce qu'on appelle l'esprit européen, la conscience de l'unité interne, fondée non point sur la satisfaction de nécessités économiques, mais sur la perception de valeurs spirituelles communes, perception assez nette pour justifier et maintenir vivace la volonté ferme de vivre unis.

C'est pour étudier ce double problème que fut établi le Collège d'Europe, et la seule considération du but poursuivi suffit à mettre en lumière la signification réelle de vos activités. Préparer les hommes qui seront capables d'affronter ces questions au sein des divers organismes responsables, de proposer des solutions viables malgré les divergences parfois énormes de tendances et de points de vue, capables surtout de remonter

* **Habita die Io Martii mensis a. 1958.**

aux sources de l'esprit européen, d'en devenir les protagonistes qualifiés, ce n'est pas une tâche aisée. Nous sommes heureux qu'il se soit trouvé des hommes pour oser l'entreprendre et la poursuivre avec la patiente espérance qui en assure les débuts. Comme Nous ne pouvons en détailler les aspects multiples, Nous voudrions en souligner au moins un, parce qu'il rejoint Nos préoccupations dominantes et les soucis quotidiens de Notre mission de Pasteur d'âmes. Nous venons à l'instant de parler de l'esprit européen. Nul doute qu'il doive constituer un objectif capital, sans lequel rien de solide ne pourra se construire. Qu'il Nous soit permis d'insister sur les conditions de son avènement.

On reconnaît sans peine que des concessions sérieuses seront exigées de tous les partenaires d'une Europe unie. Transfert d'industries, réadaptation de la main d'œuvre, fluctuations et difticultés locales dans tel ou tel secteur de la production ; voilà quelques-unes des éventualités auxquelles devrontsfaire face les gouvernements et les peuples. Ces malaises peuvent être passagers, mais aussi durables; il n'est pas certain qu'ils seront toujours compensés à brève échéance par des avantages économiques, tout comme, déjà à l'intérieur d'un pays, les régions plus pauvres ne jouissent d'un niveau de vie égal que grâce à l'apport des régions plus fortunées. Il faudra donc faire admettre des renoncements, peut-être permanents, par l'opinion publique de chaque nation, lui en expliquer la nécessité, lui inspirer le désir de rester malgré cela unie aux autres, de continuer à les aider.

On devine la réaction naturelle des égoïsmes, le repli sur soi quasi instinctif, arme dangereuse aux mains des opposants et de tous ceux dont les fins équivoques s'accommodent bien des querelles d'autrui. Il faut donc, dès le départ, s'en persuader : la perspective de profits matériels ne garantira pas la volonté de sacrifices indispensables à la réussite. Tôt ou tard, elle se révélera illusoire et trompeuse. On alléguera, alors les intérêts de la défense commune : sans doute la peur suscite facilement une réaction violente, mais, d'habitude, assez brève et dépourvue de force contructive, non susceptible de canaliser et de coordonner des énergies diverses au service d'une même fin.

Si l'on cherche des garanties solides pour la collaboration entre pays, comme d'ailleurs pour toute collaboration humaine, dans le domaine privé ou public, dans les cercles restreints comme sur le plan international, seules des valeurs d'ordre spirituel se révéleront efficaces, seules elles permettront de triompher des vicissitudes que les circonstances fortuites ou, plus souvent, la malignité des hommes ne tardent pas à faire éclo-

re. Entre lés nations comme entre les personnes, rien ne dure sans , une véritable amitié.

Un sentiment d'une telle qualité, faut-il le dire, ne se crée pas en quelques années ni par des moyens artificiels. Mais grâce à Dieu, ce sentiment existe déjà, un peu alangui ici ou là, trop inconscient de lui-même, trop peu au fait de ses propres ressources et de sa puissance incomparable. Nous n'en voulons comme preuve, que le splendide témoignage de générosité, qui, tout récemment encore, a suscité l'affluence des secours aux victimes des inondations. Il faut saluer avec joie ce signe d'un vrai désintéressement, d'une vraie compréhension mutuelle, d'une volonté efficace de collaboration pour la défense non point de profits mercantiles, mais d'authentiques valeurs humaines. Il vous revient, comme spécialistes des questions européennes, de scruter les causes et les ressorts psychologiques de ces attitudes. Il ne Nous échappe pas que, si l'Empire Romain a posé les premiers fondements juridiques et culturels de l'Europe en diffusant la civilisation gréco-latine, le christianisme a modelé l'âme profonde des peuples, il a dégagé en eux, en dépit de leurs différences les plus marquées, les traits distinctifs de la personne libre, sujet absolu de droit et responsable devant Dieu non seulement de sa destinée individuelle, mais aussi du sort de la société où elle est engagée.

Dans cette conviction s'enracinent le respect d'autrui, le sens de sa dignité inaliénable et de l'aide réciproque que l'on se doit pour san vegarder et promouvoir ces biens que toutes les richesses de la terre ne sauraient payer. Ces sentiments, encore trop confus à présent, il importe de les aviver,- de les éclairer sous toutes les incidences, de les diffuser dans la masse, de leur permettre de se traduire en gestes analogues à ceux que Nous admirions tantôt.

La volonté de vivre ensemble qui cimentera l'Europe de demain se gardera de la défaillance à la vue des dangers externes qui la menacent; mais au lieu de se laisser pousser vers le but, un peu contre son gré, ne vaut-il pas mieux que chacun y soit attiré par un élément positif?

Des éléments de ce genre, on les retrouve déjà dans le domaine économique et politique. L'Europe unie se propose de garantir l'existence de chacun de ses membres et celle du tout qu'ils constituent, de favoriser la prospérité économique, de sorte que sa puissance politique puisse être en mesure de se faire respecter, comme il convient, dans le concert des puissances mondiales. Voilà certes un but positif appréciable des efforts présents vers une Europe unie.

Ce que Nous avons déjà souligné en d'autres circonstances, Nous croyons pouvoir le répéter encore devant vous, parce que c'est une con-

viction que l'expérience affermit en Nous, non seulement d'année en année, mais pour ainsi dire, de mois en mois : au delà de ce but économique et politique, l'Europe unie doit se donner pour mission l'affirmation et la défense des valeurs spirituelles qui, autrefois, constituaient le fondement et le soutien de son existence, qu'elle avait jadis la vocation de transmettre aux autres parties de la terre et aux autres peuples, et qu'elle doit rechercher aujourd'hui, par un effort pénible, pour se sauver elle-même : Nous voulons dire la foi chrétienne authentique comme base de sa propre civilisation et de sa propre culture, mais aussi de toutes les autres. Nous le disons bien clairement, parce que Nous craignons que l'Europe, sans cela, ne possède pas la force interne pour conserver, devant des adversaires plus puissants, non seulement l'intégrité de ses idéals, mais aussi son indépendance terrestre et matérielle.

Ce n'est pas sans motif que le Collège d'Europe a choisi pour siège une ville riche de passé, et Nous sommes heureux de le souligner, de passé chrétien. Que la'paix de ses eaux tranquilles soit le symbole de celle que vous travaillez à assurer, en rendant aux hommes d'aujourd'hui la conscience de leurs affinités, en les aidant à consentir les nécessaires renoncements, grâce à l'attirance d'une vocation qui leur promet encore d'inestimables conquêtes.

Que le Seigneur daigne protéger vos personnes, vos familles et vos efforts, sur le chemin du bien.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

PKOSCRIPTIO LIBRI

Feria IV, die 7 Ianuarii 1953

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur :

Les événements et la foi 191^0-1952 (Jeunesse de l'Eglise), Editions du Seuil, Paris.

Et sabbato, loco feriae V, die 14 Martii 1953, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XII, in audientia Emo ac Revmo D. Cardinali Pro Secretario Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 16 Martii 1953.

M. Crovini, *Notarius*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 18 Decembris 1952. — Cathedrali Ecclesiae Bumanguensi, nuper erectae, praefecit Exc. P. D. Hannibalem Muñoz Duque, hactenus Episcopum Suceursensem et Sancti Aegidii.

die 28 Ianuarii 1953. — Titulari episcopali Ecclesiae Ierichuntinae R. D. Albertum Castelli, canonicum ad honorem Capituli metropolitani Mediolanensis et professorem in Catholica Universitate a Ssmo Corde

Iesu, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Adeodati Ioannis S. R. E. Cardinalis Piazza, Episcopi Sabinensis et Mandelensis.

die 7 Februarii 1953. — Titulari episcopali Ecclesiae Aulonitanae R. D. Gulielmum Sedlmeier, canonicum Capituli cathedralis Rottenburgensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Leiprecht, Episcopi Rottenburgensis.

die 10 Februarii 195S. — Metropolitanae Ecclesiae Manilensi Exc. P. D. Ruphinum Santos, hactenus Episcopum titularem Barcaeum.

— Cathedrali Ecclesiae Kerriensi Exc. P. D. Dionysium Moynihan, hactenus Episcopum Rossensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ceaensi R. P. D. Laurentium B. Casey, Antistitem Urbanum et parochum ecclesiae cathedralis Roffensis in America, quem deputavit Auxiliarem Exc. P.D. Iacobi Eduardi Kearney, Episcopi Roffensis in America.

— Titulari episcopali Ecclesiae Rhaedestenae R. D. Emmanuelem Alphonsum De CarvalhoYex archidioecesi Bracharensi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Gulielmi Augusti Da Cunha Guimarâes, Episcopi Angrensis.

die 12 Februarii 1953. — Titulari episcopali Ecclesiae Medelitanae R. D. Marinum Bergonzini, praepositum Capituli metropolitani Muti neu sis et Cancellarium Curiae archiepiscopalis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Caesaris Boccoleri, Archiepiscopi Mutinensis et Abbatis nullius Nonantulani.

die lk Februarii 1953. — Cathedrali Ecclesiae Versaliensi Exc. P.D. Felicem Guiller, hactenus episcopum Apamiensem.

die 17 Februarii 1953. — Titulari episcopali Ecclesiae Sophenensi Revmum P. Patritium Harman Shanley, Administratorem Apostolicum Praelaturae *nullius* Infantensis, quem constituit Praelatum *nullius* Infantensem.

die 20 Februarii 1953. — Cathedrali Ecclesiae Succursensi et Sancti Aegidii Exc. P. D. Petrum Iosephum Rivera Mejía, hactenus Episcopum titularem Edistianensem.

— Cathedrali Ecclesiae Barranquillensi Rev. D. Franciscum Gallego Pérez, parochum in urbe Yarumal, dioecesis Sanctae Rosae de Osos.

die 10 Martii 1953. — Cathedrali Ecclesiae Anagninae R. P. Henri cum a S. Teresia, ex Ordine Fratrum Carmelitarum discalceatorum, in saeculo Romulum Compagnone, professorem theologiae dogmaticae in Facultate theologica Collegii Internationalis Ordinis Fratrum Carmelitarum discalceatorum et qualificatorem Sacrae Congregationis Sancti Officii.

II

KERRIENSIS ET AGHADONENSIS

DECRETUM

DE NOMINIS MUTATIONE

Cum nuper ab Apostolica Sede expostulatum sit ut dioecesis Kerriensis et Aghadonensis in posterum, dempto altero titulo, Kerriensis tantum appelletur, SSmus Dominus Noster PIUS Divina Providentia PP. XII, praesenti Consistoriali Decreto, benigne decernere dignatus est ut praefata dioecesis in posterum Kerriensis tantum nuncupetur.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 20 Decembris 1952.

✠ Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. ✠ S.

I. Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DE SALISBURY - ARCIS VICTORIAE

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

Cum per Decretum hodierna die editum in Rhodesia Meridionali haec Sacra Congregatio de Propaganda Fide Praefecturam Apostolicam Umtaliensem, territorii partibus tum a Vicariatu Apostolico de Salisbury, Societati Iesu concredito, tum a Vicariatu Apostolico Arcis Victoriae, Societati Missionum Exterarum de Bethlehem in Helvetia commisso, distractis erexisset, ac propterea memoratus Vicariatus Apostolicus Arcis Victoriae nimis territorio suo deminutus mansisset, utque in territorii de Salisbury Vicariatus parte, cui nomen « G velo » et « Selukwe » evangelizationis operi aptius consuleretur, visum est ad novam inter duos, quos diximus, Vicariatus limitum definitionem procedere.

Quamobrem haec Sacra Congregatio memoratam territorii partem

de « Gwelo » et de « Selukwe », quae hucusque ad Vicariatum Apostolicum de Salisbury pertinebat, ab ipso Vicariatu Apostolico de Salisbury distrahendam atque Vicariatui Apostolico Arcis Victoriae adne ctendam censuit.

Quod Sacrae Congregationis de Propaganda Fide consilium eiusdem Sacrae Congregationis Cardinalis Praefectus, vigore specialium facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papa XII die 11 Octobris 1952 concessarum, ratum habens atque confirmans, memoratum territorium de « Gwelo » et de ((Selukwe » a Vicariatu Apostolico de Salisbury distraxit et Vicariatui Apostolico Arcis Victoriae adnexuit, presensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 2 Februarii a. D. 1953.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. *fB* S.

C. Corvo, *Subsecretarius*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

VICARIATUS APOSTOLICI RABAULEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVORUM DEI MATTHAEI RASCHER, E CONGREGATIONE MISSIONARIORUM S. C. ET SOCIORUM IN ODIUM FIDEI, UT FERTUR, INTEREMPTORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Tota sanctificationis hominis oeconomia in eo consistit, ut ipse divinae gratia respondens, dum vivit, similis in passione Christo fiat, ut simili gloria coronetur in caelis, docente Apostolo : *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos praestavit ei praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus* (Rom. 8, 28-29). In Servis Dei, de quibus modo fit sermo, divina « gratia vacua non fuit », huius impulsui morem gerentes, dignos se reddiderunt ut Christo fierent similes in passione ideoque similes in gloria.

Decem hi Dei Servi Christi gloriae, salutique animorum tot infidelium attendentes, patria vitaeque commodis relictis, missionalem vitam apud crudeles, barbaras, antropophagas gentes amplexati sunt, « Christum daturi aut sanguinem ». Christum dederunt et sanguinem. Nunc de singulis pauca delibemus :

1. Matthaeus Rascher die 12 Novembris a. 1868 in oppido Sambach in Bavaria natus, in Congregatione Missionariorum S. Cordis a. 1889 prima vota nuncupavit. Sacerdos die 15 Iulii a. 1895 factus, die 23 Septembri mense eiusdem anni ad Apostolicum Vicariatum tunc Novae Pomeraniae nunc Rabaulensem in Oceania perrexit, quo pervenit die 16 Novembris. Constitit in loco « Vunamarita ». Amicitia cum feroci gente Baining inita, S. Pauli stationem constituit, novosque ad fidem conversos ibi collegit eosque moderabatur; similes normas servans, quibus celeberrimae Reductiones Paraguaienses a Patribus Soc. Iesu institutae regebantur. Albertus H a hl, Germanicum Gubernator, amplas facultates ei concredidit.

Martyrium optabat; agnita enim a quodam indigena, voluntate alterius indigenae eum occidendi, respondit : « Si vult interficere me, peribo propter Iesum; Iesus enim sanctificavit unum virum et unam uxorem, ne quis ducat duas uxores ».

2. P. Henricus Rutten natus est Tilburgi in Hollandia die 30 Ianuarii a. 1873; eamdem Congregationem die 21 Novembris a. 1893 est ingressus; ad sacerdotium promotus die 5 Augusti a. 1900, mensibus duobus post ad eamdem missionem transmeavit.

3. Fr. Aloisius (Franciscus Iosephus Bley) Ord. Cisterc. reformati. Natus in Haltern (Westfalia) die 25 Ianuarii 1865. Missus fuerat ut novum Monasterium in Nova Pomerania constitueret. Interim quasi alter ex Missionariis S. C. pro aedificanda S. Pauli Ecclesia adlaborabat. Suavissimi erat ingenii : in labore indefessus. Martyrium optabat.

4. Fr. Ioannes Schellekens, natus in Osterwijk in Hollandia die 26 Februarii 1873. Congregationem Missionariorum S. C. 1894 die 8 Decembris ingressus est. Mense Septembri 1899 in Novam Pomeraniam missus, die occisionis cum aliis apud Ecclesiam S. Pauli proxime consecrandam versabatur.

5. Fr. Eduardus Plaschaert, natus in Overslag in Belgio die 17 Iulii a. 1871, Congregationi Missionariorum S. C. 8 Decembris 1894 se adiunxit. Decembri mense a. 1900 in eumdem Vicariatum pervenit. In Ecclesia S. Pauli die occisionis inventus est.

sanciet et Canonici religiose servabunt. Quod praeterea ad cetera omnia attinet, officia et munera, iura et privilegia, quae ad metropolitanum Canonicorum Collegium spectant, iuris communis serventur normae. Quam ob rem, post erectum hoc Collegium, dioecesani Consultores, suo munere perfuncti, finem capient. Haec omnia, quae a Nobis statuta sunt, vel Venerabilis, quem diximus, Frater Carolus Chiarlo, Archiepiscopus titulo Amidenus et in Brasilia Apostolicus Nuntius, exsequenda curabit, cui propterea omnes necessarias opportunasque ad id facimus facultates, alii etiam cuilibet viro, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto, si opus fuerit, subdelegandas ; vel ille curabit, qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, Brasilianae Nuntiaturae praeerit ; cui venerabili Fratri onus iniungimus peractae exsecutionis acta conficiendi eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittendi. Has vero Litteras firmas, validas et efficaces nunc et in perpetuum esse suosque plenos et integros effectus obtinere nec non praecepta, quae iisdem describuntur, ab omnibus, ad quos spectat, fideliter servari volumus ac decernimus. Quod si quid contra ea quae a Nobis statuta sunt, a quolibet, quavis auctoritate, ve] sciente vel imprudente, contigerit attentari, id sane irritum et inane erit, contrariis quibuslibet minime obstantibus, quibus omnibus per Nostras has Litteras derogamus. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis et locis, aut impressis aut manu exaratis, eadem plene tribuatur fides, quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo tamen ea ab aliquo publico tabellione subscribantur et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti muniantur. Nemini denique iis, quae per has Litteras statuta sunt, obsistere liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri ac Pauli se noverit moturum.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die primo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TI S SER AN T — Fr. A. I. Card. PIAZZA
Sacri Collegii Decanus — *S. C. Consistorialis a Secretis*

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Iosephus Caprio, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIV - n 85.

III.

MADRASPOLITANAE ET S. THOMAE DE MELIAPOR
(VELLORENSIS ET TANJORENSIS)

ARCHIDIOECESIS MADRASPOLITANA ET DIOECESIS S. THOMAE DE MELIAPOR DIVIDUNTUR ET EX DISTRACTIS TERRITORIIS DUAE NOVAE DIOECESES FIUNT : VELLORENSIS ET TANJORENSIS. EX RELIQUO TERRITORIO SIVE ARCHIDIOECESIS MADRASPOLITANAE SIVE DIOECESIS S. THOMAE DE MELIAPOR UNA NOVA ARCHIDIOECESIS EFFICITUR ((MADRASPOLÏTANA-MELIAPORENSIS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex primaevae Ecclesiae historia maxime autem ah Apostolo Paulo discimus evenire saepissime ut sacrarum di vinar umque rerum opus intentius et uberius evadat si, quae suppeditant, vires in unum colligantur ; alias vero earundem virium sapientiorem atque aptiorem dispositionem requiri. Quae in oculis animoque habentes nihil dubitandum hodie Nobis censemus tum latissimam Archidioecesim Madraspolitanam ac Sancti Thomae de Meliapor dividere ac paruri, tum quae sunt reliqua territoria earum Dioecesium inter se copulare. De consilio igitur Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Fidei Propagandae praepositorum ; eorum insuper quorum interest aut quoquo modo interesse potest consensum supplentes ; omnibus in animo maturius consideratis certaque scientia eorum quae sumus acturi ; Nostra demum apostolica potestate, quam in universam Ecclesiam a Christo accepimus, haec statuimus. Eas partes Madraspolitanae Archidioecesis, quae eorum lingua North Arcot et Chittoor cognominantur, ab reliquo territorio per has Litteras seiungimus ac separamus atque in novam Dioecesim constituimus. « Vellorensem)) appellandam et Societati Sancti Francisci Salesii concredendam. Huius Vel lorensis Dioecesis sedes erit in ipsa urbe *Vellore*, cathedra vero episcopalis in Sanctae Mariae caelo receptae templo exstabit.

Itidem ab Dioecesi Sancti Thomae de Meliapor eam partem quae a meridie abiacet, quaeque a reliquo eiusdem Dioecesis territorio separatur et abest, dividentes in novae Dioecesis formam redigimus : quae ab urbe *Tan j ore* « Tanjorensis » nomen inditum habebit ac saecularibus sacerdotibus curae erit. Sedem huius Tanjorensis Ecclesiae eandem Tan-

jore urbem censemus habendam, Episcopi autem cathedram in templo ab Iesu Corde nominato collocandam. Statuimus super haec ut de cetero territorio sive Archidioecesis Madraspolitanae sive Dioecesis Sancti Thomae de Meliapor una fiat nova Archidioecesis cuius appellatio sit « Madraspolitana-Meliaporensis », cuiusque cathedra in templo Sancti Thomae in urbe Meliapor collocetur, Sanctae Mariae Angelorum templo, quod est in urbe *Madras*, concathedralis titulo condecorato. Meliaporensis urbs erit insuper novae Archidioecesis sedes. Tanjorensem Ecclesiam, cuius territorium a Goanensi Patriarchae iure per has Litteras eximimus, et Vellorensem Archidioecesi Madraspolitanae-Meliaporensi suffraganeas et subiectas volumus ; cui eas quoque Dioeceses et Praefecturas Apostolicas subicimus quae usque modo Ecclesiae Madraspolitanae subdebantur. Nuper constitutae Dioeceses et Archidioecesis iisdem iuribus, privilegiis, dignitatibus fruentur quae solent ceteris Ecclesiis eiusdem dignitatis tribui; item iisdem oneribus teneri ac ceterae necesse erit. Similiter habebunt harum Ecclesiarum Praesules eadem prorsum iura et onera quae sunt aliis eiusdem gradus et dignitatis Praesulibus. Volumus praeterea ut in utraque Dioecesi quas constituimus Seminarium erigatur pueris ad sacerdotale munus educendis et erudiendis iuxta Iuris Canonici leges vel a S. Congregatione nomini christiano Propagando traditas normas. Collegium quoque Canonicorum in iisdem Dioecesibus erigendum censemus, qui Episcopum in suis muneribus obeundis adiuvent sive consiliis datis sive exhibita opera. Quoad vero, ob adversa temporum adiuncta, constitui nequeant hi Canonicorum coetus, concedimus ut eorum loco possint Consultores dioecesani ab Episcopo deligi, qui tamen a munere cessabunt cum cathedrale Canonicorum Collegium constituere licebit. Mensam episcopalem, quae dicitur, Vellorensis et Tanjorensis Dioecesium tum iis bonis constituetur, pro rata tamen parte, quae ante peractam Archidioecesis Madraspolitanae et Dioecesis S. Thomae de Meliapor territoriorum divisionem iisdem ipsis Ecclesiis accedebant; tum Curiae emolumenta; tum denique eae, quae vel a S. Congregatione Fidei Propagandae mitti, solent vel a fidelibus christianis offerri pecuniae. Quod vero ad novae Archidioecesis mensam attinet, fere idem dicendum ac supra de mensa Dioecesium diximus ; nisi quod unitis Sedibus Madraspolitana et Sancti Thomae de Meliapor eorum quoque bona Madraspolitanae-Meliaporensi Ecclesiae cedunt et aggerantur. Ea postremo, quae ad regimen et administrationem novarum Dioecesium et novae Archidioecesis respiciunt, vel etiam, sede vacante, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris electionem, vel denique ad Cleri populique iura et onera, Iuris Canonici praescriptis omnino regantur. Universo autem clero onus iniungimus ibi

ministerio suo fungi ubi quisque ad hoc temporis inveniatur. Ut autem ea omnia quae his Litteris decrevimus prosequatur eum deligimus qui eo temporis quo actus exsecutioni mandabitur Internuntiaturae ad Indos praeerit, cui necessarias et opportunas facultates ad id tribuimus quae et alii poterunt subdelegari dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Eundem insuper iubemus peractae exsecutionis documenta conficere, quorum certae fidei exemplum ad Sacram Congregationem nomini christiano Propagando praepositam quam citius mittatur.

Has vero Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter servari volumus et decernimus. Quod si super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter aliquid contigerit attentari, id prorsus irritum et inane erit, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis sive impressis sive manu exaratis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione sint subscripta et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munita. Nemini vero iis quae per has Litteras a Nobis sunt statuta obsistere liceat. Quod si quis ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum ex arce Gandulphi, prope Romam, die decimo tertio mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quartodecimo.

Pro S. B. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco j^j-Plmmbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIV, n.. 91.

IV

DE CHOCÓ ET ANTIOQUIENSIS
(QUIBDUANUS ET ISTMINA1ËNSIS)

EX PRAEFECTURA APOSTOLICA DE CHOCÓ ATQUE EX DIOECESI ANTIOQUIENSI ALIQUA MUNICIPIA DISTRAHUNTUR QUIBUS DUO APOSTOLICI VICARIATUS EFFORMANTUR: QUIBDUANUS SCILICET ET ISTMINAËNSIS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum usu cotidiano cognitum habeatur religiosarum rerum opus, si bene dispertiatur et designetur, magnos hominibus parere fructus ac valde prodesse ad christianae rei incrementum, idcirco, cum spes utilitatis emergat, nihil dubitamus aliquid de Ecclesiarum regimine et administratione immutare. Quoniam igitur venerabilis Prater Antonius Samoré, Archiepiscopus titulo Ternobenus idemque in Republica Columbiana Apostolicus Nuntius, petiit ut latissima Praefectura Apostolica de Chocó divideretur ac fines ecclesiasticarum circumscriptionum civilis regionis limitibus aptarentur cui nomen « Departamento de Chocó », Nos, ea sancientes quae S. Congregatio Fidei Propagandae post ánditos, quorum interest, Episcopos et Sacram Congregationem Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis expediendis, decreverit, re insuper qua par est prudentia et gravitate in animo considerata ac proinde certa scientia eorum quae acturi sumus, ea denique auctoritate qua universo Ecclesiae gregi pascendo praesidemus, quae sequuntur statuere decernimus.

A territorio ex quo constat Praefectura Apostolica de Chocó quasiparoecias, quas vulgo de « Pueblorrico » et de ((S. Antonio de Chami » appellant, distrahimus, condendae Pereiranae Dioecesi adnectendas. Reliquam eiusdem Praefecturae regionem in duas partes dividimus : quarum alteram in novi Apostolici Vicariatus formam redigimus « *Quiòduani* » appellandi ; altera vero Vicariatum Apostolicum « *Istminaënsem* » efformabit. Vicariatus Apostolicus Quibduanus amplectetur muniçipia de « Riosucio » et « Aeandi » quae usque modo Dioecesi Antioquiensi accedebant, ac municipia de « Quibdó » et « Bagado » ad hunc diem partem Praefecturae Apostolicae de Chocó; et Congregationi Missionariorum Filiorum ab Immaculato Corde B. M. V. concredetur, ad No-

strum tamen et Apostolicae huius Sedis nutum. Vicariatus vero Istminaënsis iis mnnicipiis constituetur quae sunt Praefecturae Apostolicae de Chocó reliqua, scilicet : « Istmina », ((Tadó », « Condoto » « Nónita », « S. José del Palmar », « Baudó » et « Nuquí » ; quae omnia territoria novum hunc Vicariatum Apostolicum efformantia Instituto Exteris Missionibus provehendis curae erunt, ad Nostrum pariter nutum et Apostolicae Sedis. His Apostolicis Vicariatibus a Nobis his Litteris constitutis quorumque limites civilium municipiorum e quibus constant coaequandi sunt, ea omnia sive onera et obligationes, sive iura et privilegia erunt propria quibus solent alii omnes Vicariatus Apostolici teneri et frui. Idem de eorum Praesulibus pro tempore dicendum est.

Has vero Litteras validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter servari volumus et decernimus. Quod si super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter aliquid contigerit attentari, id prorsus irritum et inane erit, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus per has Litteras obrogamus. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis sive impressis sive manu exaratis eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo tamen ab aliquo tabellione publico subscribantur et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti muniantur. Nemini vero iis, quae per has Litteras a Nobis sunt statuta, obsistere liceat. Quod si quis ausu temerario praesumpserit attentare, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum ex Arce Gandulphi prope Romam, die decimo quarto mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. S. B. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXV, n. 9.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V. ((DE AFRICA)) URBIS SEPTENSIS PRAECIPUA APUD DEUM CAELESTIS PATRONA CONFIRMATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Tanta est, quemadmodum accepimus, civium Septensium pietas erga Beatam Mariam Virginem « de Africa » appellatam, ut eam iam anno MDCLI caelestem sibi adoptaverint Patronam atque per hominum aetates praecipuis excoluerint obsequiis. Quam electionem ut Nostra auctoritate confirmaremus, Venerabilis Frater Thomas Gutiérrez Diez, Episcopus Gadicensis et Septensis, Nos rogavit oravitque. Quas preces pro eo, quo flagramus, studio Almae Deiparae religioni quam amplissima afferendi incrementa, libenti animo statuimus audire. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Mariam Virginem ((de Africa » urbis Septensis praecipuam apud Deum caelestem Patronam confirmamus seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Maii, anno **MCMXLIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
*Officium Regens**
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

BEATA MARIA V. A ROSARIO ((DE LOS NIÑOS)) APPELLATA, OPPIDI ((PUENTE LA HIGUERA)), INTRA FINES VALENTINAS ARCHIDIOECESIS, PATRONA CAELESTIS DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Piissima Dei Parens hominumque Mater non uno modo per saecula ostendit, quo singulari studio et amore pueros puellasque complecteretur. Cuius rei praeclarum dedit specimen, uti tradunt, in Valentinae Archidioecesis oppido, quod «Fuente la Higuera » appellatur, ubi infantium turba, honori Deiparae a Rosario pompam ducens, mirabili Eius auxilio a morte servata fuit incolumis. Hoc egregio eventu municipum animi incredibiliter sunt commoti, ita ut Beatam Mariam Virginem a Rosario puerisque nuncupatam Caelestem sibi Patronam adoptarent Ipsiusque diem festum solemnemque eiusdem rei memoriam peragerent quotannis. Quam superni Patrocinii renuntiationem ut Nostra auctoritate ratam haberemus memorati oppidi curio submisse Nos rogavit. Nos vero, pro peculiari erga Reginam a Rosario pietate eiusque provehendae studio, huiusmodi preces, Valentini Ordinarii commendatione suffultas, libenti animo statuimus audire. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Mariam Virginem a Rosario ((des los niños » appellatam atque in oppido « Fuente la Higuera », intra fines Valentinae Archidioecesis, excultam., eiusdem loci praecipuam caelestem apud Deum *Patronam* confirmamus, seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irri-

tumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scièntei-'sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Iunii, anno **MCMXLIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

• III

BEATA MARIA V., VULGO ((NOTRE-DAME DU REMPART)) INVOCATA, TOTIUS CIVITATIS NAMURCENSIS PATRONA CAELESTIS AEQUE PRINCIPALIS CUM SANCTO ALBANO RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Vetus est apud Namurcenses Beatae Mariae Virginis cultus et religio, quandoquidem primum in eorum oppido exstructum Templum Deiparae nomine fuit dedicatum, cui saeculo x ((collegialis » Aedis honor est adiunctus. Neque defuit Caelorum Regina fidelium temporibus, cum, inter bella religionis causa oborta, illos ab haereseos veneno servaverit immunes. Numquam igitur animorum alacritate deficiente, sollemnia, pompae, ludi ad tantae tutricis honorem celebrantur pluresque ab ea nuncupatae sodalitates in divinarum rerum actuosa versantur exercitatione. Iuvat memorare quotannis, tertia die Dominica mensis Iulii, per vicos et fora urbis deferri Simulacrum Beatae Mariae Virginis ab origine Immaculatae, quam et « Dominam Nostram ad moenia » vel vulgari sermone « Notre-Dame du Rempart » appellant. Quam insignem Effigiem, superiore bello, quod per orbem flagraverat, confecto, Namurcensium tum Antistes, rec. mem. Pii Pp. XI, Decessoris Nostri, nomine et auctoritate, aurea corona, inter populi plaudentis vota, redimivit. Urbis vero moderatores, ab inclita Dei Genetrice nullum non sperantes praesidium, anno **MCMXXXV**, iterumque anno **MCMXLIV**, cum plurimis in locis rursus concurreretur armis, ei civitatem devotam voluerunt. Quibus permotus, Venerabilis Frater Andreas Maria Charue, Namurcensis Episcopus, vota quoque excipiens Cleri, magistrarum omnisque populi, preces ad Nos admovit ut Beatam Mariam Virginem, ut «Dominam Nostram ad moenia» seu

vulgo « Notre-Dame du Eempart » invocatam, totius civitatis Namurcensis Caelestem apud Deum Patronam aeque principalem cum Sancto Albano renuntiare dignaremur. Nos autem, qui omne studium conferimus ad augendam Christifidelium pietatem erga Dei hominumque Matrem, has supplicationes libenti animo statuimus excipere. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem ut « Dominam Nostram ad moenia » seu vulgari sermone « Notre-Dame du Rempart » pie excultam, Caelestem apud Deum Patronam aeque principalem cum Sancto Albano totius civitatis Namurcensis constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Aprilis, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

IV '

ABBATIALIS ECCLESIA, DEO IN HONOREM SANCTI ANDREAE APOSTOLI IN CIVITATE BRUGENSI CONSECRATA, AD DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EXTOLLITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quanto praesentius in longinquioribus etiam regionibus colitur catholicae romanitatis studium, eo dignius omni laude profecto videtur. Neminem autem latet quam mirifice de Ecclesia meriti sint Monachi Benedictini, quippe qui catholicos hos romanitatis sensus in septentrionales dissitasque Europae plagas, inde ab antiquis temporibus, scite invexerint atque, labentibus annis ac frustra inimicorum novatorumque insidiis oppugnantibus, illic servaverint. Hoc clare patet in Benedictina quoque Abbatia Sancti Andreae Apostoli, in Belgica exstante urbe Brugensi, cuius Ecclesia Abbatialis anno MCMX exaedificata est, ut septem principes Almae Urbis Basilicas memoraret. Etenim, dum Sacrae Aedis navis praecipua Beato Petro Apostolo est dicata, ad laevam illa conspicitur quae Sanctum Paulum commemorat. Ad dextram, vero, navis est consecrata Sancto Benedicto, Monachorum Patriarchae, cuius simulacrum udo ulitis operibus praecipua eius miracula effingentibus circumdatum est. Cetera autem sacella, Sanctis Ioannis nempe Lateranensis, Sanctae Mariae Maioris, Sancti Laurentii, Sancti Sebastiani >et Sanctae Crucis in Ierusalem, circum praecipuum stant, siderum instar. Ecclesia haec pie exstructa est pro pervetusta illa, perturbationis Gallicae tempore nefarie deleta, quae, anno **MC**, a Roberto Hierosolymitano, Flandriae Comite, condita erat. Insignis huius Templi, amplitudine et pulchritudine conspicui, est admiranda absis maior, quam ornant speciosis lineamentis imagines musivo opere confectae stilo, ut aiunt, romano. Conspicitur insuper venusta Deiparae Virginis efiSgies, affabre ficta, pro ea quae olim in ipsa Gallica perturbatione fuit amissa. Affatim Templum idem, a Dilecto Filio Nostro Al arrido Ildefonso Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Schuster, Archiepiscopo Mediolanensi, sollemni ritu, anno **MCMXXXV**, consecratum, ditatum est sacra supellectile Sanctorumque Reliquiis, quas inter Corpus Sancti Faustini Martyris magna colitur veneratione. Cum divini cultus Sacrorumque magnificentiae large consulere queat Abbatia, in liturgicas functiones decore peragendas assidui diligentesque incumbunt magno numero Monachi, ita ut Sanctuarium a compluribus celebretur Christifidelibus. Quapropter dilectus filius Theodorus Neve, Ordinis Sancti

Benedicti, Abbas Sancti Andreae, ab eadem Abbatia feliciter restaurata faustam quinquagesimi anni occasionem nactus, humiliter ad Nos detulit preces, ut Ecclesiam Abbatialem Sancti Andreae, in urbe Brugensi, Basilicam Minorem renuntiare dignaremur. Nos autem, quo maiorem tam copiosis rebus gestis adiungeremus splendorem maioresque fierent fidelium pietas ac frequentia, huiusmodi vota, amplissimis cumulata, commendationibus cum Venerabilis Fratris Fernandi Cento, Archiepiscopi titulo Seleuciensis pierii, Nostri in Belgio Apostolici Nuntii, tum Venerabilis Fratris Henrici Lamiroy, Episcopi Brugensis, excipienda propensa quidem voluntate censuimus. Omnibus igitur rite perpensis, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Abbatialem, Deo in honorem Sancti Andreae Apostoli, in civitate Brugensi, consecratam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris,* omnibus adiectis privilegiis liturgicis quae eidem titulo rite competunt, evehimus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritum que ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Augusti, anno **MCMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

V

INTERNUNTIATURA APOSTOLICA IN SYRIACA REPUBLICA ERIGITUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ubicumque gentium catholicum nomen excoli potest et confirmari, vel maxime Nostra interest fidei propagationi fideliumque spirituali bono satius prospicere ac consulere, aptiusque publicas fovere necessitates inter Sanctam Sedem atque Civitatum Moderatores. Res itaque digna videtur propter quam Legationem constituamus in Syria, hac mente ut inibi mutua religiosae civilisque auctoritatis concordia et adjutrix opera feliciter vigeant. Certa igitur scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, motu proprio, harum Litterarum vi, Intern u ntiaturam Apostolicam Syriaca in Republica erigimus, sede delecta Damascena in Urbe. Propterea eidem sic per Nos erectae Internuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; ipsique Legationi constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Februarii, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. NORMANNUM THOMAM TIT. SANCTORUM QUATTUOR CORONATORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM GILROY, ARCHIEPISCOPUM SYDNEYENSEM, QUEM LEGATUM ELIGIT AD SOLLEMNIA CENTENARIA IN HONOREM S. THOMAE APOSTOLI ET S. FRANCISCI XAVERII IN METROPOLITANA URBH ERNACULAMENSI CELEBRANDA.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Constat profecto inter sanctae Ecclesiae cultores, Christi fideles, in latissimis Indiarum Orientalium locis commorantes, accerrima venerationis pietatisque studia conferre tum in veterem Sanctum Thomam Apostolum, tum in recentiorem virum apostolicum Sanctum Franciscum Xaverium, utrumque tam praeclare meritum de catholica fide in illis regionibus nuntiata ac disseminata. In ipsis autem vetustis precum liturgicarum libris aliisque ecclesiarum Indiae monumentis nomen laudesque antiqui Apostoli celebrari consueverunt atque fides, quam ille praedicaverat, ope in primis christiadum, qui a Sancto Thoma nomen et gloriam mutuati sunt, nunquam per saeculorum decursum iacere visa est. Quapropter eadem magis floruit latiusque manavit opera et curis novorum Evangelii praeconum, inter quos eminet magnus ille Xaverius. Cumulatus enim immensa doctrinarum copia, peracuto iudicio et mira sanctitate praefulgens, gloriosi Apostoli Thomae premens vestigia, difficillimam suscepit peregrinationem laboresque exantlavit gravissimos, ut ingentem hominummultitudinem primo in Malabaricis oris proximisque Indiarum provinciis, deinde in remotioribus plagis usque ad laponios, in Iesu Christi ovile adduceret. Periucundo itaque animo cognovimus, vertente hoc anno in ora Malabarica aliisque Indiarum locis saeculares celebrationes haberi in honorem utriusque praeconis, Thomae et Francisci, quorum quidem sollemnis conclusio in augusta sede metropolitana Ernakulamensi peragetur. Nos autem, qui pia incepta, supplicationes et consilia in singulis dioecesibus iam habita peculiari laude honestamus, sollemnioribus ritibus, qui exeunte anno celebrabuntur, ad eorum splendorem amplificandum praeesse quodammodo exoptamus. Quapropter te, Dilecte Fili Noster, qui clarissimae sedis Sydneyensis gubernacula tenes et Romana purpura decoraris, uti pu-

bliee praenuntiavimus, Legatum Nostrum a Latere eligimus et declaramus, ut, Nostram gerens personam, saecularibus sollemnibus praesideat, quae in urbe Ernakulamensi in memoriam Sanctorum Thomae et Francisci Xaverii, abeunte proximo mense, fauste agentur. Tibi insuper potestatem damus, ut, die constituta, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus Nostro nomine Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Pro certo autem ducimus, praeclarum eiusmodi munus, qua egregia es pietate incensoque animarum studio, pro amore quo cum Indorum populo devinciris, te salubriter feliciterque esse obiturum. Interea divinum Salvatorem impense precamur, ut, praebentibus exemplo cuiuscumque ritus fidelibus, iisdemque Antistitum votis obsecundantibus, qui iam dudum in catholica fide adaugenda institutisque et moribus christianis perficiendis incumbunt, quam plurimi quoque ex iis innumeris, quos sub peccato vetusta servitus tenet, ad admirabile Christi lumen regnumque perveniant. Supernae interea gratiae conciliatrix et nuntia, peculiarisque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, Archiepiscopis et Episcopis Indiarum in urbe Ernakulamensi praesentibus, omnibusque iis, qui sollemnibus intererunt peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Novembris, anno **MDCCCCIII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. PETRUM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM CIRIACI, PRONUNTIUM APOSTOLICUM IN LUSITANIA, QUINA LUSTRA AB INITO EPISCOPATU IMPLENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Libenti admodum animo nuper intelleximus, te vertente hoc mense quintum supra vicesimum ab inito episcopatu annum fauste esse impletur um. Nota sunt profecto tot egregie gesta, quae hoc haud brevi temporis intervallo ad Ecclesiae et Apostolicae Sedis utilitatem perfecistis Iam antequam ipse sacerdotii plenitudinem acciperes, tamquam alter a Secretis apud Sacrum Consilium extraordinariis expediendis Ecclesiae negotiis praepositum, a Pio XI Nostro ven. mem. Decessore Pragam missus fuisti ad solvendas graves difficultates in ipsis inter Ecclesiam

et Rempublicam Cecoslovachum relationibus paulo ante exortas, simulque ad pertractandam conventionem, quae « Modus vivendi » est appellata. Discidio feliciter composito et pacta conventione, inter sacrorum Antistites cooptatus, Nuntii Apostolici munus in eadem Republica exegisti, rei ecclesiasticae ordinationem studiose persequens, inter plures gentes ethnica ratione, moribus ac traditionibus dissidentes. Promotus ad Apostolicam Lusitaniae Nuntiaturam, luculenta sollertiae tuae testimonia in primis dedisti tuum consilium conferendo et studium Concordato, anno MCMXXXX inter Sanctam Sedem et Lusitanam Rempublicam inito, et Conventioni Missionariae, cuius generis primum exstat in Ecclesia documentum, cuiusque gratia transmarinae Lusitaniae Missiones haud parvum accepere incrementum. Plures quoque, te auspice, istic habitae sunt sacrorum eventuum celebrationes, quae nationis Lusitanae coniunctionem cum Romana Cathedra et Nobiscum mirifice confirmaverunt, inter quas eminent profecto sollemnia illa in honorem Beatae Virginis Mariae a S. Rosario, quae Fatimae colitur, tanta peregrinantium frequentia tamque pia animorum contentione peracta. Te pariter favente, nova enitet Apostolicae Nuntiaturae sedes, quae lineamentorum dignitate et gratia a peritis viris iure laudatur. Quae quidem inter cetera erga Ecclesiam merita benigne respicientes, Nos, Dilecte Fili Noster, ad amplissimum Ecclesiae Senatum recens te adlegere voluimus, ut consilio quoque tuo rerumque usu in Ecclesiae utilitatem frui possimus. Interea de episcopali officio tam diu utiliterque gesto ex animo tibi gratulamur, ac Deum instanti prece exoramus, ut valetudinem tuam confirmet teque supernis donis ac solaciis velit cumulare. Quo autem sacri eventus celebratio Christifidelibus salutarior evadat, tibi ultro potestatem tribuimus, ut, statuta die, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestis autem praesidii in auspicium, inque peculiaris Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque clero ac populo Lusitano amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xn mensis Martii, anno MDcœcLin, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

III

AD REVMUM D. P. KAELIN BERNARDUM, ORDINIS SANCTI BENEDICTI ABBATEM PRIMATEM, NONO EXEUNTE SAECULO AB OBITU SANCTI PROCOPII, COENOBII SAZAVIENSIS IN BOHEMIA CONDITORIS.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Saeculo exeunte nono, ex quo — uti fertur — S. Procopius, Coenobii Sazaviensis in Bohemia conditor, piissimo transitu ad superos evolavit, addecet eos omnes, qui se eiusdem gentis cives eiusdemque fidei retinentissimos esse gloriantur, sive vitam in patria degunt, sive apud exteras Nationes, praeclara eius sanctitatis exempla impensa mente recolere ac sibi ad imitandum proponere. Multum quidem ipse et ab se condita Benedictina monachorum sodalitas contulere cum ad catholicam religionem late apud populos illos propagandam, tum etiam ad civilem cultum litterarumque incrementum — quantum eo tempore facultas erat — promovendum. S. Patriarchae Benedicti exemplis insistens, sententiam illam sibi suisque sumpsit veluti agendae vitae insigne ac monimentum : « Ora et labora ». Quamobrem non modo precibus studiosissime vacabat, non modo paenitentiae operibus ac voluntariis susceptis corporis afflictationibus aliena potius quam sua admissa expiabat, non modo efficiebat pro viribus ut quotquot posset ad Iesu Christi praecepta ad frugemque bonam reduceret, sed fabrilibus etiam et agrestibus, ex instituti sui normis, exercebatur artibus, ut sibi suisque cotidianum victum compararet, utque inopia laborantibus praeberet cibum, praeberet auxilium. Caritate Christi permotus, et corporis et animi aliorum necessitatibus valde profuit, interdum etiam patratis Dei ope mirabilibus signis.

Quandoquidem autem si ea tempora, quibus ille vixit, difficillima fuere, haud minus haec nostra aetas est discriminibus periculisque implicita, cupimus ut omnes, ii praesertim qui in S. Procopii patria moerentes lugentesque cernunt Catholicam esse Ecclesiam tam impense praepeditam ac vexationibus affiictam, ad caelestem hunc Patronum incensissimas admoveant preces, ab eoque supplicando contendant, ut libera queat apud suos revirescere cotidie magis christiana religio, ut suis possit non violandis iuribus perfrui, suaque incepta et opera exercere in communem omnium utilitatem.

Pro iis omnibus praesertim — ac nominatim pro Benedictinis sodalibus — supplices effundantur preces, qui vel in vincula coniecti, vel in

publicae sunt custodiae campis detenti, vel denique procul a sua sede deportati fuere ; ac pro sacris potissimum Antistitibus, qui quidem idcirco quod sacrosancto suo obtemperare officio strenue voluere, tot dolores rerumque angustias passi sunt ac patiuntur. In his autem Nobis sane carissimum recordari peculiari modo cupimus Venerabilem Fratrem Iosephum Beran, Archiepiscopum Pragensem, qui, nobilissimo fidei firmitudinisque exemplo, pastorali suo muneri respondere pro facultate enisus est.

Caelestia solacia ac divina auxilia iis omnibus impetret S. Procopius, Benedictini Ordinis ac patriae suae decus ; atque eiusmodi sint, ut vehementer optamus precamurque suppliciter, uberes salutaresque fructus, quos haec saecularis commemoratio, aspirante Deo, feliciter afferat.

Quorum quidem conciliatrix esto, Nostraeque benevolentiae testis Apostolica Benedictio, quam cum tibi, dilecte fili, tum iis singulis universis, qui vel in patria sua, vel in exsilio commorantes, hunc civem suum gloriosissimum per haec fausta sollemnia comprecabuntur, peramanter in Domino impertimus.

Datum Bomae, apud S. Petrum, die xn mensis Martii, anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Docentibus atque Alumnis popularium scholarum ob Conventum de adultorum institutione ex Italia Romae coadunatis *

Siamo ben felici, diletti figli e figlie, in questo giorno sacro al glorioso Patriarca S. Giuseppe, Sposo castissimo della Beata Vergine, padre putativo e custode di Gesù, Patrono della Chiesa universale, di ricevere una così numerosa schiera di educatori e di allievi adulti, adunati dalla benemerita Associazione Italiana dei Maestri Cattolici, e volentieri cogliamo questa occasione per mostrarvi il vivo interesse che la Chiesa prende alla vostra attività.

Varie imprese hanno promosso nel nostro secolo il movimento della educazione degli adulti e, specialmente dopo Fultimo conflitto mondiale,

* Habita die 19 Martii mensis a. 1953.

si son veduti moltiplicarsi i corsi destinati a coloro che hanno passato l'età dell'obbligo scolastico o che per diversi motivi non possono frequentare le scuole comuni. L'Italia in particolare possiede già una magnifica rete di corsi popolari seguiti al presente da circa un mezzo milione di alunni. Numerose istituzioni private e pubbliche, di carattere nazionale e locale, si studiano di apportare il loro contributo a questo sforzo, assumendo l'impegno sia di corsi di formazione generale, sia anche d'insegnamento complementare nei settori particolari della formazione professionale.

L'Associazione dei Maestri cattolici non ha voluto restare indietro, nè venir meno al suo ideale. Noi vivamente Ci congratuliamo dell'attiva sua collaborazione in una impresa, la cui importanza sociale non potrebbe essere abbastanza apprezzata. Spetta invero a voi di mantenere un posto cospicuo in questo campo dell'apostolato, poiché la Chiesa ha sempre considerato l'opera della educazione non solo come assai rilevante, ma come uno dei suoi uffici essenziali. Essa è stata la grande educatrice dei popoli, sia esercitando questa missione mediante i suoi sacerdoti e religiosi, sia dirigendo e ispirando gl'istituti tenuti dai laici. Essa ha conservato la coltura antica durante i secoli barbari; ha adempito nel Medio Evo il ministero dell'insegnamento in tutti i suoi gradi ; nell'era moderna ha fondato le prime scuole pubbliche, e nelle terre di missione reca col Vangelo anche la coltura profana. Non ha essa forse la funzione di condurre l'uomo allo sviluppo completo delsuo essere, alla pienezza del suo destino terreste e celeste?

Se dunque la Chiesa in virtù del suo proprio ufficio si dedica in modo particolare alla educazione, ben si comprende con quale cura s'inchina ai bisogni che manifesta ai giorni nostri la folla di coloro, i quali nella infanzia e nell'adolescenza non hanno potuto avere una educazione corrispondente alle loro necessità o ai loro desideri. Questi bisogni si fanno sentire oggi tanto più vivamente, mentre l'evoluzione rapida della società moderna esercita un profondo influsso sulla vita familiare, sociale e professionale. Ora dinanzi ai complessi e difficili doveri del tempo presente, molti si trovano inermi : da una parte infatti, hanno coscienza della loro responsabilità, ma, dall'altra, difettano dei mezzi per sostenerla; per negligenza loro o delle loro famiglie, o anche per involontarie circostanze esteriori, non possiedono nemmeno l'istruzione elementare; spesso desidererebbero ravvivare e rafforzare cognizioni dimenticate, completarle, aggiornarle, apprendere altresì da coloro, che sono meglio informati, di quali risorse essi dispongano e come queste possano essere utilizzate col maggior profitto. Ecco i bisogni a cui l'educazione popolare cerca di

provvedere, e Noi per guidarvi nei vostri sforzi vorremmo suggerirvi alcune norme, che vi aiutino a dare una più valida efficacia apostolica alla vostra azione.

L'importanza della politica e la estensione della economia nel mondo presente stimolano naturalmente gli educatori degli adulti a trattare con preferenza queste materie. Ma non si è forse troppo sovente dimenticato che la base della società, il centro primo di ogni educazione e di ogni coltura, è la famiglia? Non proviene particolarmente da questa disconoscenza quella « spersonalizzazione » delle relazioni sociali, che abbiamo recentemente lamentata nel Nostro Messaggio natalizio? Il lavoratore non è in primo luogo un produttore o un elettore, ma un essere umano, assetato di affezione e di dedizione, che anela di trasmettere ad altri i tesori più intimi del suo cuore, e non soltanto il lavoro delle sue braccia. Ora l'arte suprema del governo della società familiare, dove l'uomo esercita nella più larga misura tutte le sue facoltà affettive e intellettive, tutte le sue qualità e risorse, si crede forse che non sia necessario di apprenderla? Il cattivo esito di non poche unioni coniugali, le deviazioni di giovani infelici, trascurati dalla loro famiglia, provano il contrario. È dunque essenziale che la educazione popolare non perda di vista l'importanza della preparazione della gioventù al matrimonio e ai gravi obblighi di padre e di madre di famiglia. Prima di sistemarsi nella vita, occorre che i giovani subordinino la scelta del loro mestiere, della loro dimora, alle indicazioni della saggezza umana e cristiana, che prevedano e calcolino le loro possibilità fisiche, economiche, spirituali, e non si gettino alla ventura in un così gran passo. L'educazione popolare deve aiutarli ed illuminarli sulle esigenze e gli scogli della vita coniugale e della fondazione di un focolare.

Se il lavoratore è consapevole della grandezza del suo ufficio paterno, se la madre si dedica alla sua missione educatrice, guidata da un congruo insegnamento, la cellula vitale della società sarà sana e forte. Occorre che le madri acquistino le cognizioni elementari necessarie per il governo della famiglia, l'arte di tenere in ordine una casa, di equilibrare un bilancio, le nozioni utili di puericultura, e soprattutto una conoscenza sufficiente delle regole di pedagogia ; che esse profittino della esperienza altrui e non si fidino troppo del loro istinto materno, il quale da sè solo non le preserverà sempre e con sicurezza da nocivi errori.

Quanto al padre di famiglia, senza dubbio una delle sue funzioni principali consiste nel procurare alla moglie e ai figli i mezzi finanziari indispensabili alla vita. Non è egli però innanzi tutto la guida illuminata e saggia, forte della sua esperienza personale, conoscitore delle grandi

leggi della vita, ma anche delle intime aspirazioni e delle difficoltà dei suoi, ai quali dà un appoggio spirituale più prezioso e più necessario che una protezione materiale? Se le scuole di educazione popolare perverranno a iniziare seriamente i loro alunni all'arte dell'educazione, quale prezioso servizio renderanno alla famiglia, alla società e alla Chiesa!

Sebbene la famiglia costituisca la prima base di ogni umana coltura, questa deve svilupparsi nella collettività. Con ciò si vogliono designare tutte le relazioni sociali e giuridiche, che uniscono l'uomo ai suoi simili e all'autorità civile. Ai giorni nostri, tali relazioni si estendono largamente al di là delle frontiere politiche. Una comunità internazionale si stabilisce, nella quale importa che ciascuno conosca il posto che occupa e l'ufficio che deve compiere. Questo ufficio si suole definirlo proclamando, da un lato, i doveri, dall'altro, i diritti e le libertà, che può esigere il cittadino, ma che ben spesso rimangono più o meno allo stadio teorico. L'ignoranza delle masse, la loro incapacità, le danno senza difesa in balìa di agitatori abili o di politicanti senza scrupoli. Una intensa propaganda, anche se interamente menzognera, riesce sempre a.persuadere un buon numero di persone, prive di ogni senso critico, anche il più elementare, incapaci quindi di una reazione personale per apprezzare le condizioni reali e discernere le affermazioni giuste dalle promesse inattuabili.

Il diritto di voto in particolare, che conferisce a tutti una eguale possibilità d'influsso sulla vita pubblica, richiede in chi lo esercita una nozione almeno elementare dei principi politici e delle loro applicazioni nel campo nazionale e internazionale. Lo stesso vale per le questioni sociali. I gruppi e le associazioni incaricate di difendere gl'interessi dei lavoratori, di assicurare un miglioramento del loro tenore di vita, di soccorrerli in caso di malattia o d'infortunio, si sono moltiplicate, e non senza utilità. Ma la loro corretta attività suppone in quanti ne sono membri che essi conservino la loro parte d'impulso e di responsabilità. Recentemente ancora, Noi abbiamo disapprovato l'eccessivo influsso di organismi anonimi e meccanizzati sulla vita sociale. Si tratta perciò d'iniziare gli uomini non solo all'andamento teorico di quelle istituzioni, ma anche alla tutela dei loro veri interessi e soprattutto della loro coscienza.

L'educatore popolare saprà dunque esporre in una maniera chiara e adatta alle circostanze l'insegnamento della Chiesa in questa materia. Profittando dei molteplici fatti dell'attività quotidiana, ne analizzerà i motivi di buona o cattiva riuscita, addestrerà a distinguere l'impor-

tanza e la f unzione dei diversi fattori, mostrerà come il principio teorico ha trovato la sua applicazione. L'essenziale è d'inculcare l'arte di discernere il vero dal falso, di destare il senso delle realtà politiche ed economiche in conformità con la concezione cristiana della vita, che respinge egualmente il materialismo e l'individualismo egoista, per considerare l'uomo nella sua realtà totale, al tempo stesso corpo ed anima, persona individuale e membro della società, cittadino della terra ed eletto del cielo. Soltanto questa veduta d'insieme può fornire la retta interpretazione dei problemi particolari. Pòssa l'educazione popolare contribuire a tutelare il difficile equilibrio fra l'attività costruttiva degl'individui al servizio del benessere sociale, da una parte, e, dall'altra, l'ufficio necessario degli organismi di protezione e di difesa, destinati a sostenere e non a soppiantare, l'azione individuale!

Stimiamo superfluo di diffonderci sui benefìci della educazione popolare per la formazione professionale. L'uomo non esercita il suo mestiere a solo scopo di guadagno, ma anche per impiegare le sue facoltà fisiche, morali, intellettuali, a profìtto della comunità. Appagare quanti desiderano di supplire alla mancanza totale o parziale del loro tirocinio ; rendere possibile la scelta di un mestiere più conforme alle loro attitudini o ai loro gusti ; fornire loro un appoggio per il giorno in cui la disoccupazione colpisse la loro attività principale : sono seri vantaggi di cui godono già numerosi alunni. Sarebbero però ancora insufficienti, se non si aiutasse ciascun lavoratore a compire l'opera sua, non come un cieco utensile o come una semplice ruota di un meccanismo sapiente, ma come un essere umano, che trova nel suo stesso lavoro la gioia di dominare la materia inerte, di trattarla con intelligenza e abilità, di farla servire a fini utili per la umana società.

La scuola popolare deve dunque dare non solamente l'istruzione, ma anche una educazione, una coltura. Non contenta d'insegnare norme positive, cognizioni tecniche e metodologiche, essa deve prendere a trattare altresì i problemi propriamente umani, di ordine spirituale. Molti lavoratori possono ora condurre una vita già più degna della loro condizione di uomini : la diminuzione delle ore di lavoro, i migliori salari, il tempo libero assicurato, permettono loro, una volta compiuti i doveri professionali, di applicarsi a uno sviluppo più completo delle loro qualità umane. Non sono forse le ore più preziose quelle in cui essi, senza distaccarsi dal loro focolare, nè mancare ai loro obblighi familiari, si dedicano alle arti preferite, si riuniscono per esercitare varie attività culturali e benefiche, destinate a soddisfare le loro aspirazioni verso la bontà e la

bellezza, a rivelare loro, con le grandezze della creazione e del genio umano, quelle soprattutto della loro vocazione soprannaturale?

Cum autem maxime Nobis sit cordi eiusmodi christianum gregem talibus concredere viris, qui divini illius Pastoris imaginem quasi efiingant atque exprimant, novum Bonaventurensem Vicariatum Sodalitati pro Exteris Missionibus de Yarumal tribuimus regendum, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum. Cui Vicariatui, quem nuper constituimus, eiusque pro tempore Praesulibus, omnia tribuimus iura, privilegia et honores, quibus ceteri Vicariatus eorumque Praesules per terrarum orbem fruuntur ; eosdemque item volumus iis oneribus ofiiciisque obstrictos, quibus ceteri onerantur. Quae omnia ita decernimus ac constituimus ut optimo polleant iure, contrariis quibuslibet non obstantibus. Ut autem ea, quae Nostris hisce Litteris praecipimus efficiantur, venerabilem, quem diximus, Fratrem Antonium Samoré deligimus, vel eum qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, Columbianae praeerit Nuntiaturae; cui propterea omnes necessarias atque opportunas ad id facultates tribuimus, quae alii etiam cuilibet viro subdelegari poterunt, qui tamen aliqua ecclesiastica dignitate sit insignitus. Iubemus praeterea ut idem venerabilis Frater confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Consilium Christianae Fidei Propagandae quam primum transmittet.

Has vero Litteras firmas, validas et efficaces nunc et in posterum esse, suamque vim et effectum obtinere volumus, ac praecepta, quae iisdem describuntur, ab omnibus ad quos spectant, fideli servari obsequio decernimus. Quod si quid adversus ea, quae hisce Litteris statuimus, a quolibet, quavis auctoritate, vel sciente vel imprudente, attentatum fuerit, id irritum sane et inane erit, contrariis quibusvis minime obstantibus, quibus omnibus per hasce Litteras obrogamus. Nemo pariter Nostris hisce iussis obsistat; quod si quis id temere ausus fuerit, indignationem omnipo-

tentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli, se noverit esse moturum. Volumus denique ut harum Litterarum exempla vel loci, sive impressa sive manu exarata, eandem plane mereantur fidem, quae hisce ipsis tribueretur ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione sint subscripta et sigillo viri munita, in ecclesiastica dignitate constituti.

Datum ex Arce Gandulphi prope Romam, die quarto et decimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo quarto.

Pro S. E. E. Cancellario

E. Card. TIS SER ANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco gß Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXV, n. 8.

II

BELEMENSIS DE PAEÁ
(CAMETANENSIS)

AB ARCHIDIOECESI BBLEMBNSI DE PARA PARS SEPARATUR, QUAE IN NOVAM ERIGITUR PRAELATURAM ((NULLIUS)) DIOECESIS, CAMETANENSEM APPELLANDAM.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Providentissimi consilium ratioque Dei, qui ad amantissimam hominum curationem atque tutelam « disponit omnia suaviter » *(Sap.* 8, 1) et rerum cursus regit ac moderatur, Nos impense admonet ut omnes terrarum orbis Ecclesias, quae Nostrae sunt sollicitudini commissae, vigili gubernemus studio, ast acriore eas, quibus ob suae regionis amplitudinem locorumque difficultates diligentius prospiciendum sit. Quapropter modo earum fines mutamus, modo ex ipsis novas condimus Ecclesias, per quas christifidelibus maiores in dies praebeantur utilitates. Cedendum igitur putamus precibus venerabilis Fratris Marii de Miranda Vilas-Bôas, Archiepiscopi Belemensis de Para, qui enixe ab hac Romana Sede postulavit ut a sua archidioecesi, cuius et fines longe lateque patent et christiani homines religionis humanitatisque laude florent, ea pars, Sodalibus Con-

gregationis a Missione commissa, divideretur, et in novam praelaturam ((nullius » dioecesis erigeretur, cum nimis ab eadem metropolitana Sede abesset. Quam ob rem, sententia audita venerabilis Fratris Caroli Chiarlo, Archiepiscopi titulo Amideni et in Brasiliana Republica Apostolici Nuntii, ac consilium secuti venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, Nos qui hanc rem laeto probamus animo uti uberes Ecclesiae Dei parituram fructus, consensum supplentes eorum omnium quorum quoquo modo intersit, apostolica Nostra auctoritate haec quae sequuntur consulto et cogitato decernimus. Ab archidioecesi Belemensi de Para eam separamus partem quae Sodalibus Congregationis a Missione est commissa, et ad dignitatem perducimus praelaturae « nullius » dioecesis ; eademque Cametanensis appellabitur ab urbe quam vulgo « Cametá » vocant. Haec sane nova praelatura tot curiales diciones complectetur quot sunt eodem in territorio cuius supra meminimus, quaeque vulgato nomine appellantur : Cametá, Tgarapé-Miri, Araticú, Mocajuba et Baiâo. In eadem urbe Cametá sedem statuimus huius praelaturae, cuius templum S. Ioanni Baptistae sacrum ea dignitate decoramus, qua omnia exornantur in orbe terrarum praelatitia templa ; eius praeterea pro tempore Praesules iisdem iuribus privilegiisque praeditos volumus iisdemque oneribus obstrictos, quae praestitus Sedibus eorumque Antistitibus sunt propria. Hanc praeterea Cametanensem praelaturam suffraganeam facimus metropolitanae Ecclesiae Belemensi de Para, eiusdemque Praelatos iuribus Metropolitae Belemensis de Para subicimus. Cum autem provida mater Ecclesia enixe curet ut iuvenes, qui instinctu quodam divino ad sacerdotium vocati sunt, omni instituantur diligentia, volumus ut saltem minor pueris educendis sacra domus quam cito erigatur, ad normam tamen sacrorum canonum et a S. Consilio Seminariis studiorumque Universitatibus praeposito statutas leges. Mensam vero praelatitiam, quam vocant, constituent sive bona quae e partitione bonorum archiepiscopalis mensae Belemensis de Para novae Cametanensi obvenient praelaturae, sive Curiae pecuniae ac bona, si quae sint, sive denique a fidelibus oblata dona; quod tamen spectat ad bonorum divisionem, diligenter serventur iussa canonis 1500, Iure Canonico descripta. Iubemus pariter ut omnia documenta et acta quae quavis ratione ad hanc praelaturam respiciunt, ab archiepiscopali Curia Belemensi de Para quam primum mittantur ad eiusdem praelaturae Curiam, in cuius tabulario posthac servabuntur. Efliciantur denique ea quae sacri canones iubent quoad novae huius praelaturae regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, cum Sedes vacabit, electionem, ad cleri populique iura et onera ; et simul ac hae Lit-

terae Nostrae suum obtinuerint effectum eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur ascripti, in cuius finibus recto iure degunt. Quae omnia ita decernimus atque statuimus ut optimo polleant iure, contrariis non obstantibus quibuscumque. Ut autem ea quae Nostris bis Litteris praecipimus ad rem adducantur, venerabilem, quem diximus, Fratrem Carolum Chiarlo deligimus, vel eum qui eo tempore quo haec decreta fient Brasilianae praeerit Nuntiaturae, cui propterea omnes necessarias ad id potestates damus, quae cuilibet viro subdelegari poterunt, qui tamen in sacro sacerdotio obtinuerit dignitatem. Iubemus praeterea ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittet.

Has vero Litteras firmas validas et ef8caces nunc et in posterum esse suamque vim et effectum obtinere volumus, et praecepta quae iisdem describuntur ab omnibus ad quos spectant fideliter servari decernimus. Quod si quid adversus ea quae hisce Litteris statuimus a quolibet, quavis auctoritate, vel sciente vel imprudente, attentatum fuerit, id irritum sane et inane erit, contrariis non obfuturis, quibus omnibus per has Litteras obrogamus. Nemo ergo Nostris hisce iussis obsistat; quod si quis id temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei beatorumque Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum. Praecipimus denique ut harum Litterarum exempla vel loci, sive impressa sive manu exarata, eandem plane mereantur fidem quae his ipsis tribueretur ostensis ; dummodo tamen ab aliquo publico tabellione sint subscripta et sigillo viri munita, qui sacerdotali aliqua dignitate fruatur.

Datum Romae apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ꝑ Plumbi

***Règ. m Cane. Ap., vol. LXXXV, n.* 79.**

III

GOAJIRENSIS
(DE RIOHACHA ET DE VALLEDUPAR)

GOAJIRENSIS APOSTOLICUS VICARIATUS IN DUAS DISTRAHITUR PARTES, QUAE AD GRADUM VICARIATUS APOSTOLICI AMBO ERIGUNTUR ; QUORUM ALTER « DE RIOHACHA)), ALTER ((DE VALLEDUPAR » APPELLANDUS EST.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Gravi illa beati Petri voce, qua Apostolorum Princeps omnes hortatur Ecclesiae Praesules : « pascite qui in vobis est gregem Dei » (I *Pt.* 5, 2), continenter et Nos admonemur ut, qui universum christianum populum superno Dei consilio suscepimus regendum, ipsi et divinae gratiae copiam et integerrimae lucem doctrinae omni impertiamus studio ; quod sane tam Nobis est cordi, ut maxima afficiamur laetitia cum rerum adiuncta sinunt novos constitui fines, in longinquis terrarum orbis regionibus maxime, ibique alias definiri res, quibus Christi Evangelium quam latissime nuntietur. Cum igitur venerabilis Frater Antonius Samoré, Archiepiscopus titulo Ternobenus et in Columbiana Republica Apostolicus Nuntius, enixe poposcerit ut Goajirensis Apostolicus Vicariatus, ob nimiam regionis latitudinem, in duas distrahatur partes, ut Evangelii praeconum labores non mediocriter subleventur, S. Coetui Christiano Nomini Propagando visum est easdem benigne accipere preces. Nos libentissime huic concedimus sententiae; et cum laetam habeamus spem eiusmodi consilium rei catholicae profectibus atque utilitatibus valde esse profuturum, de suprema apostolica Nostra potestate, eorum omnium quorum intersit aut qui sua interesse quovis modo arbitrentur, consensum supplentes, haec quae sequuntur consulto et cogitata statuimus atque decernimus. Goajirensem Vicariatum Apostolicum in duas dividimus partes, quas praeterea ad Vicariatus Apostolici gradum efferimus ; quorum alter <(de Riohacha », alter « de Valledupar » nuncupantur. Apostolicum Vicariatum de Riohacha constituent partim regio, quam vulgo « Commissaria de la Guajira » appellant, partim oppida de Riohacha et Barrancas. Quem Vicariatum curis ac sollertiae concredimus, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum, Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum, qui mo-

operatoribus religiosae Aprutinae Provinciae in Italia obnoxii sunt. Apostolicus praeterea Vicariatus « de Valledupar » oppidis constabit, quae vocantur: de Fonseca, San Juan del Cesar, Villanueva, Robles, Valledupar, Cbiriguaná et Chimuchagua ; quem Vicariatum regendum tradimus, ad Nostrum item et Sanctae Sedis nutum, Valentinae Provinciae Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum. Venerabilis itaque Frater Vincentius Roig et Villalba, Episcopus tituló Aradensis, qui Apostolici Vicarii Goajirensis munere ad hodiernum diem functus est, post distractam suam regionem, novum de Valledupar Vicariatum reget ac gubernabat, uti Apostolicus Vicarius, cui propterea Fratres Franciscales Capulati Valentinae Provinciae ad nutum prope praesto erunt. Fines denique terminique horum Vicariatuum iidem erunt ac oppidorum, quae supra descripsimus ac certo sumus partiti limite. His ergo, quos nuper constituimus, Vicariatibus de Riohacha et de Valledupar eorumque pro tempore Praesulibus, non tantum omnia tribuimus iura, privilegia et honores, quibus ceteri Vicariatus eorumque Antistites per terrarum orbem decorantur, sed etiam onera atque officia, quibus ceteri astringuntur. Quae omnia ita constituimus ut optimo polleant iure, contrariis quibuslibet non obstantibus. Ut autem iussa, quae hisce Nostris Litteris describimus, efficiantur, venerabilem Fratrem, quem supra diximus, Antonium Saniore deligimus, vel eum qui eo tempore, quo haec Decreta ad rem adducentur, Columbianae praeerit Nuntiaturae, cui propterea omnes necessarias opportunasque ad id facimus facultates, alii etiam cuilibet viro subdelegandas, qui tamen sacri obtineat dignitatem sacerdotii. Iubemus praeterea ut idem venerabilis Frater de hoc confecto negotio acta faciat eorumque fide digna exempla ad S. Consilium Christianae Fidei Propagandae quam cito mittat.

Has vero Litteras firmas, validas et efficaces nunc et in posterum esse, suamque vim et effectum obtinere volumus, ac praecepta quae iisdem describuntur, ab omnibus, ad quos spectant, fideliter servari praecipimus. Quod si quid adversus ea, quae iisdem statuimus, a quolibet, quavis auctoritate, vel sciente vel imprudente, attentatum fuerit, id irritum sane erit et inane, contrariis quibusvis non obstantibus, quae omnia per has Litteras abrogamus. Nemo pariter Nostris hisce iussis obsistat ; quod si quis temere id ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei beatorumque Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis et locis, aut impressis aut manu exaratis, eadem plane tribuatur fides, quae hisce ipsis haberetur ostensis.

dummodo ab aliquo publico tabellione subscripta sint et sigillo viri munita, qui tamen sacerdotii officio fungatur.

Datum Romae apud S. Petrum, quarto die mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco gg Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXV, n. S.

IV

MASERUENA

(LERIBENSIS)

A MASERUENA DIOECESI TERRITORII PARS SEPARATUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS, ((LERIBENSIS)) APPELLANDA CLERIQUE IN IISDEM REGIONIBUS ORTI CURIS CONCREDENDA; QUAE METROPOLITANAE ECCLESIAE BLOEMFONTEINENSI SUFFRAGANEA CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod solet sollers agricola facere cum palmites e vitibus decerpit soloque inserit ut autumno tempore percipiat abunde racemos, id ipsum consuevit et haec apostolica Sedes peragere : e dioecesibus enim christianorum operum laude et fervore excellentibus regiones et territoria saepe demit unde novae dioeceses constituantur. Qua de re Nos, quibus prae omnibus commissum a Christo munus fructus efferre qui maneant, venerabilis Fratris Delphini Des Rosiers, Episcopi Maserueni, concedere statuimus. Audita igitur sententia venerabilis Fratris Martini Lucas, Archiepiscopi titulo Adulitani, eiusdemque in Africa Meridionali Apostolici Delegati, ac de consilio dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinalis S. Coetui Fidei Propagandae Praefecti, re mature considerata, atque supplentes, si opus sit, quorum interest consensum, certa scientia ac de apostolica Nostrae potestatis plenitudine, haec quae sequuntur decerni-

mus. A dioecesi Maseruena illam partem separamus civiles districtus de Leribe et de Butha-Büthe complectentem. Ex hoc autem territorio novam dioecesim erigimus quam « Leribensem » nominatam volumus, clero ex iisdem regionibus orto concredendam, ac suffraganeam metropolitanae Ecclesiae Bloemfonteinensi ; cuius propterea Metropolitae Episcopos Leribenses pro tempore subicimus. Huius vero novae dioecesis sedem ipsam urbem Leribe constituimus, a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur ; Episcopi vero cathedra exstabit in eo urbis templo quod princeps habetur, quodque igitur ad cathedralis templi honorem evehimus. Ad novam autem dioecesim Leribensem iura et onera spectabunt quae ceterarum dioecesium sunt propria. Eius vero pro tempore Praesulibus hinc iura, privilegia et potestates compétent, hinc onera et obligationes quae ex iure communi eiusmodi Praesulibus sunt propria. Quod autem ad mensam episcopalem attinet, iis bonis ea constituetur quae Maseruenae dioecesi, pro rata tamen parte, accedebant, vel etiam Curiae emolumentis, vel denique oblatis sive a S. Congregatione Fidei Propagandae sive a Christi fidelibus rebus et pecuniis. Regimen et administratio Leribensis Ecclesiae, Vicarii Capitularis seu Administratoris electio, cum sedes vacaverit, cleri populique iura et alia huiusmodi Iuris Canonici praescriptis regantur. De clero peculiariter statuimus ut clerici dioecesi illi ascribantur in cuius territorio legitime degunt. Quae autem per has Litteras statuta sunt exsequi curabit venerabilis Frater quem supra diximus, Martinus Lucas, in Africa Meridionali Apostolicus Delegatus, vel ille qui eo tempore quo haec exsecutioni mandabuntur eidem Delegationi praeerit, datis ad id omnibus potestatibus, quae, si opus fuerit, poterunt etiam cuilibet viro subdelegari qui sit in ecclesiastica dignitate constitutus. Eidem vero venerabili Fratri onus imponimus peractae exsecutionis documenta perficere earumque fide digna exempla ad S. Congregationem quam primum mittere.

Has vero Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter servari volumus et decernimus. Quod si super his, a quolibet, quavis auctoritate, sciente vel ignorante, aliquid contigerit attentari, id prorsus irritum erit et inane, contrariis quibuslibet non obstantibus quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis sive impressis sive manu exaratis eadem prorsus tribuatur fides quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione subscribantur et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti muniantur. Nemini vero iis quae per has Litteras a Nobis sunt statuta obsistere liceat. Quod si quis ausu temerario praesum-

pserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum Romae apud S. Petrum, die decimo primo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Conc. Ap., vol. LXXXV, n. 11.

LITTERAE APOSTOLICAE

SANCTA MARIA GORETTI, V. ET M., URBIS LATINAE CAELESTIS PATRONA AEQUE PRINCIPALIS UNA CUM SANCTO MARCO EVANGELISTA NECNON PATRONA TOTIUS AGRI POMPTINI CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Pomptino in agro, qui ob latas paludes et caelum pestilentem mortis fuerat domicilium, mirabilis sane effecta est, cum terra in arvorum forma redigeretur et, morte depulsa, vita efiloresceret, opera Romanorum praecipue Pontificum aliorumque hominum benemeritorum ; verum mirabilior opera Dei, quippe cum suavem eundemque flagrantissimum puritatis et sanctitatis florem, Mariam dicimus Goretti, excitaverit. Quae, in Piceno orta, in ipso Pomptino agro magnam suae brevis vitae partem misere transegit, donec, nolens « infringere legem Dei sanctam » (cfr. I° Mach., I, 66), puritate candida, rubicunda cruore, animam efflavit. E caelo exinde supra illam regionem praebuit validam apud Deum tutelam, adeo ut pietatis incrementum inter fideles ab ea repetendum esse diceretur. Nil mirum proinde, si principis illius regionis urbis Latinae, intra Veliternae suburbicariae dioeceseos fines, Optimates omnesque fideles, potissime Consilium provinciale Italicis sodalitatibus Christianorum opificum praepositum atque viginti quinque eidem subiecti coetus, submissa Nobis deprompserint vota ut

ipsi Sanctae Mariae Goretti tutela ac patrocinio benigne donari dignaremur. Quo autem maiores uberioresque Religionis fructus ibidem percipiant fideles, huiusmodi preces excipiendas libenter censuimus. Conlatis igitur consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, eiusdem Veliternae dioecesis Episcopo atque Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctam Mariam Goretti, Virginem et Märtyrern, urbis Latinae caelestem Patronam aeque principaliter una cum Sancto Marco Evangelista statuimus, facimus ac declaramus. Itemque, eadem auctoritate Nostra, totius Agri Pomptini apud Deum Patronam eandem Sanctam Mariam Goretti constituimus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efiicaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Iulii, anno **MCMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

BEATA MARIA V., ((NUESTRA SEÑORA DE LA ELEVACIÓN O DE LA PEÑA)) NUNCUPATA, AMBATENSIS DIOECESIS CAELESTIS PATRONA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quemadmodum plantaría recens instituta peculiari indigent cultu atque curatione, ita novas ab hac Sede Apostolica erectas dioeceses expedit singulari frui patrocinio caelesti quo vigescant satius et uberiores metant fructus pii laboris et industriae.

Cum igitur in Ambatensi dioecesi, anno **MCMXLVIII**/constituta, Beata Maria Virgo quam « Nuestra Señora de la Elevación o de la Peña » vulgo appellant, praecipuis excolatur obsequiis, Venerabilis Prater Bernardinus Ecbeverria Ruiz, eius loci Antistes, Patres in primam Synodum Ambatensem coacti, sacrorum administri, viri civibus praepositi omnisque populus fidelis Almam Deiparam, nomine illo insignem, praecipuam sibi Patronam adoptare statuerunt. Nos autem preces, ab eodem Praesule et Patribus Synodalibus Nobis adhibitas ut ipsorum dioecesi Dei Matrem, « ab Elevatione » nuncupatam, peculiarem tutricem constituere dignaremur, pro Nostro cultus marialis propagandi studio libenti animo censuimus esse excipiendas. Collatis ergo consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibusque attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, « Nuestra Señora de la Elevación o de la Peña » vulgo nuncupatam, praecipuam Ambatensis dioecesis Caelestem apud deum *Patronam* facimus et renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis quae principalibus regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari • sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxvm mensis Iulii, anno **MCMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotii»

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomaticum expediendis

III

PAROECIALIS ECCLESIA SACRATISSIMO CORDI IESU IN URBE AC DIOECESI LUGANENSI DICATA BASILICIS MINORIBUS ACCENSETUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Solent Maximi christiani nominis Magistri, Eomani Pontifices, ea templa, quae et pia Christifidelium alacritate et artificiosis commendantur operibus, ex vetere instituto honoribus augere atque ornare. In quorum numero merito habenda est paroecialis ecclesia, Sacratissimo Cordi Iesu Lugani in Ticinensi Helvetiorum pago dicata, quae molis amplitudine, materia, structurae genere, imaginibus summa colorum venustate expressis, musivis, marmoribus atque pretiosa supellectile tam est insignis et illustris ut admirationem excitet invisentium. Cultu autem Sacratissimi Cordis Iesu memorabilior evasit, quandoquidem praecipua pro Luganensi dioecesi sedes ibi constituta est sodalitatis familiis Eidem Divino Cordi devovendis aliarumque piarum consociationum, et multi, qui, « laborant et onerati sunt », eo accedunt ut miserentis Redemptoris caritate reficiantur. Quae religio in eius gentis animis ita inhaesit ut, anno millesimo nongentesimo tricesimo quinto, decem expletis lustris a Luganensi dioecesi constituta, hanc sacrorum Antistes, civitatem vero Ticinensem Praeses Consilii pago illi moderando praepositi, vulgi adstante corona, Sacratissimo Cordi Iesu devotas voluerint, cuius rei memoria, in membrana conscripta, in eadem aede servatur. Quoniam autem mox quintus et vicesimus r evolvetur annus a quo inditum hoc templum, aedificatione absoluta, a populo christiano coeptum est frequentari, quo Divini Cordis cultui ampliora afferrentur incrementa Eique luculentius daretur observantiae documentum, Venerabilis Frater Angelus Iosephus Ielmini, Episcopus titulo Thermensis atque Luganensis dioecesis Administrator Apostolicus, Nos rogavit ut aedem illam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenter admissis, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, paroecialem ecclesiam Sacratissimo Cordi Iesu in urbe ac dioecesi Luganensi dicatam, ad honorem et dignitatem Basilicae Minoris evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes prae-

sentes Litteras firmas, validas atqne efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Octobris, anno **MCMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

EPISTULAE

I

AD REVMUM P. MALCOLM A MARIA, PRAEPOSITUM GENERALEM CONGREGATIONIS CLERICORUM EXCALCEATORUM SSMAE CRUCIS ET PASSIONIS D. N. IESU CHRISTI, OB DENA LUSTRA IMPLETA A PIO TRANSITU S. GEMMAE GALGANI.

PIUS PP. XII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Flagrantibus votis Nostris optime responderunt litterae, abs te Nobis recens datae, per quas Nos edocuisti mox quinquagesimam anniversariam memoriam diei, quo S. Gemma Galgani pio decessit exitu, sacris sollemnibus celebratum iri.

Laete praeter alia precepimus fore, ut in eius Lucensi sacello tum nova ara, tum metallo et marmore splendida dedicentur opera, idemque, provido Lucensis Archiepiscopi consilio, committatur vigilantiae et curae sanctimonialium a meditandis doloribus Domini Nostri. Iesu Christi, quae in eadem sunt urbe.

Par sane est studiosa contentione recoli et quasi in candelabri apice imponi hanc praeclaris virtutibus decoram virginem, gemmam nomine et re, quae, perdolentis Deiparae Mariae consors, Cruci fixi Redemptoris in se rettulit cruentos cruciatus et innoxiae vitae lilium asperae poenitentiae sentibus communivit.

Eget profecto eius exemplo et deprecatione nostra in nefas facile ruens aetas, ne supernae iustitiae meritissimis obruatur poenis, sed ut potius ad probos assequendos mores et ad maiorum male relictam amplexandam disciplinam iterum abeat. Nihil enim perniciosius est quam ab Evangelii viis deerrare, nihil vero salutarius quam Christo Redemptori fideli adaerere obsequio.

Munus erit praecipuum sanctimonialium, quae S. Gemmae sacrarii erunt custodes, non tantum huius inclita gesta animo repetere, sed etiam, eiusdem prementes vestigia, adsiduis precibus ac sese abnegandi et devovendi impenso studio Dei veniam sontibus propitiare et in praesenti immani discrimine, quo filii lucis et tenebrarum contendunt, aciei pro causa optima certanti auspicatam deproperare victoriam. Eae Sacras legendo meditandoque Litteras, praesertim Evangelia, quaerant quae superno Regi sint grata, et, Apostoli hortatum secutae, exhibeant corpora sua hostiam viventem, sanctam, Deo placentem (cf. Rom., 12, 1). Quod si alacriter agent, earum labor haud exiguum conferet religioni emolumentum, et promeritorum iis seges laeta succrescet.

Multum denique optantes, ut stata sacra sollemnia prospere cedant et caelestium rerum amorem et cultum illis, qui hisce festis intererunt, vehementiorem excitent, ut ipsi, ore et moribus novi, novum perfectae fidei et caritatis concinant canticum, quale Ecclesiae filiis insigniter congruit, his universis et cumprimis tibi, dilecte fili, et sodalibus tuis et Lucensibus sanctimonialibus, quae de S. Gemmae Galgani sacrario sollertem curam gerent, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvin mensis Februarii anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. NORMANNUM THOMAM TIT. SANCTORUM QUATTUOR CORONA TORUM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM GILROY, ARCHIEPISCOPUM SYDNEYENSEM, QUEM LEGATUM DELIGIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM E TOTA AUSTRALIA IN SYDNEYENSI URBE HABENDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Haud sine peculiari animi laetitia percepimus, Congressionem ex universa Australia apparari Eucharisticam, in urbe tanta civium frequentia conspi-

cua, Aprili mense proximo vertente, fauste feliciterque, iuvante Dei auxilio, celebrandam. Novimus quoque perlibenter in sollemnibus coetibus illustrandum esse novum illud Christi mandatum per ea verba traditum : « In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem » (Ioann. XIII, 35). Hoc profecto humani generis Redemptor voluit, quum augustum Sacramentum institueret, caritate in Deum excitanda, mutuam inter homines fovere caritatem. Qua quidem divina virtute quid salutarius mortalium societati esse potest, quid iucundius? Non modo enim caritas est excellentior omnibus aliis virtutibus, quum attingat ipsum Deum, ut in eo sistat, sed est veluti fundamentum et radix, quibus sustentantur et nutriuntur ceterae virtutes. Quum itaque sincera Dei et proximi caritas prosiliat potissimum ardeatque auctuosa ex sanctissima Eucharistia, ubi Christus adest ipse vivus, ubi suo erga nos amori maxime indulget, illa exstat in Sacro Tridentino Concilio exhortatio, miram quandam caritatem pietatemque redolens : « Paterno affectu admonet Sancta Synodus, hortatur, rogat et obsecrat per viscera misericordiae Dei nostri, ut omnes et singuli, qui christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo caritatis, in hoc concordiae symbolo iam tandem aliquando conveniant et concordent» (Sess. XIII, de Euchar., c. VIII). Nos igitur, qui nihil potius habemus, quam ut fidelium animi, per intimam cum Christo coniunctionem, fraterna inter se necessitudine copulentur, civiumque omnium concordiae et prosperitati magnum conferant incrementum, proximum Australianae nationis Eucharisticum Conventum non modo intimo animi affectu, verum praesentia quoque Nostra per Legatum complecti libentissime exoptamus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui Romanae purpurae splendore ref ulgens, in prima continentis istius Australiani episcopali sede pastorali munere fungeris, Legatum Nostrum a Latere deligimus ac renuntiamus, ut Congressui e tota ista natione Eucharistico, mense proximo ineundo, Nostro nomine Nostraque auctoritate praesideas. Pro certo autem ducimus, te pro egregia, qua nites, pietate ac sollertia perhonorificum munus utiliter feliciterque esse executurum. Cuius interea secundi exitus uberumque fructuum conciliatrix et nuntia, peculiarisque Nostri amoris testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, itemque clero ac populo tuae curae concredito, nec non iis universis, qui sacris solemnibus intererunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxiv mensis Martii, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

III

AD REVMUM P. MONNIER FRANCISCUM, C. S. SP., RECTOREM PONTIFICII SEMINARII GALLICI IN URBE, OB IMPLETUM SAECULUM AB EODEM SEMINARIO CONDITO.

PIUS PP. XII

Nous avons accueilli avec joie la nouvelle des fêtes qui vont marquer dans quelques jours le premier centenaire du séminaire Pontifical Français de Rome et Nous tenons à vous dire personnellement Nos félicitations et Nos voeux paternels.

Ce siècle d'actif dévouement à la grande cause du sacerdoce a amplement justifié la confiance que Notre Prédécesseur Pie IX avait placée dans les fils du Vénérable Libermann. Par milliers se comptent aujourd'hui les prêtres qui ont reçu d'eux leur éducation cléricale et qui, dans les divers ministères comme aux postes de responsabilité où ils furent appelés, ont porté partout la note distinctive de leur formation romaine : un inviolable attachement à l'Eglise et à son Chef visible, le Vicaire de Jésus-Christ.

C'est cet esprit que Nous exhortions Nous-même les élèves de « Santa Chiara)) à développer en eux lorsque Nous vînmes jadis bénir la statue de Sainte Thérèse de l'Enfant Jésus qui préside à leurs récréations sur la loggia du Séminaire. Et Nous savons avec quel zèle attentif vos collaborateurs et vous-même travaillez à en pénétrer les générations de clercs que les Evêques de France vous confient et qui se préparent sous votre direction à leurs tâches apostoliques de demain par l'acquisition d'une science sûre et d'une solide piété sacerdotale.

Deux récents anniversaires de la Congrégation du Saint-Esprit Nous avaient fourni, en 1948 et 1952, l'occasion de vous dire combien Nous apprécions les services que votre famille religieuse rend à l'Eglise : ce n'est certes pas l'un des moindres que cette oeuvre d'éducation dont elle s'acquitte à Rome au service du clergé de France. Aussi sommes-Nous heureux de saisir cette nouvelle circonstance pour vous témoigner Notre bienveillance et invoquer sur votre tâche l'abondance des divines faveurs, en gage desquelles Nous vous accordons, ainsi qu'aux religieux qui se dévouent a vos côtés, aux élèves — anciens et actuels — et à tous ceux que les fêtes du centenaire auront rassemblés autour de vous, une particulière Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 11 Avril 1953.

PIUS PP. XII

IV

AD EMUM P. D. IOSEPHUM, EPISCOPUM ALBANENSEM S. R. E. CARDINALEM PIZZARDO, S. S. CONGREGATIONIS SANCTI OFFICII A SECRETIS, AC S. CONGREGATIONIS DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS PRAEFECTUM, QUINQUAGESIMUM SACERDOTII ANNUM IMPLETURUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Singulari quidem animi laetitia nuper cognovimus clericorum Seminaria et altiora doctrinarum Instituta, quae Sacrum istud Consilium, cui praees, moderatur itemque clerum ac fideles Albanenses jam nunc erectis adesse animis, ut natalis sacerdotii tui quinquagesimum, qui in hunc vertentem annum incidit, fauste feliciterque celebretur. Haec profecto iucundi eventus commemoratio praeclaram opportunitatem Nobis affert eam tibi benevolentiam publice confirmandi, qua sumus te semper prosequuti, postquam, officiorum necessitudine coniuncti in praenobili obeundo Ecclesiae Sedisque Apostolicae servitio, eadem fere florentes aetate, amabilissimo amicitiae nodo, abhinc novem lustra, Nos tecum devinximus. Haud facile dictu est, quanta pietate ac sollicitudine, quantaque virium alacritate, hac diuturna annorum serie, omnes cogitationes cur asque tuas ad publica Ecclesiae expedienda negotia contuleris, sive ordinaria sive extraordinaria, antea in minora ac deinde in majora tanti ponderis officia incumbens. Per plures sane annos Nos Ipsi, regnante Nostro ven. mem. Decessore Pio XI, sollertiae tuae laborisque quotidiani pro munere Nostro testes plane exstitimus. Quis praeterea ignorat, quantum consilii et sedulitatis Catholicae Actioni tribueris, ut eadem, non modo in Italia, sed in exteris quoque nationibus, ad nutum et normas Romanorum Pontificum aptius ordinaretur fructuumque copiam in dies uberiorem consequeretur? Postquam vero, ipse jam pridem per Nosmet Ipsos Episcopus consecratus, a Pio XI in amplissimum Ecclesiae Senatum adscitus es, adsiduam praebes operam tuam in animarum bonum inque Sanctae Sedis utilitatem, tum in Albanensi gubernanda dioecesi, tum in isto Romanae Curiae Consilio moderando, quo omni studio contenais, ut Sacra Seminaria studiorumque Universitates, eidem obnoxiae, salutaria accipiant incrementa, tum etiam in Sancti Officii Congregatione, cujus munus a Secretis ad latus Nostrum tibi demandavimus. Quas quidem sacerdotalis ministerii laudes suaviter memorantes, laetitiamque tuam fuique aesti-

maiorum fideliumque cumulare volentes, tibi, Venerabilis Frater Noster, de sacro pastoralique officio tam diu actuoseque gesto ex animo gratulamur, simulque Deum precamur, ut supernis donis te commissumque gregem ornare benigne velit. Quorum interea caelestium munerum conciliatrix, peculiarisque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, tuisque laborum consortibus, in primisque sollerti Episcopo Suffraganeo, itemque clero ac populo tuae curae tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **II** mensis Maii, anno **MDCCCCVIII**, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Alumnis Catholicis Studiorum Universitatis Sorbonicae, Sodalitati « Centre Richelieu » adscriptis/'

Soyez les bienvenus, cbers fils et filles de France, étudiants de Sorbonne, pèlerins d'Assise et de Rome, qui avez marqué les grands jours de l'année chrétienne par un effort commun de prière et de pénitence.

Au pays du Poverello, vous avez revécu de la manière la plus expressive l'émouvante liturgie de la Passion, et voici «que vous débouchez maintenant à Rome dans la joie pascale. Le haut-lieu spirituel d'Assise vous a fourni un cadre pour évoquer l'Amour souffrant, et Rome vous accueille dans les splendeurs de l'Amour triomphant.

Vous n'avez pas comme l'Apôtre saint Thomas à voir et à toucher le Christ ressuscité pour croire à sa toute puissance ; votre foi renouvelée vous assure que l'humble successeur de saint Pierre tient à son tour les clefs du Royaume des cieux, et c'est auprès de lui que vous venez achever votre pèlerinage. Aussi vous ouvre-t-il les bras, comme à des fils très affectueux et très obéissants.

Nous savons que deux d'entre vous, durant la Veillée pascale, ont reçu le Baptême. Comment ne pas évoquer ici, à Rome, le temps où cette profession de foi prenait en face du paganisme officiel de l'Empire romain la valeur d'une rupture avec le monde ancien et d'une entrée dans

* **Habita die 9 Aprilis mensis a. 1953.**

un monde nouveau, la jeune Eglise chrétienne? Le poète Prudence, vers Fan 400, ne décrivait-il pas les longues files de catéchumènes passant devant les temples païens désertés, pour aller recevoir au Latran le signe sacré de la religion nouvelle? [3] Aujourd'hui, ce sont en général les faux dieux qui ont l'air jeune, et l'Eglise qui semble vieille. Mais gardez votre assurance et ne vous laissez point tromper! Si même, sans tenir compte de systèmes philosophiques, dont l'existence est fugitive comme celle des éphémères, on concède que certaines erreurs peuvent exercer sur l'humanité une longue et profonde influence, - elles suivent toutes cependant la loi de l'histoire qui, après l'ascension et l'apogée, amène le déclin et la chute. L'Eglise du Christ a reçu et recevra toujours de son divin Fondateur la force de braver cette loi. Sans cesse, elle rajeunit et survit à toutes les erreurs.

Avant même sa Résurrection, le Sauveur bien-aimé, que le peuple chrétien acclame en ces jours de Pâques, avait dit à l'Apôtre Thomas : « Je suis la voie, la vérité, la vie ».[2] Depuis qu'il a vécu parmi les hommes, quelque chose a changé dans le destin même de l'humanité. La raison humaine invitée à accueillir des vérités qui la délivrent, le cœur humain admis à une intimité inconcevable avec son Auteur, toute l'humanité se serrant autour de l'Homme-Dieu comme une seule famille; voilà le message joyeux et bouleversant que tout chrétien reçoit et doit transmettre. Trop peu de baptisés ont conscience de la grandeur de leur vocation.

Vous au contraire, vous en avez une juste et haute idée, et c'est pour le Père des fidèles une consolation de savoir avec quel sérieux on s'applique parmi vous à vivre une vie chrétienne authentique, vie intérieure, qui puise la lumière et la force aux sources de la foi, vie extérieure, riche d'exemples et d'initiative apostolique. Rien n'oblige davantage à monter que la volonté de faire monter les autres ; rien n'augmente le désir de la grâce divine comme l'impuissance constatée dans l'apostolat.

Chers fils et chères filles, s'il Nous faut vous adresser un message pascal, Nous aimerions vous dire :

Restez des hommes de prière, d'une prière quotidienne, personnelle et fervente ; puisez aux flots de grâce des sacrements, surtout de la Sainte Eucharistie. On vous l'a souvent répété. Nous ne pouvons cependant Nous empêcher de le souligner, parce que c'est fondamental.

Imposez-vous des exigences morales, sans vous contenter du minimum. L'Eglise alors pourra aussi vous en imposer et elle doit le faire.

[1] *Contra Symmaehum,* **lib. 1, v. 585 ss.**

[2] **Io, 14, 6.**

Car ses tâches importantes au dedans et au dehors exigent - aujourd'hui plus que jamais, Nous le disons avec insistance - des chrétiens solides dans la foi et d'une vie irréprochable. Les lâches ne conquièrent pas la terre, ni n'emportent le ciel.

Dans vos études et votre recherche scientifique, soyez convaincus qu'entre des vérités de foi certaines et des faits scientifiques établis, la contradiction est impossible. La nature comme la révélation viennent de Dieu, et Dieu ne peut pas se contredire. Ne vous laissez pas déconcerter, même si vous entendez affirmer le contraire avec insistance, même si la recherche devait attendre pendant des siècles la solution d'oppositions apparentes entre la science et la foi.

Pratiquez l'amour du prochain et affinez votre sens de la justice sociale; mais une justice sociale pour toutes les conditions et toutes les classes. Que personne ne reproche à l'Eglise de ne pas aimer le travailleur. Quelques-uns pourraient être plutôt tentés de dire que, depuis quelque temps, malgré ses tâches les plus pressantes qui concernent l'au-delà, elle a placé la question ouvrière trop à l'avant-plan de ses préoccupations. Mais ce reproche non plus, Nous ne saurions l'admettre. Tenez-y ferme : l'Eglise est l'Eglise de tous ; elle est là pour tous, et veut réunir tous les hommes en une famille, comme frères et sœurs dans le Christ.

Elargissez votre regard et votre cœur ; étendez-les à tous les pays et à tous les peuples. Personne plus que l'Eglise catholique ne dispose de forces de réconciliation, de compréhension, d'unité, capables d'agir sur les convictions ultimes, les plus profondes, celles qui dominent la vie. C'est aux enfants de l'Eglise qu'il revient de mettre ces forces en œuvre; mais à vous, qui appartiendrez à la classe dirigeante, cette missions incombe tout particulièrement.

Vous avez des guides, qui vous parlent au nom de l'Eglise ; suivez-les, comme il convient à des jeunes, et préparez-vous ainsi aux tâches de demain. L'Eglise compte sur vous. Les talents, que vous avez reçus, ne les enfouissez pas. Rayonnez la lumière, soyez le sel de la terre, et vous aurez par surcroît le bonheur le plus pur, qui soit donné à un homme sur la terre : celui d'imiter Dieu.

Nous le demandons pour vous du fond du cœur à Notre Seigneur ressuscité, et comme gage des faveurs divines, Nous vous accordons à vous-mêmes, à vos familles, à tous ceux qui vous sont chers, Notre paternelle Bénédiction Apostolique.

II

*Iis, qui interfuerunt Conventui internationali quinto de psychotherapia et psychologia, Romae habito**

Nous vous souhaitons la bienvenue, chers fils et chères filles, qui venus de partout, vous êtes rassemblés à Rome pour entendre de doctes exposés et discuter des questions de Psychothérapie et de Psychologie clinique. Yotre Congrès est terminé et, pour garantir ses résultats et le succès de vos recherches et activités futures, vous venez recevoir la bénédiction du Vicaire du Christ. Bien volontiers, Nous répondons à votre désir et Nous profitons de l'occasion pour vous adresser un mot d'encouragement, et vous donner quelques directives.

La science affirme que de nouvelles observations ont mis à jour les couches profondes du psychisme humain et elle s'efforce de comprendre ces découvertes, de les interpréter et de les rendre utilisables. On parle de dynamismes, de déterminismes et de mécanismes cachés dans les profondeurs de l'âme, dotés de lois immanentes dont découlent certains modes d'action. Sans doute, ceux-ci sont mis en œuvre dans le subconscient ou l'inconscient, mais ils pénètrent aussi dans le domaine de la conscience et le déterminent. On prétend disposer de procédés éprouvés et reconnus adéquats pour scruter le mystère de ces profondeurs de l'âme, les éclairer et les remettre sur le droit chemin, lorsqu'elles exercent une influence néfaste.

Ces questions, qui se prêtent à l'examen d'une psychologie scientifique, ressortissent à votre compétence. Il en va de même pour l'utilisation de nouvelles méthodes psychiques. Mais que la psychologie théorique et pratique restent conscientes, l'une et l'autre, qu'elles ne peuvent perdre de vue ni les vérités établies par la raison et par la foi, ni Jes préceptes obligatoires de la morale.

L'an passé, au mois de Septembre,[1] pour répondre au souhait des membres du <(Premier Congrès International d'Histopathologie du Système Nerveux », Nous avons indiqué les limites morales des méthodes médicales de recherche et de traitement. Sur la base de cet exposé, Nous voudrions aujourd'hui ajouter quelques compléments. En bref, Nous avons l'intention d'indiquer l'attitude fondamentale qui s'impose au psychologue et au psychothérapeute chrétien.

Cette attitude fondamentale se ramène à la formule suivante: la

* Die 13 Aprilis mensis, a. 1953.

[1] 13 sept. .1952 - Acta Ap. Sedis, a. XLIV, pag. 779 ss.

psychothérapie et la psychologie clinique doivent toujours considérer l'homme 1) comme unité et totalité psychique, 1) comme unité structurée en elle-même, 3) comme unité sociale, 4) comme unité transcendante, c'est-à-dire en tendance vers Dieu.

I - L'**homme comme unité et totalité psychique**

La médecine apprend à regarder le corps humain comme un mécanisme de haute précision, dont les éléments s'engrènent l'un sur l'autre et s'enchaînent l'un à l'autre ; la place et les caractéristiques de ces éléments dépendent du tout, ils servent son existence et ses fonctions. Mais cette conception s'applique encore beaucoup mieux à l'âme, dont les rouages délicats sont assemblés avec bien plus de soin. Les diverses facultés et fonctions psychiques s'insèrent dans l'ensemble de l'être spirituel et se subordonnent à sa finalité.

Il est inutile de développer plus longuement ce point. Mais vous devez, vous, les psychologues et les thérapeutes, tenir compte de ce fait : l'existence de chaque faculté ou fonction psychique se justifie par la fin du tout. Ce qui constitue l'homme, c'est principalement l'âme, forme substantielle de sa nature. C'est d'elle que découle en dernier lieu toute la vie humaine ; en elle, s'enracinent tous les dynamismes psychiques avec leur structure propre et leur loi organique ; c'est elle que la nature charge de gouverner toutes les énergies, pour autant que celles-ci n'aient pas encore acquis leur dernière détermination. De ce donné ontologique et psychique, il s'ensuit que ce serait s'écarter du réel que de vouloir, en théorie ou en pratique, confier le rôle déterminant du tout à un facteur particulier, par exemple à l'un des dynamismes psychiques élémentaires, et installer ainsi au gouvernail une puissance secondaire. Ces dynamismes peuvent être *dans* l'âme, *dans* l'homme ; ils ne sont cependant pas Tâme, ni Thomme. Ils sont des énergies, d'une intensité considérable peut-être, mais la nature en a confié la direction au poste central, à l'âme spirituelle, douée d'intelligence et de volonté, capable normalement de gouverner ces énergies. Que ces dynamismes exercent leur pression sur une activité, ne signifie pas nécessairement qu'ils la contraignent. On nierait une réalité ontologique et psychique, en contestant à l'âme sa place centrale.

Il n'est donc pas possible, lorsqu'on étudie la relation du moi aux dynamismes qui le composent, de concéder sans réserve, en théorie, l'au• tonomie de l'homme, c'est-à-dire de son âme, mais d'ajouter aussitôt que, dans la réalité de la vie, ce principe théorique apparaît le plus

Cum dioecesis Amosensis erecta fuit, eius orientales fines, in Constitutione Apostolica « Christifidelium » diei 3 Decembris 1938, ita statuti fuerunt : «... linea quae finem designat inter comitatum St. Maurice et comitatum MasMnougfé usque ad territorium Abitibi, quae deinde sequitur limitem ipsius comitatus Abitibi primum ad orientem, postea ad septentrionem quousque tangit lineam *Hauteur des terres,* ac tandem per eandem usque ad intersecationem finis septentrionalis dioecesis supra descripti ... ».

At linea quae dicitur « Hauteur des terres », mente tantum ficta, incertos fines inter dioeceses Amosensem et Chicoutimiensem constituit.

Quapropter Excmi PP DD. Iosephus Aldeus Desmarais, Episcopus Amosensis, et Georgius Melançon, Episcopus Chicoutimiensis, ne qua ratio dubitandi circa fines suarum dioecesium amplius permaneat, ab Apostolica Sede humillime petierunt ut praefata linea « Hauteur des terres » hanc pressiorem significationem haberet, scilicet : « Linea quae sequitur limitem orientalem comitatuum Abitibi-Est et Abitibi, et limitem occidentalem comitatus Roberval ».

Porro haec S. C. Consistorialis, habito favorabili voto Excmi P. D. Hildebrandi Antoniutti, Archiepiscopi titularis Synnadensis in Phrygia

ac Delegati Apostolici in Ditione Canadensi, rei opportunitate perspecta, vigore specialium facultatum a Ssmo Domino Nostro Pio, Divina Providentia PP. XII sibi tributarum, praesenti Consistoriali Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent, statuit ut linea « Hauteur des terres », in definitione praefatarum dioecesium Amosensis et Cbicoutimiensis finium, imploratam significationem habeat.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem S. C. Consistorialis deputat eundem Excimum P. D. Hildebrandum Antoniutti, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto ei onere mittendi quam primum ad hanc S. C. Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 9 Ianuarii 1953.

83 Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. a s.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

V

BOGOTENSIS IN COLUMBIA

DECRETUM

MUTATIONIS NOMINIS CURIAMS ARCHIDIOECESEOS

Apostolicis sub plumbo Litteris « In suprema dignitatis » diei vigesimae secundae Martii anni millesimi quingentesimi sexagesima quarti Archidioecesis erecta fuit « Bogotensis in Columbia » appellata.

Sacra Congregatio Consistorialis, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Pio Divina Providentia PP. XII tributarum, praesenti Decreto statuit ut memorata Archidioecesis Bogotensis in Columbia posthac nuncupetur « Bogotensis » quin, tamen, eius immutetur vulgaris denominatio. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die xn mensis Ianarii 1953.

£ß Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

Sebastianus Baggio, *Substitutus*

VI

GRANATENSIS ET ALMERIENSIS

DECRETUM

MUTATIONIS FINIUM DIOECESIUM

Cum territorium vicariatuum foraneorum, vulgo Canjáyar et Rio de Almería, ad Archidioecesim Granatensem pertinentium, tam longe distet a sede archiepiscopali ut maxima difficultate christifidelium ibi degentium saluti, uti par est, consuli possit, Excnius P.D. Balbinus Santos et Olivera, Archiepiscopus Granatensis, Apostolicae Sedi supplices porrexit preces ut territorium vicariatuum foraneorum, quos supra memoravimus, cum octodecim, quibus constant, paroeciis ab Archidioecesi Granatensi separaretur et dioecesi Almeriensi adscriberetur.

Sacra Congregatio Consistorialis, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Pio Divina Providentia PP. XII tributarum, suffragante Emo P. D. Caietano S. R. E. Cardinali Cicognani in Hispania Pro Nuntio Apostolico^, et habito favorabili voto Exc. P. D. Alphonsi Rodenas García, Episcopi Almeriensis, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae.sub plumbo Litterae datae fuissent, a territorio Archidioecesis Granatensis separat et dioecesi Almeriensi perpetuo adnectit vicariatus foraneos vulgo Canjáyar et Río de Almería cum octodecim paroeciis nuncupatis : Canjáyar, Ohanes, Almócita, Beires, Padules, Ragol, Distinción, Bentarique, Illar, Terque, Huécija, Alicún, Alhama de Almería, Alhabia, Alsodux, Santa Cruz de Márchena, Alboloduy, Nacimiento, simul cum earum ecclesiis, oratoriis, domibus et coemeteriis paroecialibus, piis fundationibus et quibuscumque aliis ecclesiasticis bonis atque documentis quomodocumque ad easdem paroecias, ecclesias, earumque fideles pertinentibus.

Statuit insuper ut antequam Decretum exsecutioni mandetur, omnibus sacerdotibus praefatas paroecias nunc administrantibus fas sit eligere utri dioecesi perpetuo incardinari velint. Quod si nullus vel non,ultra quatuor numerentur sacerdotes incardinationem dioecesi Almeriensi optantes, Archiepiscopus Granatensis in praefatis paroeciis, saltem per biennium, sufficientem relinquet numerum sacerdotum, qui tamen electam non amittent incardinationem.

Ad haec perficienda S. C. Consistorialis deputat memoratum in Hispania Emum Pro-Nuntium Apostolicum, necessarias et opportunas tri-

buens ei facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad eandem S, Congregationem quam primum transmittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die xn Ianuarii 1953.

£8 Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

VII

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Provindentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 28 Martii 1958. — Cathedrali Ecclesiae Apamiensi praefecit Exc. P. D. Felicem Guiller, hactenus Episcopum Versaliensem.

die T Aprilis 1953. — Titulari episcopali Ecclesiae Eleutheropolitanae in Palaestina Exc. P. D. Iosephum de Nardis, hactenus Episcopum S. Agathae Gothorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Caesariensi in Numidia Exc. P. D. Iosephum delia Cioppa, hactenus Episcopum Aliphanum.

die 6 Aprilis 1958. — Titulari episcopali Ecclesiae Amyzonensi R. D. Aloisium Cicuttini, Praefectum Studiorum Seminarii dioecesani Utinensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Nogara, Archiepiscopi Utinensis.

die 8 Aprilis 1958. — Titulari episcopali Ecclesiae Turuzitanae R. P. Remigium Augustin, e Societate Mariae Montfortanae, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Le Gouaze, Archiepiscopi Portus Principis.

die 9 Aprilis 1953. — Cathedrali Ecclesiae Patersonensi Exc. P. D. Thomam Aloisium Me Nulty, hactenus Episcopum titularem Methonensem.

die lk Aprilis 1593. — Titulari episcopali Ecclesiae Siguitanae Revmum D. Ioannem Emmanuelem Marqués, Officialem Curiae Albiensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P.D. Ioannis Amati Moussaron, Archiepiscopi Albiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Alienae R. P. D. Ioannem Ernestum Menarci, Antistitem Urbanum. Vicarium Generalem dioecesis Carnutensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Rodulphi Octavii Harscouët, Episcopi Carnutensis.

die 15 Aprilis 1953. — Titulari episcopali Ecclesiae Eucarpensi Exc. P. D. Ioannem Mariam Sanna, hactenus Episcopum Gravinensem et Montis Pelusii.

die 22 Aprilis 1953. — Titulari episcopali Ecclesiae Uzalensi R. D. Iosephum Pullano, archipresbyterum parochum et vicarium foraneum oppidi *Gimigliano* in archidioecesi Catacensi, quem constituit Coadiutorem *Sedi datum* Exc. P. D. Angeli Picarra, Episcopi Pactensis.

die 30 Aprilis 1953. — Cathedrali Ecclesiae Miletensi R. D. Vincentium De Chiara, Cubicularium intimum supra numerum Sanctitatis Suae, parochum ecclesiae S. Antonii de Padua in oppido vulgo *Stigliano,* dioecesis Tricaricensis.

die 3 Maii 1953. — Metropolitanae Ecclesiae Granatensi Exc. P. D. Raphaelem Garcia et García De Castro, hactenus Episcopum Giennensem.

die 7 Maii 1953. — Cathedrali Ecclesiae Calaguritanae et Calceatensi Exc. P. D. Abilium DeJ Campo Barcena, hactenus Episcopum titularem Pionitanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sululitanae Exc. P. D. Fidelem García Martínez, hactenus Episcopum Calaguritanum et Calceatensem.

die 9 Maii 1953. — Cathedrali Ecclesiae Oppidensi R. D. Mauritium Raspini, Cubicularium intimum supra numerum Sanctitatis Suae, praepositum parochum in oppido vulgo *Bellinzago Novarese,* dioecesis Novariensis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XII, successivis Decretis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die U Martii 1953. — Archiepiscopali Ecclesiae Atheniensi praefecit Revmum P. Marium Macrionitis, S. I., hactenus Administratorem Apo-

stolicum Archidioecesis Corcyrensis et Dioecesium Zacynthiensis et Cephaloniensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Epiphaniensi in Syria R. P. D. Petrum Sfair, Antistitem Urbanum, cum munere Sacras Ordinationes ritu Antiocheno Maronitarum in Urbe peragendi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bagaiensi R. P. Natalem Boucheix, e Societate Missionum ad Afros, quem constituit Vicarium Apostolicum Heliopolis in Aegypto.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

MONACEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI M. TERESIAE AB INFANTE IESU IN SAECULO CAROLINAE GERHARDINGER, FUNDATRICIS SORORUM SCHOLASTICARUM DOMINAE NOSTRAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Magna est magistri dignitas, quum enim aliis scientiam aperit, Deum, sine quo nulla est scientia, docet; fit itaque Dei minister in societatis totius bonum. Debet itaque esse « eruditus, atque, ut eius doctrina sit efficax, debet esse mitis, diligens, sollicitus » (Hugo a S. V. de Propr. rer. I, 4 c. 2) atque « suo exemplo docere quod praecipit » (Chrys. hom. 20 sup. I Cor.). Recte itaque huiusmodi magister «margaritae fulgenti « comparatur : quia dum emendationem morum, dum supernorum « scientiam pie quaerentibus aperit, quasi aureo ornatu maiorem in« super gratiosioremque fulgorem gemmae ardentis annectit » (Glos, ord. sup. Prov. c. 25).

Dei Famula, de qua nobis est sermo, perfecta ludimagistra fuit, plurimasque magistras materna sollicitudine in aevum formavit, uti breviter mox exponemus.

Anna 1797, die 20 Iunii, prope Ratisbonam in loco Stadtamhof e Willibaldo Gerhardinger et Francisca Hueber, honestis piisque coniugibus, puella orta est, cui eodem die in sacro baptismate nomina Carolina, Elisabeth, Francisca fuerunt imposita. Sacro Chrismate a. 1805 fuit Unita; novennis ad sacram mensam digna habita est quae accederet.

Primariis studiis expletis, una cum duabus puellis a Parocho Wittman, postea Episcopo Ratisbonensi, electa fuit ut ad ludimagisteriuin pararetur. Post triennium, feliciter examine superato, vix quindecim annis nata magisterium inauguravit felici successu, uti ex ipsius regii Scholarum Praefecti testimoniis constat. Idem Parochus eam aliasque puellas ad religiosam vitam formare curavit : ipsius enim mens erat ut Institutum Nostrae Dominae, per iniquam saecularizationis legem suppressum, revivisceret ad educationem atque institutionem puellarum; sicque nova religiosa Congregatio Sororum Scholasticarum Dominae Nostrae condita est. Pium ac salutare hoc consilium felicem habuit exitum. Haec enim Congregatio, ut facilius posset evolvi, a. 1829 Neumburgum se transtulit : Bavariae Rex Ludovicus favorabile edidit, die 22 Martii a. 1834, decretum ; quatuor post dies Ratisbonensis Episcopus Congregationem adprobavit. Die 16 Novembris a. 1835 Carolina religiosa vota professa est, nomine Mariae Teresiae a Iesu assumpto. Pluribus accedentibus postulantibus Institutum dilatatum est atque plures aliae domus conditae.

Quare anno 1843 principem Instituti domum in urbem Bavariae caput opportunius visum est transferre, ut Sorores, ne laicis magistris in deteriori conditione versarentur, superiores scholas adire atque maiora cum legitimis magistratibus commercia inire possent. Anno 1847, Rege Ludovico I favente, una cum quinque sororibus Baltimoram adivit ludumque aperuit. Similiter plures alias domus in Septentrionali America atque in Europa constituit. Hisce bonis perpensis, S. C. Episcoporum et Regularium, die 23 Ianuarii a. 1854, *decretum Laudis* concessit. Anno 1865 Regulae ab eadem S. C. fuere omnino approbatae.

Interim cum ob Kulturkampf in Germania, tum ob insectationes a liberalismo alibi motas, Instituti domus hac illae fuere suppressae. Sorores vero omnes, suae vocationi fideles, exilium potius quam foedari seligentes, alibi suam impenderunt operam in novis receptae domibus.

Haec Instituti propagatio ingens Servae Dei solatium attulit, habendaque est uti praemium a Deo concessum eius doloribus omne genus sancte toleratis, orationibus fusis, asperitatibus aliisque poenitentiis sponte ac ab ea susceptis nec non optimo spiritu, quo Sororum animi formabantur.

Die 9 Maii a. 1879 gravi morbo correpta, Monachii, in principe Instituti domo, Apostolico Nuntio morientum preces recitante, spiritum exhalavit.

Iusta funebria triumpho possunt comparari, cuncto populo quoque complorante ; ipse Nuntius exsequias peregit.

Sanctitatis fama, adhuc vivens ipsa fruebatur, licet conaretur bona sua opera humiliter abscondere, post obitum vero vehementer erupit. Quare, vix licuit, Monacensis Curia ordinaria auctoritate triplicem processum instituit super scriptis, fama sanctitatis ac indebito cultu non praestando, Urbemque delatum.

Scriptis perpensis, Sacrae huius Congregationis die 22 Februarii a. 1933 nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora posset procedi.

Sex interim Patres Cardinales, Archiepiscopi et Episcopi Germaniae Fuldae congregati, item Bavari, aliique ex America, ex Hungaria, Moravia, Italia, Romania, Canada, Supremi Ordinum Moderatores, Canonicorum Capitula, Supremus civitatis Monacensis Magistratus, aliique non pauci, Summum Pontificem enixe rogaverunt ut Ipse Beatificationis causam introduci iuberet.

Omnibus itaque de iure servatis, die 8 Iulii anni huius, in Ordinaria Sacrorum Rituum Congregatione Eñius ac Rmus Cardinalis Benedictus >Moisi Masella, Episcopus Praenestinus, Causae huius Ponens, dubium discutiendum posuit : *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur* de eaque retulit. Emi Patres relatione hac auscultata, auditisque Officialium Praelatorum suffragiis nec non R. P. D. Salvatore Nat ucci, Generali Fidei Promotore, rescribere censuerunt : *Signandam esse commissionem, si Ssmo placuerit.*

Infrascriptus Cardinalis S. R. C Pro-Praefectus, Beatissimo Patri Emorum Patrum sententiam subsignato die retulit. Sanctitas Sua, Cardinalium rescriptum ratam habens, *commissionem Introductionis causae Servae Dei Mariae Teresiae a Iesu, Sua manu signare dignata est.*

Datum Romae, die 11 Iulii a. D. 1952.

£B C. Card. **MICARA_**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. *rji* S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

II

TUNQUINEN.

CANONIZATIONIS BEATI VALENTINI BERRIO OCHOA, EPISCOPI MARTYRIS, O. *P.*

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Christi Ecclesiae summopere interest in fidelium conspectu ponere et extollere viros illos, quorum vita in singulari et admirabili Dei servitio fuit impensa et mors in eius conspectu extitit pretiosa, ut ad virtutum admirationem exercitationemque iidem fideles alliciantur.

Quos inter merito recensendus est Beatus Valentinus Berrio Ochoa, qui anno 1827 in oppidulo vulgo nuncupato Elorio, Vasconiae regionis, Hispanicae ditionis, natus, mira sui abnegatione et patientia omnia superavit ut, divinae assentiens vocationi, sacerdos fieret. Magister pietatis sacrorum alumnis excolendis in Seminario dioecesano deputatus, doctrina ac exemplo alumnis in perfectione assequenda validissimum praebuit auxilium. Desiderio maioris semper ardens perfectionis, ordinem S. Dominici ingressus est et, professione solemniter emissa, ad Missiones Annamitarum gentium est destinatus; ubi, primo supra trigesimum aetatis suae anno, Episcopus consecratus, post transactum mensem, Vicarius Apostolicus Tunkini Meridionalis constituitur. Denique, post tres annos, animam suam pro ovibus posuit, et pro fide fortiter mortem subiit anno 1861. Iuridicis probationibus de ipsius Martyrio eiusque causa itemque de signis Martyrium ipsum confirmantibus rite expensis, Beatus Pius X huic Christi athletae Beatorum caelitum honores, die 20 Maii 1906, concessit. Ex hoc autem tempore magis magisque semper pia fidelium devotio erga hunc praeclarissimum Sancti Dominici filium excrevit ; nec fiducia in efficaciam eius intercessionis ad Deum est imminuta. Quum itaque nova, eo intercedente, signa ferantur accepta, enixis Postulatoriis Litteris Emus ac Revmus D. Petrus Card. Segura y Saenz, Archiepiscopus Hispalensis, atque permulti Excmi Archiepiscopi et Episcopi totusque Praedicatorum Ordo, a Summo feliciter regnante Pontifice, Pio Papa XII, Reassumptionem causae Canonizationis praefati Beati postulant, ut eum veluti exemplar proponat episcopis, sacerdotibus, religiosis, seminariorum alumnis, laicis, operariis non exclusis, quippe qui, in vitae suae 34 annorum curriculo, omnia haec ipse obivit munera et officia, in iisque omnium dedit exempla virtutum.

Instante igitur Revmo P. Christophoro Berutti, Ordinis Praedicatorum Postulatore Generali, Emus ac Revmus D. Benedictus Cardinalis Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus, eiusdem Causae Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis subsignata die **ad** Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit : *An signanda- sit Commissio Reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Revmi Patres Cardinales, sacris ritibus tuendis praepositi, post ipsius Cardinalis Ponentis relationem, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus rite discussis ac perpensis, rescribendum censuerunt : Affirmative, seu signandam esse Commissionem Reassumptionis Causae, si Ssmo placuerit. Die 28 Octobris 1952.

Facta autem Beatissimo Patri ab infrascripto Cardinali, die subsignata, relatione, Sanctitas Sua, Emorum Patrum rescriptum ratum habens, *Commissionem Reassumptionis Causae canonizationis Beati Valentini perrio Ochoa, Episcopi Martyris, Sua manu dignata est subsignare.*

Saturn Romae, die 21 Novembris, in festo Praesentationis B. M. V., > anno Domini 1952.

£8 C. Card. **MICARA**, Ep. Veliter., *Pro-Praefectus*

L. © S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

INDULGENTIA CONCEDITUR MARIALEM CORONAM GERENTIBUS

Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XII, in Audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 12 mensis Martii vertentis anni concessa, ad devotionem in Beatam Virginem Mariam magis magisque augendam, benigne dilargiri dignatus est quingentarum dierum indulgentiam, semel in die lucrandam a fidelibus, qui Marialem Coronam, rite benedictam, super se devote delatam deosculati fuerint unaque simul Salutationis Angelicae verba « *Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum : benedicta Tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus* » pia mente recitaverint.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Paenitentiariae Apostolicae, die 30 mensis Martii 1953.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior*

L. © S.

S. Luzio, *Regens*

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD REDIGENDUM CODICEM IURIS CANONICI ORIENTALIS

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE ((CREBRAE ALLATAE SUNT)) (XXII MENSE FEBRUARIO, ANNO MDCCCCXXXXIX), DE DISCIPLINA SACRAMENTI MATRIMONII.

INTERPRETATIONES AUTHENTICAE

** ê*

CAN. 18 § 2

D. I. - An loci Hierarcha, in cuius eparchia matrimonium celebratur, dispensare possit ad normam can. 18 § 2 a publicationibus matrimonii contrahentes eadem lege adstrictus, diversi tamen ritus.

R. Affirmative, dummodo sit Hierarcha proprius eius qui dispensatione eget.

D. II. - An Hierarcha loci, in cuius eparchia matrimonium celebratur, dispensare possit ad normam can. 18 § 2 a publicationibus matrimonii contrahentes eiusdem quidem ritus ac ipse Hierarcha, qui tamen non sit eorum Hierarcha proprius.

R. Negative.

CAN. 31

D. - Cuius gradus in singulis casibus censendum sit impedimentum quod ex diverso computandi modo, orientali vel latino, sit maioris vel minoris gradus iuxta can. 31.

R. Impedimentum censendum est illius gradus cuius est in disciplina Hierarchae qui dispensationem dedit.

CAN. 32 § 5

D. I. - An per verba can. 32 § 5 « dispensatio petatur ab Hierarcha viri » excludatur potestas Hierarchae mulieris valide dispensandi ab impedimento quod dumtaxat hanc liget.

R. Negative.

D. **II.** - An praescriptum can. 32 § 5 applicandum sit si contrahentes eiusdem ritus pertineant ad eparchias diversi ritus.

R. Affirmative.

CAN. 85 § 2

D. - Utrum per verbum can. 85 § 2 « benedicentis » intelligatur simplex benedictio an requiratur certus ritus liturgicus.

R. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

CAN. 86 § 1 n. 2

D. - An verba can. 86 § 1 n. 2 : « ... sive contrahentes sunt subditi, sive non subditi, *modo sint sui ritus* », collata cum verbis can. 1095 § 1 n. 2 O. **I.** O. : « ... in quo (territorio) matrimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide assistunt », ita intelligenda sint ut parochus et loci Hierarcha orientalis ritus valeant valide assistere matrimonio duorum fidelium latini ritus, itemque ut parochus et loci Hierarcha latini ritus valide assistere valeant matrimonio duorum fidelium orientalis ritus.

R. Negative.

CAN. 88 § 3

D. - An praescriptum can. 88 § 3 « matrimonia autem catholicorum mixti ritus in ritu viri et coram eiusdem parocho sunt celebranda... » abroget praescriptum can. 1097 § 2 C. **I.** O. « ... matrimonia autem catholicorum mixti ritus, *nisi aliud particulari iure cautum sit,* in ritu viri et coram eiusdem parocho sunt celebranda ».

R. Affirmative.

Datum Romae, die 3 mensis Maii a. 1953.

De speciali mandato Sanctissimi
M. Card. **MASSIMI**, *Praeses*

L. $ S.

A. Coussa, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, in data 11 maggio 1953, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare il Revino Padre Balie Carlo, dell'Ordine dei Frati Minori, *Consultore della Sacra Concrezione del Sant'Officio.*

Parimente con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Prelati Domestici di Sua Santità :

4	settembre	1952.	Monsig. Hervé Giovanni Maria, della diocesi di Saint-Brieuc.
16	»	»	Monsig. Mirande Giustino, della diocesi di Baiona.
23	ottobre		Monsig. Vallecilla Gustavo, dell'arcidiocesi di Popayan.
4	novembre		Monsig. Lorsung Pietro, della diocesi di S. Clodoaldo.
9		»	Monsig. Lopez da Cruz Emanuele, del patriarcato di Lisbona.
11		»	Monsig. Horgan Giovanni, dell'arcidiocesi di Dublino.
18		»	Monsig. Desprez Luigi, della diocesi di Langres.
»			Monsig. Thomas Paolo, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Mandia Sono, della diocesi di Palo.
»	»	»	Monsig. Sabenicio Felice, della medesima diocesi.
1	dicembre	»	Monsig. Coady Giovanni, dell'arcidiocesi di Washington.
	»	»	Monsig. Hayes Walter, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Moran Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
»		»	Monsig. Winter Girolamo,. della medesima arcidiocesi.
2	»	»	Monsig. Le Roy Paolo, della diocesi di Bayeux.
»		»	Monsig. Collangettes Gabriele, della diocesi di Soissons.
15		»	Monsig. Cody Giovanni, della diocesi di Dodge City.
»	»		Monsig. Grellner Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Meyers Antonio, della medesima diocesi.
29	»	»	Monsig. Connell Walter C, della diocesi di Springfield Massachusetts.
	»		Monsig. Harrington Giovanni, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Marshall Eugenio, della medesima diocesi.
	»		Monsig. O'Connell Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Sheehan Geremia, della medesima diocesi.
10	gennaio	1953.	Monsig. Montiani Guido, della diocesi di Montepulciano.
»	»	»	Monsig. Freking Federico Guglielmo, della diocesi di Wi- Ti ATI O. HUUcv.
1	febbraio		Monsig. Benso Massimo, dell'arcidiocesi di Los Angeles.

1	febbraio	1953.	Monsig. Brady Edoardo, della medesima arcidiocesi.
»		»	Monsig. Healy Patrizio, della medesima arcidiocesi.
		»	Monsig. Me Carthy Tommaso, della medesima arcidiocesi.
»	»		Monsig. Morris Tommaso, della medesima arcidiocesi.
	»	»	Monsig. North Guglielmo Edoardo, della medesima arci diocesi.
10	»		Monsig. Houlahan Francesco I., dell'arcidiocesi di Du buque.
11	»	»	Monsig. Finocchi Amedeo, della diocesi suburbicaria di Palestrina.
»	»		Monsig. Francia Ennio (Roma).
»	»		Monsig. Costa Paolo, dell'arcidiocesi di Torino.
14	»	»	Monsig. Poletti Ugo, della diocesi di Novara.
23	»		Monsig. Biondi Luigi (Roma).
9	marzo	»	Monsig. Bernardi Francesco, della diocesi di Asti.
20	»		Monsig. Tickle Gerardo, della diocesi di Shrewsbury.
1	aprile		Monsig. Brandano Pasquale, della diocesi di Penne-Pescara.
»	»	»	Monsig. Jannucci Antonio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Tobia Giulio, della medesima diocesi.
8	»	»	Monsig. Cammarano Domenico, della diocesi di Pollastro.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

1	dicembre	1952.	Mnnsig. Arthur Roberto, della arcidiocesi di Washington.
»	»	»	Monsig. Hannan Filippo, della medesima arcidiocesi.
»			Monsig. Phelan Russell A., della medesima arcidiocesi.
4	»	»	Mnnsig. Cerro Salvatore, della diocesi di Pontecorvo.
29			Monsig. Bickauskas Casimiro, della diocesi di Fort Wayne.
14	gennaio	1953,	Monsig. Fernandes Placido Edoardo, dell'arcidiocesi di Bombay.
»	»		Monsig. Rodrigues Michele, della medesima arcidiocesi.
20		»	Monsig. Guerrini Oreste, della diocesi di Viterbo.
1	febbraio		Monsig. Trower Enrico, dell'arcidiocesi di Los Angeles.
2	»		Monsig. Tombari Amedeo, della diocesi di Nepi e Sutri.
14	»		Monsig. Splendiani Giulio, dell'arcidiocesi di Camerino.
17		»	Mnnsig. Criscito Angelo, dell'arcidiocesi di Gonza.
23			Monsig. Carpaneto Giuseppe Mario, dell'arcidiocesi di Genova.
»	»	»	Monsig. Marchese Agostino, della medesima arcidiocesi.
2	marzo	»	Monsig. Cheli Giovanni, della diocesi di Asti.
»	»	»	Monsig. Brambilla Franco, della diocesi di Como.
»			Monsig. Laghi Pio, della diocesi di Faenza.
	»	»	Monsig. Pandozy Giacinto, della diocesi di Tivoli.
9		»	Monsig. Me Devitt Gerardo, dell'arcidiocesi di Filadelfia.
»	»	»	Monsig. Cain Giovanni, dell'arcidiocesi di Newark.
16	»		Monsig. Aimar Giacomo, della diocesi di Saluzzo.
24			Monsig. Ginestroni Pietro, della diocesi di Arezzo.

1 aprile 1953. Monsig. Barlaam Ernesto, della diocesi di Penne-Pescara.
» » » Monsig. D'Agostino Cesare, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Di Carlantonio Remo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Valentini Antonio della medesima diocesi.

Camerieri segreti soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità :

17 giugno 1952. Il sig. Conte d'Andigné Amedeo, dell'arcidiocesi di Parigi.
22 dicembre » Il Nob. Aoquarone dei Conti Mario, dell'arcidiocesi di Genova.
» » » Il Nob. Tosi Giuseppe (Roma).

Comerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

4 dicembre 1952. Monsig. Polano Luigi, della diocesi di Fiume.
» » » Monsig. De Biasi Luigi, della diocesi di Treviso.
» » » Monsig. Noacco Davide, dell'arcidiocesi di Udine.
20 gennaio 1953. Monsig. D'Antrassi Marcello, della diocesi di Veroli.

Cameriere d'onore soprannumerario di Spada e Cappa di Sua Santità :

3 febbraio 1953. Il sig. Scacchi Casimiro, della diocesi di Como.

Capponano segreto d'onore di Sua Santità:

2 febbraio 1953. Monsig. Roselli Sante, della diocesi di Ruvo.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

10 aprile 1953. Al sig. Sacchetti dei Marchesi Don Giulio, Coadiutore del Foriere Maggiore dei SS. PP. AA.

La Plaeea dell'Ordine Piano :

6 marzo 1953. Al sig. Conte Moroni Federico (Roma).

La Commenda dell'Ordine Piano :

6 marzo 1953. Al sig. Conte Aluffi Pentini Massimo (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

9 marzo 1953. A S. E. il sig. Lara Bustamante Fernando, Ministro degli Esteri di Costarica.
30 » » A S. E. il sig. Uribe-Holguin Giovanni, Ministro degli Esteri della Colombia.
» » » A S. E. il sig. Andrade Luigi Ignazio, Ministro degli Interni della Colombia.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

12	gennaio	1953.	Al sig. Alarcon Falconi Roberto (Equatore).
7	marzo	»	Al sig. de Moura Altamir (Brasile).
20	»	»	Al sig. Estrada Monsalve Gesù, dell'arcidiocesi di Bogotá.
30	»	»	Al sig. de German Ribon Michele (Colombia).
31	»	»	Al sig. de Margerie Christian (Francia).
8	aprile		Al sig. Rives Lopez Giuseppe (Spagna).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

30	gennaio	1953.	Al sig. Millot Ruggero, dell'arcidiocesi di Parigi.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

12	luglio	1952.	Al sig. Giraudel-Mareille Elia, della diocesi di Périgueux.
27	»	»	Al sig. Lavai Edoardo, dell'arcidiocesi di Parigi.
17	settembre	»	Al sig. Cattand Giorgio, della medesima arcidiocesi.
27	novembre	»	Al sig. Dubly Enrico Luigi, della medesima arcidiocesi.
1	febbraio	1953.	Al sig. Doherty Francesco, dell'arcidiocesi di Los Angeles.
»		»	Al sig. Dougherty Francesco, della medesima arcidiocesi.
»			Al sig. Hickey Tommaso, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Me Cormick Paolo Giovanni, della medesima arcidiocesi.
2		»	Al sig. Solustri Emilio (Roma).
3	»	»	Al sig. Guidetti Pietro, dell'arcidiocesi di Firenze.
10	»	»	Al sig. Kripp Paolo, dell'amministrazione apostolica di Innsbruck.
16	»		Al sig. Antiliei Fernando (Roma).
»	»	»	Al sig. Lupi Pietro (Roma).
»	»	»	Al sig. Vastano Michele (Roma).
17		»	Al sig. Gilberti Pietro, della diocesi di Bergamo.
4	marzo	»	Al sig. Cartoni Remigio Arturo (Roma).
8	»	»	Al sig. Pietromarchi dei Conti Ruggero (Roma).
16	»	»	Al sig. Tessarolo Costantino (Roma).
25	»		Al sig. Bacchi Giuseppe, dell'arcidiocesi di Bologna.
30		»	Al sig. Restrepo del Corrai Edoardo (Colombia).
1	aprile	»	Al sig. Schneider Giuseppe, della diocesi di Basilea e Lugano.
»	»	»	Al sig. van Houtte Alberto, dell'arcidiocesi di Malines.
15		»	Al sig. Carraud Pietro (Francia).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

19	febbraio	1952	Al sig. Lazo Vincenzo, dell'arcidiocesi di Nuova Segovia.
»	»	»	Al sig. Rosario Costantino, della medesima arcidiocesi.
21	giugno	»	Al sig. De Nicolay Aymar, della diocesi di Le Mans.
7	luglio		Al sig. Chariot Emilio, della diocesi di Tulle.
11	»		Al sig. de la Vernette Filiberto, della diocesi di Autun.
12	»	»	Al sig. Hommell Antonio, della diocesi di Saint-Dié.
23	»		Al sig Lavagne Andrea, dell'arcidiocesi di Parigi.

30	luglio	1952.	Al sig. Magagli Roberto, della diocesi di Mzza.
18	agosto		Al sig. Cbirinos Giovanni Carlo, della diocesi di Viedma.
»	»	»	Al sig. Linares Emanuele, della medesima diocesi.
23		»	Al sig. Villepelet Leonzio Gervasio, dell'arcidiocesi di Bourges.
20	ottobre	»	Al sig. Swarowski Daniele, dell'amministrazione apostolica di Innsbruck.
10	novembre	»	Al sig. Scott Walter, dell'arcidiocesi di Cincinnati.
14	»	»	Al sig. Caby Giorgio, della diocesi di Lilla.
	»		Al sig. Caulliez Edoardo, della medesima diocesi.
»	»		Al sig. Decornet Francesco, della medesima diocesi.
	»		Al sig. Dewaele Maurizio, della medesima diocesi.
			Al ***Big.*** Duprez Enrico, della medesima diocesi.
»			Al sig. Duriez Luigi, della medesima diocesi.
	»		Al sig. Everard Luigi, della medesima diocesi.
	»	»	Al sig. Lefebvre Carlo, della medesima diocesi.
			Al sig. Michaux Paolo, della medesima diocesi.
			Al sig. Moreel Leone, della medesima diocesi.
»			Al sig. Salomé Iuvence, della medesima diocesi.
»		»	Al sig. Segard Andrea, della medesima diocesi.
		»	Al sig. Valenduc Gaston, della medesima diocesi.
		»	Al sig. Wattinne Enrico, della medesima diocesi.
		»	Al^ág. Gallon Giovanni, dell'arcidiocesi di Parigi.
9	dicembre		Al sig. Bogan Giovanni, della diocesi di Lincoln.
		»	Al sig. Dosek Edoardo, della medesima diocesi.
			Al sig. Geiger Guglielmo, della medesima diocesi.
	»	»	AI sig. Riley Dan, della medesima diocesi.
»		»	Al sig. Splain Guglielmo, della medesima diocesi.
21	febbraio	1953.	Al sig. Petraroli Biagio, dell'arcidiocesi di Genova.
16	»	»	Al sig. Costantini Ferdinando (Roma).
»	»	»	Al sig. Parisi Mario (Roma).
20	»	»	Al sig. Rossi Mario, dell'arcidiocesi di Milano.
26	»	»	Al sig. Lentini Lorenzo, della diocesi di Vallo di Lucania.
3	marzo	»	Al sig. Tarony Giusto, della diocesi di Alessandria.
16	»		Al sig. Pereyra Yraola Giuseppe, dell'arcidiocesi di Buenos Aires.
»	»	»	Al sig. Videla Escalada Federico Mcola, della medesima arcidiocesi.
23	»		Al sig. Sacchetto Giuseppe, della diocesi di Adria.

II Cavalierato dell'Oroline di san Gregorio Magno, classe militare :

26	febbraio	1953.	Al sig. Aprile Francesco Antonio, della diocesi di Vallo di Lucania.

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

13	marzo	1953.	A S. E. il sig. del Castillo Francesco (Spagna).
30	»	»	A S. E. il sig. Vasquez Carrizosa Alfredo (Colombia).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

11 luglio 1952. Al sig. Mohana Gabriele, dell'arcidiocesi di Santiago del Chile.
27 » » Al sig. Rollet Enrico, dell'arcidiocesi di Parigi.
18 ottobre » Al sig. Le Roy Giorgio, della medesima arcidiocesi.
10 novembre Al sig. Betti Flaminio, della diocesi di Arezzo.
» » » Al sig. Perrotta Agostino, della diocesi di Cariati;
27 » » Al sig. Lahure Augusto, dell'arcidiocesi di Parigi.
3 gennaio 1953. Al sig, Romanelli Egidio, della diocesi di Viterbo.
12 » Al sig. Mena Caamaño Alberto (Equatore).
21 » Al sig. Gargiulo Ugo, della diocesi di Oria.
29 » Al sig. Meloni Angelo, della diocesi di Penne-Pescara.
» » Al sig. Pistone Aristide, della medesima diocesi.
3 febbraio Al sig. Radici Antonio, dell'arcidiocesi di Milano.
6 » Al ¡sig. Bruno Oreste, della diocesi di Agrigento.
» Al sig. Casa Gerolamo, della medesima diocesi.
14 Al sig. Mazzi Vincenzo, dell'arcidiocesi di Siena.
20 Al sig. Schiavi Edoardo, della diocesi di Albenga.
» Al sig. Colini Mario (Roma).
24 Al sig. Muzio Gian Roberto, dell'arcidiocesi di Milano.
» Al sig. Rosei Carlo, della medesima arcidiocesi.
26 Al sig. De Ambroggi Antonio Mario della medesima arcidiocesi.
» Al sig. Barbato Vincenzo, della diocesi di Vallo di Lucania.
» » Al sig. D'Agosto Mattia, della medesima diocesi.
4 marzo Al sig. Jabre Antonio (Libano).
5 » Al sig. Smorlesi Gaetano, della diocesi di Macerata.
7 » Al sig. Uggetti Luigi, dell'arcidiocesi di Milano.
9 » Al sig. Bagnoli Leoniero (Roma).
11 » Al sig. Viola Ignazio, dell'arcidiocesi di Catania.
16 » Al sig. Grupallo Quinto, della diocesi di Biella.
20 » Al sig. Tarrazona Alfonso, dell'arcidiocesi di Bogota.
22 Al sig. Miglio Antonio, della diocesi di Fossano.
23 » Al sig. Brigo Amleto, della diocesi di Adria.
» Al sig. Fasola Felice, della diocesi di Novara.
» » Al sig. Negri Giacomo, della medesima diocesi.
24 » Al sig. Tosi Pierpaolo, della diocesi di Biella.
» Al sig. Beccuti Emilio Oreste, della diocesi di Casale Monferrato.
30 » Al sig. Torres Diaz Ernesto (Colombia).
8 aprile Al sig. Scarpellino Giuseppe (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa :

19 febbraio 1952. Al sig. Barcelón y Soriano Emiterio, dell'arcidiocesi di Nuova Segovia.
30 luglio » Al sig. Barrientos Diaz Pietro, dell'arcidiocesi di Santiago del Chile.

18 agosto 1952. Al sig. Dorrego Novoa Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
23 » Al sig. Plank Giovanni, dell'arcidiocesi di Vienna.
18 ottobre » Al sig. Bernard Gian Giacomo, dell'arcidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Brillant Maurizio, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Derenne Paolo, della medesima aricidiocesi.
10 novembre » Al sig. Cozzi Lepri Roberto, della diocesi di Chiusi e Pienza.
» » Al sig. De Marchi Carlo, della diocesi di Tortona.
» » » Al sig. Locatelli Rocco, della medesima diocesi.
27 » » Al sig. Protat Luigi, dell'arcidiocesi di Parigi.
14 dicembre » Al sig. Segura Giorgio, della diocesi di Zipaquirá.'
3 gennaio 1953. Al sig. Mari Fausto, della diocesi di Viterbo.
» » » Al sig. Signorili Giovanni, della medesima diocesi.
10 febbraio » Al sig. Garotízi Saverio, della diocesi di Verona.
14 » Al sig. Grassi Michele, della diocesi di Acireale.
16 » » Al sig. Jannetti Antonio (Roma).
26 » » Al sig. Sofia Antonio, della diocesi di Vallo di Lucania.
2 marzo » Al sig. Rege Moretto Ettore, della diocesi di Susa.
9 » Al sig. Sartorio Clemente, dell'arcidiocesi di Milano.
» » Al sig. Cupelloni Gino (Roma).
» » » Al sig. Scarafoni Giulio (Roma).
21 Al sig. Colnaghi Enrico, dell'arcidiocesi di Milano.
23 Al sig. Cerbara Amilcare (Roma).
» » Al sig. Orlandi Tálete (Roma).
» Al sig. Vigliano Mario (Roma).
24 » » Al sig. Baglio Garibaldi Giuseppe, dell'arcidiocesi di Lucca.
8 aprile Al sig. Arrostato Tommaso (Roma).

NECROLOGIO

25 novembre 1950. Monsig. Byrne Patrizio Giacomo, Vescovo tit. di Gazera, Delegato Apostolico in Corea.
10 marzo 1953. Monsig. Dubowski Ignazio, Arcivescovo tit. di Filippopoli di Arabia.
30 » Monsig. Vachon Alessandro, Arcivescovo di Ottawa.
12 aprile Monsig. Dignan Giovanni, Vescovo di Clonfert.
15 » Monsig. Kiley Mose Elia, Arcivescovo di Milwaukee.
18 » Monsig. Groen Giovanni, Vescovo tit. di Sbida, Vicario Apostolico di Bandjarmasin.
7 maggio » Monsig. Aragone Giovanni Francesco, Arcivescovo tit. di Melitene.
11 Monsig. Bini Francesco Saverio, Vescovo tit. di Vallis.
15 Monsig. García y García Antonio, Arcivescovo di Valladolid.
18 Monsig. Santa Luigi, Vescovo di Rimini.
25 Monsig. Canevá Cesare Antonio, Vescovo di Azul.

An. et vol. XXXXY 30 Maii 1953 (Ser. II, t. XX) - N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE SAPPORO
(SAPPORENSIS)

VICARIATUS APOSTOLICUS DE SAPPORO ELEVATUR AD DIOECESIS DIGNITATEM, SAPPORENSIS NOMINANDAE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Iis Christi verbis, quibus se ipse exhibet pastorem animorum, moti ac pulsi, Nos, qui divino quodam instinctu pascendi sui gregis munus accepimus, acerrimo usque studio id agimus ut oves quas Redemptor Noster suo sanguine abluit, « vitam habeant et abundantius habeant)) *(Io.* X, 10), atque Ecclesia sua sancta ad ultimas mundi plagas fines proferre possit. Quod unum in oculis animoque habentes, volentesque simul saeculari clero Iaponensi assidua opera in Vicariatu Apostolico de Sapporo christianae fidei semen serenti meritae laudis testimonium exhibere et animum addere ad novos labores, eundem Sapporensem Vicariatum ad dioecesis dignitatem elevandum censemus. Quod igitur S. Coetui Fidei Propagandae, post venerabilis Fratris Maximiliani de Furstenberg, Archiepiscopi titulo Palteni eiusdemque in Iaponia Apostolici Internuntii consilium auditum, visum fuerit sancientes, Nos dilecti quoque Filii Nostri eiusdem Sacrae Congregationis Praefecti explorata sententia, eorumque omnium quorum interest consensum supplentes, iis insuper

quae in animo consideranda essent mature perpensis, certa igitur scientia ac suprema quam in universam Ecclesiam accepimus auctoritate, ea quae sequuntur statuere decernimus.

Vicariatum Apostolicum de Sapporo in Iaponia, clero saeculari concreditum ad Dioecesis dignitatem extollimus, quem, ab urbe principe mutuato nomine, Sapporensem appellari volumus ac metropolitanae To-Mensi Ecclesiae suffraganeam constituimus. Novae igitur huius dioecesis pro tempore Praesul metropolitanae eiusdem Ecclesiae Archiepiscopi iuri obnoxius erit. Cuius Episcopus ipsam Sappore urbem suae Dioecesis sedem habebit, cathedra episcèpali in eiusdem urbis templo collocata, quod usque huc pro cathedrali habebatur. Huius novae Ecclesiae iura, onera, privilegia, obligationes eadem prorsus erunt ac ceterarum eiusdem dignitatis per orbem Ecclesiarum ; similiter eius Praesulibus pro tempore eadem prorsus compétent quae solent omnibus pari dignitate Antistitibus. Interea vero, quoadusque ob rerum adiuncta Collegium Canonicorum erigi nequeat, Consultores Dioecesani, ut dicuntur, eligantur, qui Episcopum adiuvare possint sive in sacris sollemni ritu peragendis, sive in muneribus sui officii obeundis. Praecipimus tamen ut Seminarium condatur, in quo pueri, qui ad Sacerdotii munus a Deo fuerint vocati, educi ac educari possint ad Christi praecepta. Quod vero ad mensam episcopalem spectat, iis bonis ea constituetur quae Vicariatui Apostolico de Sappore accedebant, vel etiam Curiae emolumentis, vel denique oblatis sive a S. Congregatione Fidei Propagandae sive a fidelibus christianis rebus et pecuniis. Regimen et administratio novae Dioecesis, electio Vicarii Capitularis seu Administratoris, iura et onera cleri atque populi, haec omnia Iuris Canonici praescriptis regantur. Ut autem omnia quae his Litteris praecipimus exsecutioni mandentur, eum eligimus qui quo tempore res conficietur Internuntiaturae in Iaponia praeerit, concessis ad hoc omnibus iuribus, quae poterunt etiam, si opus fuerit, cuidam viro subdelegari dummodo in ecclesiastica dignitate vel officio constituto. Eidem autem onus iniungimus peractae exsecutionis acta conficere eorumque fide dignum exemplum ad S. Congregationem Fidei propagandae quam primum transmittere.

Has vero Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere volumus atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter observari. Quod si super his a quolibet, quavis auctoritate, sciente vel ignorante aliquid contigerit attentari, id prorsus irritum et inane erit, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis vel locis, sive impressis sive manu exaratis, eadem pror-

sus tribuatur fides quae bisce ipsis haberetur ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione subscribantur et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti muniantur. Nemini vero iis quae per has Litteras a Nobis sunt statuta obsistere liceat. Quod si quis ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum Romae apud S. Petrum, die decima prima mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LKXXV, n. 11.

II

MANIZALENSIS ET DE CHOCO
(PEREIRANAE ET ARMENIENSIS)

A MANIZ ALEN SI DIOECESI ET A PRAEFECTURA APOSTOLICA DE CHOCÓ ALIQUA TERRITORIA SEPARANTUR EX QUIBUS DUO NOVAE DIOECESES EFFORMANTUR QUORUM NOMINA ((PEREIRANA)) ET ((ARMENIENSIS)).

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Leguntur saepissime superiorum aetatum supremi imperatores modo contracto rei bellicae intendendae causa exercitu hostes superasse, modo latissimo intervallo collocatis ordinibus. Quod Nos quoque peragere solemus, quibus est contra hostem veritatis pugnandum : sive enim, cum opus visum fuerit, dioeceses tollimus, sive novas condimus et fere serimus novis assignatis territoriis aliisque datis Pastoribus. Qua de re, cum spes augendae religionis in Columbiana Republica affulserit, oravit venerabilis Frater Antonius Saniore, Archiepiscopus titulo Ternobenus idemque in eadem Columbiana Republica Apostolicus Nuntius, ut velimus a Manizalensi dioecesi et Praefectura Apostolica de Chocó territoria quaedam separare et novas Ecclesias constituere. Cui consilio non abnuendum

esse videtur. Quapropter Nos, de sententia venerabilis Fratris Episcopi Manizalensis et dilecti Filii Praefecti Apostolici de Chocó ; eorum insuper quorum interest consensum supplentes; ac denique quae consideranda essent, mature mente revolutis, certaque propterea scientia agendarum rerum, de apostolicae plenitudine potestatis haec quae sequuntur decernimus.

Distractis per has Litteras e dioecesis Manizalensis territorio Vicariatibus foraneis qui vulgatis nominibus N. S. de la Valvanera, Apia, Anserma, Riosucio, Armenia, Calarcá, Filandia, cognominantur ; parte territorii paroeciarum vulgo Marsella, id est civili municipio eiusdem nominis, et S. Rosae de Cabal hoc est vicariatu paroeciali cui per volgus nomen Dos Quebradas; a territorio autem Praefecturae Apostolicae de Chocó iis quasi-paroeciis quibus indita nomina a vulgo : Pueblo Rico et S. Antonio de Chami, ex his omnibus duas dioeceses constituimus « Pereiranam » et « Armeniensem » appellandas. Pereirana dioecesis ex iis quae sequuntur territoriis constabit : ex paroeciis : Nuestra Señora de la Pobreza, N. S. de la Valvanera, Virginia, Viterbo, Apía, Santuario, Belén de Umbria, Mistrató, Anserma, Belalcázar, Guática cum suo paroeciali vicariatu a S. Clemente, Risaralda, S. José ea addita parte cui nomen La Libertad, Riosucio eiusque paroeciali vicariatu a S. Laurentio, Quinchía, Supia, Bonafont, Marmato ; ex vicariatibus paroecialibus : Arabia, Balboa et La Celia ; ex partibus paroeciarum Marsella et S. Rosae quas supra memoravimus; ex quasi paroeciis tandem quibus vulgo nomina indita sunt: Pueblo Rico et S. Antonio de Chami. Quae omnia territoria iisdem ac nunc finibus terminabuntur. Armeniensis vero dioecesis territoria erunt; paroeciae : ab Immaculata Conceptione B. M. V., a Sacratissimo Corde Iesu, a Montenigro, vulgo, La Tebaida, Calarcá, Córboba, Pijao, Genova ; vicariatus paroeciales : Barcelona et Buenavista, Filandia, Circasia, Quimbaya, Salento. Quae omnes regiones iisdem finibus claudentur ac usque modo fuere. Alterius dioecesis, Pereiranae scilicet, caput et sedes erit Pereira urbs, B. M. V. de la Pobreza templo ad cathedralis templi dignitatem evecto. Altera vero dioecesis, quae est Armeniensis, Armeniam ipsam urbem sedem habebit, cuius templum, B. M. V. Immaculatae honori conditum, episcopalem cathedram continebit. Ambas has dioeceses tanto ornatas decore ac dignitate honestas iisdem volumus honoribus, iuribus, privilegiis frui quibus gaudent ceterae per orbem Ecclesiae, iisdemque teneri oneribus et obligationibus quae reliquas dioeceses obstringunt. Quod etiam de eorum Praesulibus pro tempore dicendum est. Tum Pereiranam autem dioecesim tum Armeniensem suffraganeas Medellensi Archidioecesi constituimus; ac similiter

earum Praesules Metropolitae iuri subicimus. Censemus super haec ut in utraque Dioecesi Canonicorum Collegium constituatur, iuxta normas per aliud decretum edendas. Quoadusque vero Canonicorum Collegium ob rerum adiuncta constitui nequeat, eorum loco dioecesani Consultores deligantur, qui Episcopos in suis muneribus obeundis iuvare possint tum consilio tum opera. Mensam episcopalem, quam vocant, iis bonis constituent Episcopi quae sive a Reipublicae Columbianae Moderatoribus conventum est dari, sive a Curiae emolumentis proveniunt, sive fideles christiani offerunt. Quod attinet ad divisionem bonorum, servetur praescriptum canonis 1500 ; quod autem ad novarum dioecesium administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici electionem, cum sedes vacaverit, ad cleri populique iura et privilegia attinet, haec omnia Codice Iuris Canonici regantur. Pereirano et Armeniensi Ordinariis summopere curae sit saltem minus Seminarium in sua cuiusque dioecesi condere ad normas Iuris Canonici et iuxta regulas a S. Congregatione de Seminariis et Universitatibus studiorum statutas, ex quibus electi iuvenes ad ephebeum olim a Pontifice Maximo Pio IX pueris ex Americae meridionalis regionibus educendis conditum Romam mittantur. Attamen dum haec Seminaria erecta non fuerint, iisdem Ordinariis fas erit in Seminarium maius et minus Manizalense iuvenes mittere. Cum autem harum dioecesium erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur addicti in cuius territorio legitime degunt ; alumni vero qui in praesens in seminario Manizalensi instituuntur, sive sint clerici sive non sint, illi inscribantur Ecclesiae in cuius territorio legitimum habent domicilium. Documenta et acta, quae ad novas dioeceses earumque clericos, fideles et bona temporalia attinent, a Curiis Manizalensi et de Chocó ad Curias Pereiranam et Armeniensem pro sua cuiusque parte transmittantur.

Ut autem haec omnia quae his Litteris statuimus perficiantur venerabilem Fratrem quem supra memoravimus Antonium Samoré deligimus vel eum qui eo tempore quo haec decreta exsecutioni mandabuntur Columbianae Nuntiaturae praeerit, facta eis potestate iura subdelegandi, si opus fuerit, cuidam viro in ecclesiastica dignitate constituto. Eidem venerabili Fratri Antonio Samoré onus iniungimus peractae exsecutionis documenta conficere quorum exempla fide digna ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittenda curabit.

Has vero Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter servari volumus et decernimus. Quod si super his a quolibet, quavis auctoritate, sciente vel imprudente aliquid contigerit attentari,

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Doctor Melliflims « ultimus inter Patres, sed primis certe non impar »[1] talibus praestitit ingenii animique dotibus, quae caelestibus fuere a Deo ditatae muneribus, ut in variis ac nimio saepius turbolentis suae aetatis vicibus, sanctitate, sapientia prudentissimoque rerum gerendarum consilio dominari prorsus videretur. Quamobrem non modo a Summis Pontificibus et a Catholicae Ecclesiae scriptoribus, sed non raro ab haereticis etiam magnis honestatur laudibus. Itaque Decessor Noster fel. rec. Alexander III, cum eum laetantibus omnibus in album Sanctorum Caelitum rettulit, haec venerabundus scripsit: «... Reduximus ad memoriam nostram eiusdem beati viri sanctam ac venerabilem vitam: qualiter ipse singulari gratiae praerogativa suffultus, non solum in se ipso sanctitate ac religione praefulserit, sed etiam in universa Ecclesia Dei, fidei

[1] MABILLON, *Bernardi Opera,* Praef, generalis, n. 23; MIGNE, *PL,* CLXXXII, 26.

et doctrinae lumine radiarit. Fructum vero, quem in domo Domini et verbo operatus est et exemplo, nullus fere terminus sanctae christianitatis ignorat; cum usque ad exteras quoque et barbaras nationes sanctae religionis instituta transmiserit... et infinitam multitudinem peccatorum... ad spiritualis vitae rectitudinem revocarit».[2] «Ipse enim fuit — ut C. Bäronius scribit — vere apostolicus vir, imo verus Apostolus missus a Deo, potens opere et sermone, illustrans ubique et in omnibus suum apostolatum sequentibus signis, ut plane nihil minus habuerit a magnis Apostolis... dicendus... totius Ecclesiae Catholicae ornamentum simul ac fulcimentum».[3]

Ad haec summae laudis praeconia, quibus alia paene innumera addi possunt, mentem referimus Nostram, dum octavum occidit saeculum ex quo Sacri Ordinis Cistercensis restitutor et amplificatur ex hac mortali vita, quam tanto doctrinae lumine sanetitaéisque fulgore illustraverat, ad superas pio transitu evolavit. Ac libet admodum excelsa eius promerita ita mente repetere scribendoqüe proponere, ut non modo eius instituti sectatores, sed ii etiam omnes, quos quidquid verum est, quidquid pulchrum, quidquid sanctum summopere delectat, inde habeant ut ad praeclara eius sequenda virtutis exempla se excitatas sentiant.

Eius doctrina ex Sacrarum Litterarum Sanctorumque Patrum paginis, quas alta mente meditando nocturna versabat manu, versabat diurna, fere tota hausta fuit; non autem ex subtilibus dialecticorum ac philosophorum ratiocinationibus, quas non semel posthabere videtur.[4] Animadvertendum tamen est non eum humanam philosophiam respuere, quae veri nominis philosophia sit, quae nempe ad Deum conducat, ad recte vivendum ad christianamque sapientiam; sed eam potius, quae inani vaniloquentia fallacibusque cavillationum praesti-

[2] **Litt. Apost.** ***Contigit olim,*** **XV cal. febr. an.** 1174 **Anagniae d.**

[3] ***Annal.,*** **t. XII, a.** 1153, **p.** 385, **D-E; Romae, ex Typographia Vaticana, MDCVII.**

[4] **Cfr.** ***Serm. in festo SS. Apost. Petri et Pauli,*** **n.** 3; MIGNE, ***PL,*** **CLXXX11I,** 407; **et** ***Serm. III in festo Pentec,*** **n.** 5; MIGNE, ***PL,*** **CLXXXIII,** 332-**B.**

giis sibi sumat ad divina praefidenti ausu scandere, omniaque Dei arcana perscrutari; ita quidem ut — quod saepius eo etiam tempore eveniebat .— fidei integritatem violet et in haeresim misere prolabatur.

« Vides... — ipse scribit — quomodo [S. Paulus Apostolus[5]] fructum et utilitatem scientiae in modo sciendi constituit? Quid ergo dicit modus sciendi? quid? nisi ut scias quo ordine, quo studio, quo fine, quaeque nosse oporteat? Quo ordine; ut id prius, quod maturius ad salutem: quo studio; ut id ardentius, quod vehementius ad amorem: quo fine; ut non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad aedificationem tuam vel proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine tantum ut sciant; et turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt, ut sciantur ipsi; et turpis vanitas est... Et sunt item qui scire volunt ut scientiam suam vendant, verbi causa, pro pecunia, pro honoribus; et turpis quaestus est. Sed sunt quoque qui scire volunt, ut aedificent; et caritas est. Et item qui scire volunt, ut aedificentur; et prudentia est».[6]

Doctrinam autem, vel potius sapientiam, quam ipse sequitur vehementerque adamat, aptissime hisce'verbis describit: ((Est quippe spiritus sapientiae et intellectus, qui instar apis ceram portantis et mel, habet omnino et unde accendat lumen scientiae, et unde infundat saporem gratiae. Neuter ergo se osculum percepisse putet, sive qui veritatem intelligit, nec diligit; sive qui diligit, nec intellegit ».[7] «Quid faceret eruditio absque dilectione? Inflaret. Quid absque eruditione dilectio? Erraret».[8] « Est enim tantum lucere, vanum; tantum ardere parum; ardere et lucere perfectum ».[9] Unde autem vera germanaque doctrina oriatur, et quomodo cum caritate coniungatur oporteat, hisce verbis explanat: « Sapientia est Deus, et vult se amari non solum dulciter, sed et sapienter... Alioquin

[5] Cfr. *I Cor.,* VIII, 2.
[6] *In cantica,* serm. XXXVI, 3; MIGNE, *PL,* CLXXXIII, 968-0, D.
[7] Ibid., serm. VIII, 6; MIGNE, *PL,* OLXXXIII, 813-A, B.
[8] Ibid., serm. LXIX, 2; MIGNE, *PL,* OLXXXIII, 1113-A.
[9] *In Nat. 8. Ioan. Bapt.,* serm. 3; MIGNE, *PL,* CLXXXIII, 399-B.

facillime zelo tuo spiritus illudet erroris, si scientiam negligas; nec habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quam si efficere possit, ut in ea incaute, et non cum ratione ambuletur».[10]

Quibus ex verbis luculenter patet Bernardum id unum pervestigando contemplandoque quaesivisse, ut quos undique collegisset veritatis radios, eos amore potius, quam humanarum opinationum subtilitate permotus et actus, ad Summum converteret Verum; lucem ab eo mentibus impetrans, animis caritatis ignem, rectasque moderandis moribus normas. Haec est profecto vera sapientia, quae humana omnia transcendit, et quae omnia ad suum fontem, hoc est ad Deum reducit, ut ad eum convertat homines. Doctor nempe Mellifluus non ingenii sui acie confisus, per incertos maleque tutos ratiocinantis mentis anfractus lento molimine procedit, non laboriosis illis callidisque syììogismis innititur, quibus sui temporis dialectici non pauci saepenumero abutebantur, sed veluti aquila, quae oculis solem intueri conatur, volatu rapidissimo ad veritatis verticem contendit. Caritas enim, qua ipse agebatur, repagula nescit, ac veluti alas mentibus addit. Ei videlicet doctrina non meta ultima est, sed iter potius, quod ducit ad Deum; non frigida res est, in qua inaniter remoretur animus, quasi secum colludens fluctuantibus fulgoribus captus, sed amore movetur, impellitur, regitur. Quamobrem hac sapientia suffultus Bernardus, meditando, contemplando amandoque ad summum ascendit mysticae disciplinae apicem, et cum Deo ipso coniungitur, interdum paene infinita beatitate hac etiam in mortali vita perfruens.

Eius autem scribendi genus vivax, floridum, profluens ac sententiarum luminibus distinctum, tali suavitate dulcedineque perfunditur, ut legentium mentem alliciat, delectet, ad superna revocet; ut pietatem excitet, alat, conformet; **Ut** animum denique ad persequenda bona compellat, quae non caduca, non fluxa sint, sed vera, sed certa, sed perpetuo mansura. Hac de

[10] *In Cantica,* serm. XIX, 7; MIGNE, *PL,* OLXXXIII, 866-D.

causa eius scripta magno semper in honore fuere; atque ex iisdem paginas non paucas, caelestia redolentes, flagran temque spirantes pietatem, Ecclesia ipsa in sacram liturgiam induxit.[11] Videntur enim quasi Divini Spiritus afflatu alitae, ac tali lucis splendore coruscantes, qui numquam per saeculorum decursum restingui queat, cum ex scriptoris animo oriatur veritatem caritatemque sitientis, Ceterosque enutrire ad suique imaginem conformare exoptantis.[12]

Placet, Venerabiles Fratres, de hac mystica disciplina nonnullas pulcherrimas sententias ex eius libris in communem utilitatem referre: « Docuimus omnem animam, licet oneratam peccatis, vitiis irretitami, captam illecebris, exsilio captivam, corpore carceratam... licet, inquam, sic damnatam et sic desperatam; docuimus tamen hanc in sese posse advertere, non modo unde respirare in spem veniae, in spem misericordiae queat; sed etiam unde audeat aspirare ad nuptias Verbi, cum Deo unire foedus societatis non trepidet, suave amoris iugum cum Eege ducere angelorum non vereatur. Quid enim non tute audeat apud eum, cuius se insignem cernit imaginem, illustrem similitudinem novit? »[13] « Talis conformitas maritat animam Verbo, cum cui videlicet similis est per naturam, similem nihilominus ipsi se exhibet per voluntatem, diligens sicut dilecta est. Ergo si perfecte diligit, nupsit. Quid hac conformitate iucundius? quid optabilius caritate, qua fit, ut humano magisterio non contenta, per temet, o anima, fiducialiter accedas ad Verbum, Verbo constanter inhaereas, Verbum familiariter perconteris, consultesque de omni re, quantum intellectu capax, tantum audax desiderio? Vere spiritualis sanctiqUe connubii contractus est iste. Parum dixi, contractus: complexus est. Complexus plane, ubi idem velle, et nolle idem, unum facit spiritum de duobus. Nec verendum ne disparitas

[11] Cfr. *Brev. Rom.* in festo SS. Nom. Iesu; die III infra octavam Concept, immac. B. M. V.; in octava Assumpt. B. M. V.; in festo septem Dolor. B. M. V.; in festo sacrat. Rosarii B. M. V.; in festo S. Iosephi Sp. B. M. V.; in festo S. Gabrielis Aren.

[12] Cfr. FÉNELON, *Panégyrique de St. Bernard.*

[13] *In Cantica,* serm. LXXXIII, 1; MIGNB, *PL,* CLXXXIII, 1181-C, D.

personarum claudicare in aliquo faciat convenientiam voluntatum, quia amor reverentiam nescit. Ab amando quippe amor, non ab honorando denominatur... Amor sibi abundat, amor ubi venerit, ceteros in se omnes traduci t et captivât affectus. Propterea qui amat, amat, et aliud novit nihil)).[14]

Postquam vero animadvertit Deum magis potiusque velle ab hominibus amari, quam timeri et honorari, haec acute sagaciterque adiungit: « Is [amor] per se sufficit, is per se placet et propter se. Ipse meritum, ipse praemium est sibi. Amor praeter se non requirit causam, non fructum. Fructus eius, usus eius. Amo quia amo; amo ut amem. Magna res amor, si tamen ad suum recurrat principium, si suae origini reditus, si refusus suo fonti, semper ex eo sumat unde iugiter fluat. Solus est amor ex omnibus animae motibus, sensibus, atque affectibus in quo*potest creatura, etsi non ex aequo, respondere Auctori, vel de simili mutuam reddere vicem ».[15]

Divinum hunc amorem, quo cum Deo iungi possumus arctissime, cum ipse saepenumero contemplando precandoque expertus fuerit, eius ex animo haec erumpunt incitata verba: **a** Felix [anima], quae meruit praeveniri in tantae benedictione dulcedinis! Felix, cui tantum felicitatis complexum experiri donatum est! Quod non est aliud, quam amor sanctus et castus, suavis et dulcis; amor tantae serenitatis, quantae et sinceritatis; amor mutuus, intimus, validusque, qui non in carne una, sed uno plane in spiritu duos iungat, duos faciat iam non duos, sed unum, Paulo dicente:[16] " Qui adhaeret Deo, unus spiritus est" ».[17]

Haec excelsa Claravallensis Doctoris de re mystica doctrina, quae humana omnia desideria exsüperat atque explere potest, videtur interdum hac nostra aetate vel neglegi ac posthaberi, vel in oblivionem venisse multorum; qui quidem, cotidianis curis negotiisque distenti, nihil aliud quaerunt atque exoptant, nisi

[14] **Ibid., 3;** MIGNE, ***PL,*** **CLXXXIII, 1182-C, D.**

[15] **Ibid., 4-** MIGNE, ***PL,*** **CLXXXIII, 1183-B.**

[16] **Cfr.** ***I Cor.,*** **VI, 17.**

[17] ***In Cantica,*** **serm. LXXXIII, 6;** MIGNE, ***PL,*** **CLXXXIII, 1184-C.**

quod utile aç frugiferum mortali huic vitae sit; ac fere numquam oculos mentemque ad Caelum erigunt; fere numquam ad superna aspirant, non peritura bona.

Atqui, etsi non omnes possunt divinae illius contemplationis verticem attingere, de qua Bernardus elatis sententiis elatisque verbis loquitur, etsi non omnes queunt tam intime se cum Deo coniungere, ut arcano quodam modo caelestis connubii vinculis cum Summo Bono se copulatos sentiant; omnes tamen possunt ac debent ex terrenis hisce rebus ad caelestia identidem relevare animum, ac Supremum omnium Largitorem munerum actuosissima voluntate adamare.

Quapropter, dum hodie plurimorum in animis caritas erga Deum vel pedetemptim defervescit, vel non raro etiam est omnino restincta, haec Melliflui Doctoris scripta intenta mente meditanda esse putamus; ex eorum enim sententiis, quae ceteroquin ex Evangelio profluunt, cum in privatam uniuscuiusque vitam, tum in publicam etiam hominum consortionem nova sUpernaque vis permanare potest, quae civium mores regat christianisque praeceptis conformet; atque adeo tot tantisque malis, quibus turbatur ac connectatur societas, opportuna remedia praebere possit. Cum enim homines Auctorem suum, ex quo omnia, quaecumque habent, oriuntur, ut oportet non diligunt, tum neque ipsi inter se amant; quin immo — Ut saepius evenit — odio simultateque ab se invicem disiunguntur, ac sibi mutuo acriterque adversantur. Deus autem Pater est amantissimus omnium nostrum; nosque fratres in Christo sumus, quos ipse sacro suo profuso sanguine redemit. Quotiescumque igitur Deum amantem non redamamus, eiusque divinam paternitatem reverentes non agnoscimus, fraterni quoque amoris vincula misere dilacerantur; atque — ut interdum proh dolor videre est — discordiae, contentiones, inimicitiaeque infeliciter erumpunt; quae quidem eo etiam procedere possunt, ut ipsa humanae communitatis fundamenta subruant atque subvertant.

Oportet igitur hanc divinam caritatem, qua Claravallensis

Doctor tam vehementer exarsit, omnium animis restituere, si volumus ut christiani ubique refloreant mores, ut catholica religio frugifere suum munus explere possit, utque sedatis dissidiis compositisque iustitia aequitateque rebus omnibus, serena pax fatigato et anxio humano generi affulgeat.

Hac caritate, qua cum Deo semper impensissimeque iungamtir necesse est, ii potissimum ferveant, qui Melliflui Doctoris institutum amplexi sunt, itemque omnes e cleri ordine, quibus peculiare officium est ad divinum refovendum amorem cohortari atque excitare ceteros. Quo quidem divino amore — ut diximus — nostris hisce temporibus, si unquam alias, tantopere indigent cives, indiget domesticus convictus, universa indiget hominum societas. Eo enim flagrante, atque impellente animos ad Deum, supremam mortalium metam, ceterae vigescunt virtutes; dum contra, eo remisso, vel restincto, tranquillitas, pax, gaudium ceteraque omnia veri nominis bona sensim remittunt, vel omnino restinguuntur, utpote quae ab eo profluant, qui « caritas est ».[18]

De hac divina caritate nemo fortasse tam praeclare, tam alte, tam vehementer, quam Bernardus, locutus est. « Causa diligendi Deum — ita ipse — Deus est; modus, sine modo diligere».[19] «Ubi autem amor est, labor non est, sed sapor».[20] Quod quidem se iam expertum esse fatetur, cum scribit: « O amor sanctus et castus! o dulcis et suavis affectio!... eo suavior et dulcior, quo totum divinum est quod sentitur. Sic affici, deificari est».[21] Atque alibi: ((Bonum mihi, Domine, in tribulatione magis amplecti te, in camino habere te mecum, quam esse sine te vel in Caelo».[22] Cum autem ad summam perfectamque caritatem pervenit, qua cum ipso Deo intimo connubio copulatur, tum tali laetitia, tali pace fruitur, quali nulla alia maior esse potest : « O verae quietis locus... in quo

[18] I IOAN., IV, 8.
[19] *De diligendo Deo,* c. I; MIGNE, *PL,* CLXXXII, 974-A.
[20] *In Cantica,* serm. LXXXV, 8; MIGNE, *PL,* CLXXXIII, 1191-D.
[21] *De diligendo Deo,* c. X, 28; MIGNE, *PL,* CLXXXII, 991-A.
[22] *In Ps. CLXXXX,* serm. XVII, 4; MIGNE, *PL,* CLXXXIII, 252-C.

Deus non quasi turbatus ira, nec velut disten tus cura prospicitur; sed probatur voluntas eius in eo bona, et beneplacens, et perfecta. Visio ista non ferret, sed mulcet; inquietam curiositatem non excitat, sed sedat; nec fatigat sensus, sed tranquillat. Hic vere quiescitur. Tranquillus Deus tranquillat omnia; et quietum aspicere, quiescere est».[23]

Verumtamen haec perfecta quies non mors animi est, sed vita vera. « Magis... istiusmodi vitalis vigilque sopor sensum interiorem illuminat et, morte propulsata, vitam tribuit sempiternam. Revera enim dormitio est, quae tamen sensum non sopiat, sed ab ducat. Est et mors — quod non dubius dixerim — quoniam Apostolus quosdam in carne adhuc viventes commendando, sic loquitur:[24] "Mortui estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo" ».[25]

Haec perfecta quies animi, qua amanti Deo redamantes fruimur, et qua nos nostraque omnia ad eum convertimus ac dirigimus, non ad socordiam, non ad ignaviam, non ad inertiam nos reducit, sed ad impigram, sollertem, actuosamque navitatem; qua quidem et nostram salutem, et ceterorum etiam, divina aspirante gratia, procurare contendamus. Excelsa enim eiusmodi contemplatio ac meditatio, quae divino amore agitur atque impellitur, « regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat et ordinat, postremo divinarum pariter et humanarum rerum scientiam confert. Haec est, quae confusa disterminat, hiantia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestigat, veri similia examinat, ficta et fucata explorât. Haec est, quae agenda praeordinat, acta recogitat, ut nihil in mente resideat aut incorrectum, aut correctione egens. Haec est, quae in prosperis adversa praesentia, in adversis quasi non sentit; quorum alterum fortitudinis, alterum prudentiae est ».[26]

Ac revera, quamvis in altissima suavissimaque eiusmodi

[23] *In Cantica,* **serm.** XXIII, 16- MIGNE, *PL,* CLXXXIII, 893-A, B.

[24] *Coloss.,* III, 3.

[25] *In Cantica,* **serm.** LII, 3; MIGNE, *PL,* CLXXXIII, 1031-A.

[26] *De Consid.* I, e. 7; MIGNE, CLXXXII, *PL,* 737-A, B.

meditatione contemplationeque defixum se esse percupiat, quae divino spiritu alatur, Claravallensis tamen Doctor cellae suae, quae ((continuata dulcescit»[27] non concluditur parietibus, sed ubicumque Dei Ecclesiaeque agitur causa, consilio, voce et opera promptissimus adest. Asseverabat enim non « cuiquam sibi, sed omnibus esse vivendum».[28] Ac praeterea haec de se de suisque scribebat: «*Sic et fratribus nostris, inter quos vivimus, ipso iure fraternitatis et societatis humanae consilii sumus et auxilii debitores ».[29] Cum vero religionem sanctissimam in discrimen adductam, vel vexationibus turbatam maerenti animo videbat, nullis parcebat laboribus, nullis itineribus, nullisque curis ut eam strenue defenderet ac pro facultate iuvaret. « Nulla, ... quae Dei esse constiterit — ita ipse — a me duco aliena».[30] Atque ad Ludovicum Francorum Regem haec animose scribit : « Nos, Ecclesiae filii, matris iniurias, contemptum et conculcationem omnino dissimulare non possumus... Profecto stabimus et pugnabimus usque ad mortem, si ita oportuerit, pro matre nostra, armis quibus licet; non scutis et gladiis, sed precibus fletibusque ad Deum».[31] Ad Petrum vero Abbatem Cluniacensem : « Et glorior in tribulationibus, si quas dignus habitus sum pro Ecclesia pati. Haec plane gloria mea et exaltans caput meum, Ecclesiae triumphus. Nam si socii fuimus laboris, erimus et consolationis. Collaborandum fuit et compatiendum matri... ».[32]

Cum autem mysticum Iesu Christi corpus tam infesto turbaretur schismate, ut boni etiam hinc inde aestuarent animo, ipse in componendis dissidiis et in redintegranda feliciter animorum unitate totus fuit. Cum Principes, terreni dominii ambitu, formidolosis disiungerentur discordiis, ex quibus magna proficisci possent in populos detrimenta, ipse sequester pacis

[27] *De imit. Ch.*, I, 20, 5.
[28] *In Cantica*, serm. XLI, 6; MIGNE, *PL*, CLXXXIII, 987-B.
[29] *De Adventu D.*, serm. III, 5; MIGNE, *PL*, CLXXXIII, 45-D.
[30] *Epist. 20* (ad Card. Haimericum) ; MIGNE, *PL*, CLXXXII, 123-B.
[31] *Epist. 221*, 3- MIGNE. *PL*, CLXXXII, 386-D, 387-A.
[32] *Epist*, *m*, 1; MIGNE, *PL*, CLXXXII, 304-C. 305-A.

mutuaeque exstitit concordiae conciliatur. Cum denique sacra Palaestinae loca, quae Divinus Redemptor suo sacravit sanguine, summo in discrimine essent, atque externis copiis infense premerentur, ex Pontificis Summi mandato àd novam suscipiendam expeditionem Cruce signatorum elata voce elatioreque caritate christianos Principes ac populos excitavit; quod quidem, si felicem non obtinuit exitum, procul dubio non ei culpae tribuendum est.

Et cum potissimum catholicae fidei ac morum integritas, a maioribus quasi sacra hereditate tradita, Abaelardi praesertim, Arnaldi a Brixia ac Gilberti Porretani opera, detrimentosum in periculum adduceretur, tum et scriptis editis sapientissimis, et laboriosis factis itineribus, omnia, quaecumque divina suffultus gratia potuit, conatus est, ut errores profligarentur ac damnarentur, utque errantes, pro facultate, ad rectam viam ad frugemque bonam re vocarentur.

Hac autem in re, cum probe nosceret non tam doctorum sapientiam valere, quam Romani praesertim Pontificis auctoritatem, hanc eandem auctoritatem interponendam curavit, quam in dirimendis eiusmodi quaestionibus et summam agnoscebat et omnino falli nesciam. Siquidem Decessori Nostro beatae memoriae Eugenio III, qui olim disciplinae suae alumnus fuerat, haec scribit, quae suam erga eum caritatem reverentiamque impensissimam sapiunt, cum ea animi libertate coniunctam, quae Sanctos addecet: « Amor dominum nescit, agnoscit filium et in infulis... Monebo te proinde non ut magister, sed ut mater; plane ut amans».[33] Ac deinde vehementibus hisce verbis eum appellat: « Quis es? Sacerdos magnus, Summus Pontifex. Tu princeps Episcoporum, tu heres Apostolorum... potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claves traditae, cui oves creditae sunt. Sunt quidem et alii Caeli ianitores, et gregum pastores; sed tu tanto gloriosius, quanto et differentius utrumque prae ceteris nomen her edit asti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos: tibi universi crediti, uni unus.

[33] *De Consid.,* **Prolog.;** MIGWB, *PL,* CLXXXII, 727-A, 728-A, B.

Nec modo ovium, sed et pastorum tu unus omnium pastor ».[34] Et rursus : « Orbe exeundum ei, qui forte volet explorare quae non ad tuam pertinent curam ».[35]

Inerráns autem Romani Pontificis magisterium, cum de rebus rationibusque fidei ac morum agitur, plane luculenterque agnoscit. Etenim Abaelardi errores animadvertens, qui « cum de Trinitate loquitur, sapit Arium; cum de gratia, sapit Pelagium; cum de persona Christi, sapit Nestorium » ;[36] «qui... ponit in Trinitate gradus, in maiestate modos, numeros in aeternitate » ;[37] et in quo « omnia usurpât sibi humanum ingenium, fidei nil reservans » ;[38] non modo subtiles, contortulas ac fallaces eius praestigias captionesqüe discutit, diluit, ac refellit, sed etiam ad Decessorem Nostrum imm. mem. Innocentium II de causa huius generis gravissima haec scribit: «Oportet ad vestrum referri apostolatum pericula quaeque... ea praesertim, quae de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum resarciri damna fidei, ubi non possit fides sentire defectum. Haec quippe huius praerogativa Sedis... Tempus est ut vestrum agnoscatis, Pater amantissime, principatum... In eo plane Petri impletis vicem, cuius tenetis et Sedem, si vestra admonitione corda in fide fluctuantia confirmatis, si vestra auctoritate contentis fidei corruptores ».[39]

Unde autem hic humilis monachus, qui paene nullis humanis opibus pollebat, vim haurire potuerit, qua difficultates etsi arduas vincerei, quaestiones implicatissimas resolveret, et impeditissimas causas dirimeret, tum solummodo intellegi potest, .cum excelsa illa consideratur, qua fulgebat, vitae sanctimonia, cum impenso veritatis studio coniuncta. Flagrantissima praesertim caritate aestuabat, ut diximus, erga Deum, erga

[34] Ibid., II, c. *8;* MIGNE, *PL,* CLXXXII, 751-0, D.
[35] Ibid., III, c. 1; MIGNE, *PL,* CLXXXII, 757-B.
[36] *Epist. 192;* MIGNE, *PL,* CLXXXII, 358-D, 359-A.
[37] *De error. Abaelardi,* I, *2;* MIGNE, *PL,* CLXXXII, 1056-A.
[38] *Epist. 188;* MIGNE, *PL,* CLXXXII, 353-A, B.
[39] *De error, Abaelardi,* Praef.; MIGNE, *PL,* CLXXXII. 1053, 1054-D.

proximos, quae quidem, ut nostis, Venerabiles Fratres, totius Evangelii praecipuum ac quasi compendiarium praeceptum est; ita quidem ut non modo cum caelesti Patre mystico ac perenni vinculo copularetur, sed etiam nihil magis optaret, quam homines lucrari Christo, sanctissima Ecclesiae iura tueri, ac catholicae fidei integritatem strenuo pectore defendere.

In tanta autem, qua florebat, apud Summos Pontifices, apud Principes et apud populos gratia aestimationeque, non efferebatur animo, non fluxam inanemque hominum captabat gloriam, sed ea semper renidebat christiana humilitate, quae « virtutes alias accipit... servat acceptas... servatas consummat » ;[40] ita « ut absque ista... nec esse virtutes videantur ».[41] Quamobrem ((non sollicitavit animam eius honor oblatus, nec motus est pes eius ut inclinaret se ad gloriam; nec magis eum delectabat tiara et annulus, quam rastrum et sarculus ».[42] Ac dum tot tantosque in Dei gloriam christianique nominis profectum exantlabat labores, se esse profitebatur « servorum Dei inutilem servum »,[43] « vilem vermiculum »,[44] «arborem sterilem »,[45] « peccatorem, cinerem ... ».[46] Quam quidem christianam humilitatem ceterasque virtutes adsidua alebat caelestium rerum contemplatio; aiebant incensae ad Deum admotae preces, quibus et sibi suisque inceptis atque operibus supernam conciliabat gratiam.

Peculiarissimo modo in Iesum Christum, Divinum Redemptorem, tam vehementi ferebatur amore, ut eo permotus atque excitatus pulcherrimas elatasque exararet paginas, quae omnibus adhuc admirationi sunt, omniumque legentium pietatem refovent. ((Quid aeque mentem cogitantis impinguat... virtutes roborat, vegetat mores bonos atque honestos, castas fovet af-

[40] *De moribus et off. Episc,* **seu** *Epist. Iß,* **5, IT ;** MIGNE, *PL,* **CLXXXII, 821-A.**

[41] **Ibid.**

[42] *Vita Prima,* **II, 25;** MIGNE, *PL,* **CLXXXV, 283-B.**

[43] *Epist. 87;* MIGNE, *PL,* **CLXXXII, 143 B.**

[44] *Epist. 215;* MIGNE, *PL,* **CLXXXII, 379-B.**

[45] *Vita Prima,* **V. 12;** MIGNE, *PL,* **CLXXXV, 358-D.**

[46] *In Cantica,* **serm. LXXI, 5 ;** MIGNE, *PL,* **CLXXXIII, 1123-D.**

fectiones? Aridus est omnis animae cibus, si non oleo isto infunditur; insipidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum. Si disputes aut conféras, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Sed est et medicina. Tristatur aliquis vestrum? Veniat in cor Iesus, et inde saliat in os; et ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, redit serenimi. Labitur quis in crimen? currit insuper ad laqueum mortis desperando? Nonne si invocet nomen vitae, confestim respirabit ad vitam?... Cui, in periculis palpitanti et trepidanti, invocatum virtutis nomen non statim fiduciam praestitit, depulit metum?... Nihil ita irae impetum cohibet, superbiae tumorem sedat, sanat livoris vulnus... ».[47]

Cui quidem in Iesum Christum incensae caritati tenerrima ac suavissima iungebatur pietas erga excelsam eius Genetricem, quam utpote amantissimam matrem redamabat et colebat impense. Potentissimo eius patrocinio ita confidebat, ut haec scribere non dubitaret: « Nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariae manus non transiret».[48] Itemque: « Sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam ».[49]

Ac placet heic, Venerabiles Pratres, illam meditationi omnium proponere paginam, qua fortasse de Deiparae Virginis laudibus nulla pulchrior habetur, nulla vehementior, nulla ad excitandum in eam amorem nostrum aptior, neque utilior ad refovendam pietatem et ad eius persequenda virtutum exempla: «...Maris stella dicitur, et Matri Virgini valde,convenienter aptatur. Ipsa namque aptissime sideri comparatur; quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium, sic absque sui laesione Virgo parturit Filium. Nec sideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius radius universum orbem, illuminat, cuius splendor et praefulget in supernis, et inferos penetrat... Ipsa, inquam, est praeclara et eximia stella,

[47] *In Cantica,* serm. XV, 6; MIGNE, *PL,* CLXXXIII, 846-D, 847-A, B.
[48] *In vigil. Nat. Domini,* serm. III, 10; MIGNE, *PL,* CLXXXIII, 100-A.
[49] *Serm. in Nat. Mariae,* 7; MIGNE, *PL,* CLXXXIII, 441-B.

super hoc mare magnum et spatiosum necessario sublevata, micans meritis, illustrans exemplis. Ö quisquis te intelligis in huius saeculi profluvio magis inter procellas et tempestates fluctuare, quam per terram ambulare; ne avertas oculos a fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum; respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiae undis, si ambitionis, si detractionis, si aemulationis : respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra navicülam concusserit mentis: respice ad Mariam. Si criminis humanitate turbatus, conscientiae foeditate confusus, iudicii horrore perterritus, baratro incipias absorberi tristitiae, desperationis abysso: cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat a corde; et ut impetres eius orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum. Ipsam sequens, non devias; ipsam rogans, non desperas; ipsam cogitans, non erras. Ipsa tenente non corruis; ipsa protegente non metuis; ipsa duce non fatigaris; ipsa propitia pervenis... ».[50]

Putamus autem nullo meliore modo Nos posse Encyclicis hisce Litteris finem facere, quam sì Melliflui Doctoris verbis invitemus omnes ad pietatem impensiore cotidie studio excitandam erga almam Dei Genetricem, itemque ad excelsas^eius virtutes pro peculiari cuiusque suae vitae condicione actuosissime mutandas. Si saeculo vertente duodecimo gravia incumbebant pericula in Ecclesiam in humanamque societatem, haud minora certo discrimina impendent in aetatem hanc nostram. Catholica fides, ex qua suprema oriuntur hominibus solacia, haud raro languescit in animis, ac vel etiam in nonnullis regionibus nationibusque publice impugnatur acerrime. Christiana autem religione vel neglecta, vel hostiliter eversa, cernere proh dolor est privatos publicosque mores a recta deerrare via, atque interdum etiam per errorum anfractus ad vitia misere prolabi.

[50] *Horn. II* super «Missus est», 17; MIGNE, *PL,* CLXXXIII, 70-B, C, D, 71-A.

In caritatis locum, quae perfectionis, concordiae ac pacis vinculum est, odia, simultates, discordiae sufficiuntur.

Inquietum aliquid, anxium, ac trepidum incedit animos hominum; pertimescitür nempe ne, si lux Evangelii multorum in mentibus pedetemptim remittat atque elanguescat, vel — quod deterius est — si ab iisdem respuatur prorsus, ipsa civilis ac domesticae consortionis fundamenta labent; atque ,adeo peiora usque et infeliciora tempora emergant. /

Quemadmodum igitur Claravallensis Docto:^ Deipara Virgine Maria opem petiit et obtinuit turbolentae aetati suae, ita nos omnes eadem impensissima pietate supplicationeque a Divina Matre nostra contendamus ut gravibus hisce malis, quae iam ingrüunt, vel timentur, opportuna impetret a Deo remedia; detque, divino auxilio, benigna ac potentissima ut sincera, solida, ac frugifera pax Ecclesiae, populis, gentibus tandem aliquando affulgeat.

Hi sunto uberes salutaresque fructus, quos, auspice Bernardo, saeculares piissimi eius obitus celebrationes afferant; hoc supplicando una Nobiscum deprecentur omnes, dum Mellifiui Doctoris exempla intuentes meditantesque sanctissimis eius vestigiis studiose alacriterque insistere enitantur.

Quorum salutarium fructuum conciliatrix esto Apostolica Benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres, gregibus unicuique vestrum concreditis, atque iis peculiari modo, qui S. Bernardi institutum amplexi sunt, effusa caritate impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxiv mensis Maii, in festo Pentecostes, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

POPAYANENSIS - CALIENSIS
(PALMIRANAE)

A POPAYANENSI ARCHIDIOECESI ET A CALIENSI DIOECESI QUAEDAM SEPARANTUß OPPIDA, QUAE IN NOVAM REDIGUNTUR DIOECESIM, PAI/MIRANAM APPELLANDAM.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romanorum partes Pontificum has praecipue esse existimamus, ut nimirum evangelicae lucem veritatis magis magisque omnibus afferendas curent hominibus, quos Christus Iesus « de tenebris vocavit in admirabile lumen suum » ; (I *Pt.* 2, 9) ; quapropter Nos, qui in Petri Cathedra omnium saluti praesidemus, valde animo laetamur cum, Dei favente gratia, Ecclesias vel condere possumus vel etiam novare, ut rei christianae commodius prospiciatur. Qua de re, admodum Nobis laudandae preces, quas venerabilis Frater Antonius Samoré, Archiepiscopus titulo Ternobenus et in Columbiana Republica Apostolicus Nuntius ac venerabiles Fratres Didacus Maria Gómez Tamayo, Archiepiscopus Popayanensis, et Julius Caicedo, Caliensis Episcopus huic Sanctae Sedi admoverunt ut nova erigeretur dioecesis, post aliquot distractas partes ex archidioecesi Popayanensi atque e dioecesi Caliensi. Consensum eorum omnium supplentes, quorum quoquo modo intersit, de plenitudine apostolicae Nostrae potestatis, quam a summo Deo accepimus, haec quae sequuntur consulto et cogitata decernimus atque statuimus. A Popayanensi archidioecesi haec oppida separamus, quibus vulgo sunt nomina : Florida, Candelaria, Pradera, Palmira, Cerrito, Guacarí et Ginebra; ea autem a Caliensi dioecesi dividimus quae vocant : Buga, San Pedro, Tuluá, Andalucía, Bugalagrande, Sevilla, Caicedonia. Haec sane loca, quae dextra flumen Cauca civilem provinciam « Valle » nuncupatam constituunt, in unum veluti cogentes, novam erigimus dioecesim quam Palmiranam appellandam volumus. Huius novae dioecesis episcopalem sedem in urbe statuimus cui nomen Palmira, quam igitur in civitatis episcopalis gradum, ad iuris communis normam, perducimus. Episcopi vero cathedram

in templo collocari iubemus Deiparae Virgini dicato a Sacro Rosario, cui propterea tribuimus iura et privilegia, onera et obligationes quae ceterarum cathedralium aedium sunt propria. Haec igitur Palmirana Ecclesia eiusque Praesules iisdem iuribus, privilegiis atque honoribus fruentur, quibus omnes ornantur per terrarum orbem Ecclesiae eorumque Antistites; item iisdem oneribus et obligationibus obstringentur. Hanc praeterea Palmiranam Sedem suffraganeam esse volumus metropolitanae Ecclesiae Popayanensi, cuius Metropolitis Archiepiscopis pro tempore Palmirani Episcopi recto iure subicientur. Quoadusque autem, ob rerum difficultates, Canonicorum Collegium constitui nequeat, facultatem facimus ut, ad Iuris Canonici praescripta, dioecesani consultores eorum loco renuntientur, qui Episcopum adiuvent in moderandis dioecesis negotiis.

Episcopalem mensam, quam vocant, constituent sive bona quae e partitione bonorum mensarum Popayanensis et Caliensis, pro rata parte, novae obveniunt dioecesi, sive Curiae pecuniae ac bona, si quae sint, sive a fidelibus oblatae res ; quod vero spectat ad bonorum divisionem, serventur iussa canone 1500 Iuris Canonici descripta. Quod autem attinet ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad iuvenum institutionem qui in spem Ecclesiae succrescunt, ad fidelium et clericorum iura et onera aliaque huiusmodi servanda, ea iussa praecipimus quae Iure Canonico describuntur. Quod vero ad clerum nominatim spectat decernimus ut simulac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius finibus legitime degunt. Volumus denique ut omnia documenta atque acta, quae ad novam Palmiranam dioecesim respiciunt, a Curiis Popayanensi et Caliensi quam cito mittantur ad eiusdem novae dioecesis Cancellariam. Quae omnia ita decernimus et constituimus ut optimo polleant iure, contrariis quibuslibet non obstantibus. Ut autem ea quae Nostris his Litteris iubemus efficiantur, venerabilem quem diximus Fratrem Antonium Samoré deligimus, vel eum qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, Columbianae praeerit Nuntiaturae ; cui propterea omnes necessarias ad id potestates facimus, quae cuilibet viro subdelegari poterunt, qui tamen in sacro sacerdotio obtinuerit dignitatem. Iubemus praeterea ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittet.

Has vero Litteras firmas, validas et efficaces nunc et in posterum esse, suamque vim et effectum obtinere volumus ac praecepta, quae iisdem describuntur, ab omnibus ad quos spectant fideliter servari decernimus.

Quod si quid adversus ea, quae hisce Litteris statuimus, a quolibet, quavis auctoritate, vel sciente vel imprudente, attentatum fuerit, id irritum sane et inane erit, contrariis quibusvis non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras obrogamus. Nemo pariter Nostris hisce iussis obsistat ; quod si quis id temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum. Volumus denique ut harum Litterarum exempla vel loci, sive impressa sive manu exarata, eandem plane mereantur fidem, quae hisce ipsis tribueretur ostensis ; dummodo tamen ab aliquo publico tabellione sint subscripta et sigillo viri munita, qui sacerdotali aliqua dignitate fruatur.

Datum Romae apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost,*

Loco i) Plumbi
Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXV, n. 26.

II

NEO-PAMPILONENSIS
(BUMANGUENSIS)

EX TERRITORIO DIOECESIS NEO-PAMPILONENSI S QUAEDAM PARS DISTRAHITUR EX QUA NOVA EFFICITUR DIOECESIS, ((BUMANGUENSI S)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum sit latior dioecesis tamquam nimiae magnitudinis ager unius tantum labore excolendus, praestat saepissime eius fines minuere, sive augendae religioni sive intendendi laboris causa. Quandoquidem igitur Neo-Pampilonensis Ecclesia christianae vitae laude florescit, ideo censuimus recte Nos esse facturos, si precibus venerabilis Fratris Antonii Samoré, Archiepiscopi titulo Ternobeni eiusdemque in Columbiana Republica Apostolici Nuntii concedentes, ex eiusdem Neo-Pampilonensis Ecclesiae territorio quaedam partes eximamus exque iisdem novam dioe-

cesim constituamus. De consensu igitur venerabilis Fratris Neo-Pampilonensis Ecclesiae Episcopi ; re intento animo considerata, certaque idcirco intelligentia eorum quae sumus acturi ; eorumque denique quorum interest consensum supplentes, qua potestate a Christo in universam Ecclesiam accepimus, haec statuimus. E dioecesi Neo-Pampilonensi eius territorii partem distrahimus quae in Provinciam protenditur cuius cognomen est in vulgo « Santander del Sur », eamque in novae dioecesis formam redigimus, « Bumanguensis » appellandam Novae Ecclesiae caput et sedes erit in urbe <(Bucaramanga », ex qua dioecesis nomen accipit, paroeciali templo, in honorem S. Nazarethanae Familiae condito, ad cathedralis dignitatem elato. Huius tantae dignitatis causa sive Ecclesia Bumanguensis, sive cathedrale templum, sive Praesules pro tempore iis omnibus honoribus, iuribus, privilegiis, potestatibus augebuntur quibus frui licet ceteris in orbe Episcopis, cathedralibus templis, Ecclesiis •eiusdem gradus et dignitatis. Neque tamen oblivisci volumus eosdem similibus oneribus et obligationibus quibus reliqui teneri. Est praeterea voluntas ut dioecesis Bumanguensis sit Ecclesiae Bogotensi in Columbia suffraganea eiusque Praesul Bogotensi Archiepiscopo obnoxius. Volumus insuper ut religionis et cultus decori promovendo in nova dioecesi Bumanguensi Canonicorum Collegium quam primum constituatur iuxta normas per aliud decretum edendas. Quamdiu tamen ob rerum adiuncta hoc Collegium constitui nequeat, Consultores dioecesanos sinimus eligi, qui Antistitem in muneribus sui officii obeundis adiuvent consiliis et opera. Mensam, quae dicitur, episcopalem sive bona constituent quae ex divisione pro rata parte bonorum Neo-Pampilonensis Ecclesiae dioecesi Bumanguensi obvenient, sive pecunia a Reipublicae Columbianae Moderatoribus danda, sive Curiae emolumenta et fidelium oblationes. Quod ad divisionem bonorum pertinet, servetur praescriptum Canonis 1500 Codicis Iuris Canonici; quod vero ad novae dioecesis regimen et administrationem, Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici electionem, cum sedes vacaverit, et cetera huiusmodi, servetur omnino quod Iure Canonico prescribitur. Quam primum fieri potest vero, Ordinarius Bumanguensis Seminarium saltem minus exstruendum curabit, ad normas Iuris Canonici et iuxta regulas a S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus statutas, unde lecti iuvenes Romam mittantur in Pontificium Ephebeum a Summo Pontifice Pio IX conditum educendis ad sacerdotalia munia iuvenibus. Interim vero Episcopus Neo-Pampilonensis pro tempore pueros et iuvenes novae dioecesis Bumanguensis ad statum clericalem instituendos in Seminarium dioecesanum sive minus sive maius recipere perget. Aes vero alienum, Seminario dioecesano Neo-Pampilonensi

exstruenda conflatum, ab Ordinariis Neo-Pampilonensi et Bumanguensi pro rata parte solvatur. Erecta vero dioecesi, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur addicti in cuius territorio legitime degunt. Alumni vero, sive sint clerici sive non sint, qui nunc in Seminario Neo-Pampilonensi instituuntur, quique domicilium habent in territorio dioecesis Bumanguensis, eidem dioecesi Bumanguensi inscribantur. Quod vero ad documenta et acta quae novam dioecesim eiusque clericos, fideles et bona temporalia respiciunt, a Curia Neo-Pampilonensi ad Curiam Bumanguensem trasmittantur. Ut autem quae supra statuimus perficiantur, venerabilem Fratrem Antonium Samoré deligimus in Columbiana Republica Apostolicum Nuntium, vel illum qui eo tempore quo haec decreta executioni mandabuntur ei Nuntiaturae praeerit, iisdem potestate facta etiam subdelegandi quae perficiendae rei concedimus iura cuilibet viro in ecclesiastica dignitate constituto. Volumus praeterea ut idem venerabilis Frater onus habeat peractae exsecutionis documenta coniicere eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittere.

Has vero Litteras validas, firmas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter servari volumus et decernimus. Quod si super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter aliquid contigerit attentari, id prorsus irritum erit et inane, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis vel locis sive impressis sive manu exaratis eadem prorsus fides tribuatur quae hisce-haberetur ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione subscribantur et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti muniantur. Nemini vero iis quae per has Litteras sunt a Nobis statuta obsistere liceat : quod si quis ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco iii Plumbi
Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXV, n. 80.

LITTERAE APOSTOLICAE

SANCTUS CASSIANUS, MARTYR, TACHYGRAPHORUM ITALICORUM CAELESTIS PATRONUS ELIGITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Actuaría scribendi ars, iam in veterum hominum versata usu, hisce temporibus, ut omnes noverunt, nova ratione est exculta magnisque aucta incrementis. Quin sodalitates constitutae sunt tachygraphorum, quorum est brevioribus et compendiariis notis res exprimere atque verba dictantis vel dicentis excipere citissime. Quos expedire visum est peculiari obtegi praesidio superno ut ex caelestis Patroni virtute similitudinem ducerent et ad christianae vitae obeunda instituta nullo non tempore excitarentur. Cum enim superiore anno Neapoli conventus italicae actuariorum societatis, cui « Gabelsberger Noe » est nomen, ageretur, omnes qui acuerunt, una sententia Sanctum Cassianum, Märtyrern, Patronum sibi statuerunt adoptare. Qui inclitus Christi athleta, in urbe Foro Cornelii magister fuerat, ut ait Prudentius {*Perist.*, IX, 23-24), «verba notis brevibus comprendere cuncta peritus raptimque punctis dicta praepetibus sequi » ; sed, cum nollet a suprema veritate desciscere, a puerorum turba, quos in honestae huius artis exercitationem docuerat adhibere stilos, his ipsis est, multiplici illato vulnere, impie necatus. Preces igitur ad Nos admotae sunt ut tantum virum tachygraphis ex Italia caelestem constitueremus Patronum ; quas, Ordinarii Neapolitani commendatione suffultas, libenti animo censuimus admittendas. Quocirca, audito Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Cassianum, Märtyrern, tachygraphorum italicorum caelestem apud Deum *Patronum* eligimus, facimus, renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis quae coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritum-

que ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXIII** mensis Decembris, anno **MCMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. IOANNEM S. R. E. PRESB. CARDINALEM DE JONG, ARCHIEPISCOPUM ULTRAIECTENSEM ATQUE AD EXCMOS PP. DD. HOLLANDIAE EPISCOPOS, EXACTUM SAECULUM CELEBRATURUS EX QUO CATHOLICA HIERARCHIA RESTITUTA FUIT.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem.

Plura afferebant cum perhonorifica vobis, tum Nobis apprime laetabilia litterae, obsequii plenae, per quas Nos edocuistis mense Maio huius anni per plures dies istic sacra habitum iri sollemnia ad recolendum fauste exactum saeculum, ex quo per fel. rec. Decessorem Nostrum Pium IX in Hollandiae Regno Catholica Hierarchia restituta fuit. Id unanima consensione et communibus coeptis vultis peragere; nec dubium est, quin sacrorum Pastorum promptae industriae et sollertiae populi obsecutura sit studiosa voluntas.

Aequum sane est Deo de tanto benefacto gratias agere, ex quo nationi vestrae multae gravisque momenti utilitates exortae sunt, quodque non absimile reputandum est illi immortali memoria consecrato eventui, cum Sergius I, Apostolicae Sedis Antistes, Willibrordum sanctissimum virum episcopum suis manibus Romae unxit eundemque, sacro pallio ipsi imposito et nomine Clemente indito, Ultraiectensi Ecclesiae praefecit. Per hos centum emensos annos Hollandiae sacrorum Praesules vosque ipsi, eorum aemulati religionis studium, necnon

utriusque militiae clerus certatimque qui catholico istic censentur nomine, mirifica contentione, Dei afflante gratia, sine qua nihil, quacum possumus cuncta, connisi estis, ut catholica fides virtutem suam exserat explicetque non tantum mentes caelitus delapsa veritate collustrando, sed privatae quoque ac publicae vitae actus temperando et mores. Nam compertum omnibus est eandem fidem etiam sublime ferre et augere Ínclitas natura ipsa genti vestrae inditas dotes, cui quidem cum audacia in gerendis rebus pulchro firmoque iunguntur foedere constantia, gravitas, humanitas. Vestrum est magna non loqui, sed agere. Ipsum civium consortium inde assecutum est praesidium adiumentumque, quod optimus quisque aequo aestimat. Quid? Animi motus in officio continere, laedere neminem, suum cuique tribuere, mutuam benevolentiam colere, iniuriis facile ignoscere, patriis legibus obtemperare, potestates vereri — quae omnia sanctissima religio praecipit — nonne id ad propellenda a civitate pericula et ad eius decora incrementaque provehenda vis est, qua nulla alia efficientior?

Concupientem autem puerum Barnabitarum agendae vitae fieri participem prohibuere parentes, qui id roganti persaepe filio haec semper ingeminabant verba : « placet te, fili, sacerdotem fieri : nullo te modo fieri religiosum Sodalem »!

Cum paulo post iuxta morem tonsus esset ac in sacros ordines, quos minores vocant, receptus, Nolam, in vetustam Campaniae urbem, mittitur, non solum ad philosophiam et physicam per triennium in Seminario discendas, sed etiam eo consilio ut ingrediendae religiosae domus voluntatem deponeret. Contra tamen accidit, optimorum consiliorum auctore Santo Alphonso M. de Ligorio, quem puer in eadem civitate forte cognovit. Parentibus autem eius ingenio divinoque instinctui obsistentibus, Neapolim petere cogitur iuris civilis lauream adepturus.

At quis potest eius qui Dei numine feratur intercludere iter? Factum

est igitur ut, Deo opitulante, decideret adversa patris matrisque voluntas, difficultates evanescerent, eique Barnabitarum domus ultro patesceret.

Tum missus fuit in oppidum cui nomen apud plebem « Zagarolo ». Quem proficiscentem huiusmodi prosecuti sunt eius moderatores testimonio, quod ei maximae laudi cedebat : « magna scilicet esse iuvenem sollertia et acumine ingenii, ornate scribere, nullis religionibus angi, qui demisso animo et constanti voluntate persaepe sacramentis reficeretur ».

Post exactum tirocinium, quod dicunt, ii qui educendis iuvenibus praeerant, nulla rerum amplificatione testati sunt : « insignibus portendi indiciis magnos eum progressus effecturum, eumque fore et Sodalitati decori et aliis utilitati ». Quam rerum futurarum praedictionem mira Francisci Xaverii sanctitas omnino implevit. Visus igitur fuit dignus qui die vicesimo octavo mensis Decembris, anno millesimo septingentésimo sexagesimo tertio exeunte, sollemni ritu religiosa vota nuncuparet.

Cum vero sive Maceratae philosophiae sive Romae et Neapoli theologiae operam dedisset, tum anno denique millesimo septingentésimo-sexagésimo septimo, die vicesimo quinto mensis Ianuarii sacerdos factus est. O beatum diem, quo Christum specie panis velatum manibus contigit!

Suscepto sacerdotio, eius munus fuit tum latinas et italicas litteras Arpini edocere iuvenes, tum Neapoli philosophiam et mathematicám tradere in ephebeo a S. Carolo. Educendorum autem puerorum mores praecipue ad pietatem et virtutem conformabat, nullaque ab ipso est neglecta occasio loquendi Christum discipulis, cuius ipse amore tenebatur.

Vere autem qui fuit annus millesimus septingentesimus septuagésimas tertius ephebeum a S. Maria in Cosmedin ei regendum concreditur in eadem urbe Neapoli. Quod opus erat multo labore et sudore conficiendum : cum enim immoderata rei publicae potestas in proximo decessore eligendo nimium valuisset, cumque non iam eodem studio quo antea religiosae domus res administraretur, magna patientia ac vigore animi opus erat, si quis vellet collapsam disciplinam in pristinum restituere ac Sodales divino quodam ardore permovere. Quae omnia est Franciscus Xaverius miro modo consecutus tum consilio, quod erat illi maximum, tum suae ipsius vitae exemplo, quo omnes trahi et rapi solebant. Quanta hinc fulget lux quodque exemplum iis patet, quibus animorum

iuvandorum cura et disciplinae regularis tuendae officium a Deo sunt demandata !

Sed cum non tantum virtutibus sed etiam ingenio excelleret, tamque magna esset eius doctrina atque sive in humanis sive in divinis rebus laus et fama, rogatus fuit ut in Eegia Studiorum Universitate Theo logiam Dogmaticam doceret deque fidei defensione iuvenes erudiret ; quin etiam Academicis annumeratus est, quibus munus erat Litteras et Scientias altius excolere.

Vere autem anni millesimi septingentesimi septuagesimi noni coactus est Mediolani coetus negotiis agendis novisque totius Barnabitarum Ordinis Moderatoribus creandis. Cui coetui cum interesset Franciscus Xaverius, ut Provinciae Neapolitanae legatus, prae ceteris potissimum electus fuit qui « Cancellarii » munere fungeretur. Quod is tali alacritate et prudentia gessit, ut Scipio Peruzzi, qui tunc universae Barnabitarum Sodalitatis moderator fuit renuntiatus, eum socium ac comitem asciverit ad collegia invisenda quae in Gallia Cisalpina, in Liguria, in Pedemontio, in Flaminia regione exstarent.

At ille, confectis itineribus, fiante Dei numine, alta contemplationis petere, in intimum animum suum redire. Factum est igitur ut a terrestrium rerum sollicitudine et ab omnibus quae a Dei consuetudine avocare solent abductus paulatim omnibus fere libris careret, amicorum sermones neglegeret ac perangustae cellae spatio eiusdemque in extremo coenobio contentus esset, in qua vehementius orationi vacaret. Quinam tunc aestus, quinam tunc ardores in eius pectore!

At ceciderunt in eum, effuso maiorum imbre, quae numquam non in piorum vitam cadere solent verba : ((Quia Deo acceptus eras, necesse fuit ut tentatio probaret te)) (Tob. 12, 13). Tum utique abstractus eius animus a saecularibus rebus habita a nonnullis dementia et insipienti^ visa; tum in ieiunum corpus a daemoniorum principe inveni coeptum est; tum denique saevire in eius sanctitatem tentationum cumulus, incorruptumque eius cor exagitari. At Franciscus Xaverius, etsi miseriis aerumnisque pressus, implorata Dei ope, ceu rupes aut elatum mari saxum, adversa omnia vicit.

Incepit ei tum maxime nova aetas : sicut exsiliens e solo fons refunditur in saucias pratorum herbas, ita eius virtus ac plenitudo pietatis in sauciatum populum est delapsa et fusa, qui potuit igitur non exiguis haustibus iustitiam bibere : urgebat enim in eius animo Christus ut sanguis temptatis pollice venis.

In poenitentium admissis expiandis eluxit praesertim eius egregia virtus. Quare in sacro poenitentiae tribunali abditum ac per plures horas

patientissime aliorum peccata audientem simulque gratiam largientem primum adire pauperes ac simplices : aulici videlicet, mercatores, ambulatores ; mox proceres : eruditissimi quique homines, Praesules, Ecclesiarum Antistites, doctores litteris tradendis; omnesque, dum abirent, exclamabant : « latet in eo sanctitas! ». Ac sane fiebat ut vespere, post clausum templum, saepiret populus eius coenobii cellam, alii aliis rebus egentes, alii alia petentes.

Nihil humani in eius sermonibus ; at eius verba, ieiuna et exilia, et Christi verbis simillima, peragrabant per animos qui mox Dei amore fervebant. Nec quisquam Franciscum adibat quin melior ab eo discederet. Cuius rei testimonium est publicus ille apparitor, qui se munere quo triginta annos functus fuerat adbicavit, ut orbis utroque parente pueris emendicato pane subveniret, eorumque, quos miseriarum cumulus exagitaret ac fere mergeret, amantissimus fieret pater ; ac multi alii sive sacerdotes sive laici qui, spretis divitiis ac saeculi voluptatibus, ingressi sunt christianarum virtutum iter. Solet enim semper virtus effectrix esse magnarum virtutum.

Quibus in laboribus is « qui consolatur nos in omni tribulatione nostra » (II Cor. I, 14) non defraudavit quandoque servum suum iusto virtutis solacio. Cum enim Pentecostes die anno millesimo octingentesimo in templo Divino Amori sacro preces funderet, intentisque oculis candentem hostiam ad sollemnia altari superpositam intuereti*r, emissis inde radiis repente ictus fuit : cadere ille in terram, voluptate, quae fuit illi summa, perfusus, admovere ad pectus trepidas manus, ac resoluta paene mente gaudio iacere. Surrexit tandem composi toque vultu et habitu iis qui auxilio venerant gratias cum egisset, abiit modestus et trepidus.

Sed Deo sinente novus miseriarum turbo irruit in eum. Tunc eius crura turgentia facta sunt et gravia, quibus omnes curationes eaeque acerbissimae frustra sunt adhibitae ; ita ut quaerentibus medicis et amicis unde laboraret, aequo animo responderet ((spinis ac ferventi igne sibi torqueri pedes ». Quibus corporis cruciatibus mox accessere animi dolores. Nam anno millesimo octingentesimo decimo, exactis domo per seditiosas leges fratribus, solus solusque superfuit, Filio Dei afiixo cruci simillimus, ulcerosus, plagosos, transfossus acerbitate dolorum, admota arae victima, amoris igne flagrans.

Quem utinam omnes christiani mutentur, quos Deus sapientissimus in aerumnis perielitatus fuerit!

Non pauca ferebantur, eo deprecante, a Deo patrata miracula, pluraque ab eo rerum futurarum promissa quae vaticinia sapiunt. Qui re-

vera, omnibus curis in Dei honore aliorumque salute defixis, totusque divinis rebus deditus, iam non ipse vivere videbatur, sed in eo Christus qui, terrenarum omnium rerum excusso studio, virtutes in dies magis excitabat.

Servata ab eo diligentissime religiosorum Sodalium propria officia : integritas nempe morum, oboedientia ac paupertatis studium ; ita ut quae vota magno et excelso animo ineunte aetate Deo voverat, haec nullo non tempore reddiderit.

De aeterna hominum salute tam fuit per totum suae vitae tempus sollicitus ut in vulgus «Neapolitanae civitatis apostoli » cognomine auctus fuerit. Ac iure meritoque : nemini enim eorum quos haberet regendos ad pietatemque moderandos defuit, siquando lectulo aegri decumberent ; quin omni ope tum ipse iuvit, tum impetratis nonnumquam a Deo singularibus beneficiis. Eos quoque, qui in publicis valetudinariis degebant aegrotantes, invisebat saepissime, ut et consolaretur et hortaretur ad superna.

Puellarum, quae de integritate morum periclitatae essent, vehementer misertus, earum recessus quibus a Sancto Raphaele, a Providente Deo, ab Iesu et Mariae Cordibus, a Maria Magdalena de Pazzis, a Visitatione Virginis indita nomina, in praecipuam veluti fidem recepit. Nec dubitavit necessitate urgente ad alendas et educendas puellas stipem emendicare alienaque ipse vivere misericordia.

Eos vero, qui ad se sive admissorum expiandorum sive consiliorum exquirendorum causa ventitarent, numquam moleste tulit ; quin potius suorum immemor dolorum, tranquilla ac serena fronte excipiebat et ab molestiarum cruciatibus levabat. Ac tantum temporis curarumque in aliorum utilitatem impendebat ut nonnumquam lassitudine captus coram iis qui adessent, in eius virtute stupentes, obdormisceret. Eius igitur in alios caritas velut ignis ardens haberi poterat quo tota eius vita ab sumpta fuit. Quod utinam et nostrae aetatis christiani imitentur !

Qui tamen in fratres amor nonnisi amoris erat fructus quo in aeterni Dei voluntatem ferebatur quique eum iam a puero invaserat. Nam fuit Deus in eius vitae portu lumen sublime, immo portus ipse in cuius tranquillitatem bacchantibus austris confugerat, ratio denique omnium eius animi motuum.

At flagrans eius erga Deum caritas maxime in Eucharistiae Sacramento conficiendo elucebat. Etenim cum sacra faceret, seque Christi carne reficeret, incredibili perfundebatur gaudio fereque eius animus calescebat. Extremo quoque vitae tempore, etsi corpore fractus ac quasi sui ipsius ruina, numquam adduci potuit ut a sacro litando abstine-

ret; ita scilicet ut dicere potuerit: « Cum me iam audientis non peragere sacra, mortuum existímate ».

Deiparam Virginem quasi parentem habuit atque sui itineris sidus. O quanta rapiebatur suavitate, cum vel eam precaretur, vel eius laudes praedicaret! Cui flagrantissimae pietati, quae innocentium puerorum simplicitatem imitabatur, caelorum Eegina singulari praestita tutela respondit signisque eius gratia non semel patratis. Qui eius animos Deiparae Mariae studiosissiinus vel eo die maxime eluxit, cum aeger decumbens caelestis Matris imaginem in sinu habere voluit nec finem faciebat ingenua ardentique pietate deosculandi.

Qua pietate confisus nihil mirum si extremo quoque vitae tempore, cum coepit ei iterum in dies ingravescere morbus, tranquillo animo dolorum acerbitatem ferebat. Quorum illi gravissimus fuit iam non posse sacris operari.

Instabat enim ei vitae finis : ac revera die tricesimo primo mensis Ianuarii, anno millesimo octingentesimo decimo quinto piissime sumpto Christi Corpore ad aeterna praemia migravit.

Tristis rumor brevi dissipatus est per cives : qui statim ad eius cellam ultro confluxerunt, inter sese hortantes : « Eamus, ut sanctum Dei virum postremum videamus! ».

Proximo autem die eius funeri omnia iusta soluta sunt magna sacerdotum populique frequentia, ac eius corpus in templo Sanctae Mariae ad Portam Novam inhumatum et conditum ; unde quinque post annos ad templum S. Iosephi in pago, quem in vulgus Pontemcurvum vocant, translatum fuit.

Nomen vero suum fidelis Dei famulus sempiterno commendavit aevo sive praeclarissima vivendi ratione, cum aetatem ageret, sive post mortem variis prodigiis quae, eodem deprecante, a Deo ferebantur patrata. Quam ob rem de Beatorum caelitum honoribus eidem decernendis Causa coepta est agitari.

Itaque anno millesimo octingentesimo decimo sexto in archiepiscopali Curia Neapolitana de eius sanctimonia inquisitiones auctoritate ordinaria sunt institutae. Quibus rite absolutis iisque a S. Rituum Congregatione probatis, Pius VII, Decessor Noster, adhibitis sibi precibus concedens, die vicesimo tertio aprilis anno millesimo octingentesimo vicesimo secundo ut Causa induceretur indulsit.

Ceteris ad iuris normam religiose exactis, inquisitiones apostolicae habitae sunt de venerabilis Servi Dei virtutibus sive theologalibus sive cardinalibus quas heroicum gradum attigisse Pius IX, Decessor Noster,

omnibus rite perpensis die vicesimo tertio mensis Februarii anno millesimo octingentesimo quinquagesimo septimo sollemni sanxit decreto.

Tum quaestio de miraculis quae eodem deprecante Dei viro patrata dicebantur, antea in « antepraeparatorio » et « praeparatorio » comitiis agitata fuit, ac deinde in generali coram Leone XIII, Decessore Nostro, habito. Quibus rite peractis, idem Pontifex die vicesimo quinto mensis Martii, anno millesimo octingentesimo nonagésimo secundo ad altare sacris operatus, sollemniter decrevit : *constare de duobus miraculis a Deo, intercedente venerabili Francisco Xaverio Maria Bianchi, patratis, nempe de instantánea perfectaque sanatione tum Mariae Rosae Casabona a paralisi accedentibus tabe, 'surditate, lacrimarum effusione aliisque infirmitatibus; tum Philumenae Varazzo, neapolitanae, ab exczcmate impetiginoso, quod vocant.*

Unum porro erat discutiendum dubium : an stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, venerabilis Dei servus Franciscus Xaverius Maria Bianchi ad beatorum caelitum honores tuto provehi posset. De quo dubio actum est die vicesimo sexto mensis Aprilis anno millesimo octingentesimo nonagésimo secundo coram eodem Summo Pontifice Leone XIII, qui, secunda omnium sententia audita, die octavo mensis Septembris eiusdem anni proprio decreto sanxit : *tuto procedi posse ad sollemnem venerabilis Servi Dei Beatificationem.*

Huius autem Beatificationis sollemnia statis celebribusque caeremoniis in superiore Petrianae Basilicae pronao die vicesimo secundo mensis Ianuarii anno millesimo octingentesimo nonagésimo tertio magno cum splendore ingentique fidelium frequentia habita sunt.

Cum vero post decretos eidem Beato supernorum caelitum honores eiusdem cultus percrebruisset, et ipso deprecante nova dicerentur a Deo effecta miracula, supplices Apostolicae huic Sedi preces admotae sunt ut causa eiusdem Beati sanctitatis infula decorandi resumeretar. Quibus Decessor Noster Pius XI die decimo secundo mensis Iulii anno millesimo nongentesimo tricesimo secundo libenter annuit.

Duo propterea miracula Sacrorum Rituum Congregationi proposita sunt quae hic breviter narrantur.

Primum miraculum contigit Iudithae Santivecchi vid. Iacarella; quae ob horridum cancrum in stomacho et intestinis iam iam erat obitura. Sed cum sanationis petendae causa novendiales supplicationes honori Beati Francisci Xaverii Mariae Bianchi coeptae essent, altero precationis die aegrota omnino ex morbo convaluit.

Alterum miraculum opificem quendam spectat nomine Vincentium De Rosa, in officina exstruendis incendiariis siluris operam praestantem.

Qui cum ob purulentam otomastoiditideni tam graviter aegrotare coepisset ut necesse videretur extrema medicorum experiri, admotis a matre ac sororibus enixe Deo precibus ad sepulcrum Beati Francisci, repente sanus factus est die tertio mensis Novembris anno millesimo nongentesimo trigesimo septimo et a quovis languore confirmatus. Quod periti medici et radiologi, qui dicuntur, statuerunt.

Utrumque hoc signum a S. Rituum Congregatione diligenti examine expensum est. Cuius rei gratia plures conventus sunt habiti : « antepraeparatoriis)), die nono mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo tertio coram dilecto Filio Nostro Alexandro S. R. E. Cardinale Verde, Causae Ponente seu Relatore ; coetus medicorum quorum collegium ab Apostolica Sede interea institutum fuerat, die tricesimo primo mensis Martii anno millesimo nongentesimo quadragesimo nono et tertiodecimo Februarii insequentis anni ; « praeparatorius », in Palatio Vaticano die tertio mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo ; « generalis » demum die tertio mensis Aprilis habitus coram Nobis in sueta Vaticani palatii aula hoc anno millesimo nongentesimo quinquagesimo primo, in quo idem Cardinalis Alexander Verde dubium disceptandum proposuit : « *An et de quibus miraculis post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem constet in casu et ad effectum de quo agitur* ».

De quo qui aderant tum Patres Cardinales, tum ipsius S. Congregationis Praelati et Officiales propositas sanationes miraculo tribuendas esse afiirmarunt. Nos vero ad Nostrum proferendum iudicium cune tan - dum esse censuimus ut pleniorem superni luminis copiam enixis precibus imploraremus.

Die autem primo mensis Maii eodem anno ad Nos accitis venerabili Fratre Nostro Clemente S. R. E. Cardinale Micara, Episcopo Veliterno, S. Rituum Congregationis Pro-Praefecto, et dilecto Filio Nostro Alexandro Cardinale Verde, Causae Ponente; venerabili Fratre Alphonso Carinci, Archiepiscopo titulo Seleuciensi in Isauria et eiusdem S. Congregationis a Secretis; nec non dilecto Filio Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali; postquam ad altare sacris operati sumus, sollemniter decrevimus : *Constare de duobus miraculis a Deo per Beati Francisci Xaverii Mariae Bianchi intercessionem patratis : nimirum de instantánea perfectaque sanatione cum Iudithae Santivecchi, viduae Iacarella, a cancro stomachi et intestinorum; tum Vincentii De Rosa a chronica otomastoiditide purulenta cum carie ossea et stenosi in aure dextera.*

Post haec vero, quamvis S. R. E. Cardinales, Officiales, Praelati,

Patresque consultores scripto signjficavissent tuto procedi posse ad Beati Francisci Xaverii Mariae Bianchi canonizationem, cum duo signa, quae supra diximus, probata essent post indultam eidem ab Apostolica Sede venerationem, Nos interponendum duximus temporis spatium ad expetendam locupletioris gratiae lucem.

Die autem decimo quinto mensis Maii hoc anno, sacris operati, astantibus quos supra nominavimus Cardinalibus Clemente Micara et Alexandro Verde atque venerabili Fratre Alphonso Carinci et dilecto Filio Salvatore Natucci, edicto sanximus : « *tuto procedi posse ad Beati Francisci Xaverii Mariae Bianchi sollemnem Canonizationem.*

Quibus omnibus quemadmodum descripsimus comparatis, ut ordo a Decessoribus Nostris sapientissime constitutus plene servaretur, primum quidem in Consistorium *secretum* S. R. E. Cardinales die vicesimo octavo mensis Maii hoc anno eorum sententiam rogaturi ad Nos accivimus. In quo Venerabilis Fratrer Noster Clemens Cardinalis Micara S. Rituum Congregationis Pro-Praefectus, de vita, rebus gestis, virtutibus, miraculisque Beatorum Confessorum : Antonii Mariae Gianelli, Episcopi Bobiensis, Legiferi Patris Sororum a Beata Maria Virgine ab Horto ; Francisci Xaverii Mariae Bianchi, sacerdotis, e Congregatione Clericorum Regularium Sancti Pauli ; Ignatii a Laconi, laici professi, ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum; ac Beatarum Virginum : Aemiliae de Vialar, Legiferae Matris Sororum a Sancto Ioseph ab Apparitione et Mariae Dominicae Mazzarello, quae una cum S. Ioanne Bosco Institutum a Maria Auxiliatrice condidit, brevem orationem habuit et acta recensuit, quae in illorum Causis, uti vocant, Beatificationis et Canonizationis S. Rituum Congregatio, re prius considerata, probaverat, ac magno studio ostendit aequum esse ut tantorum heroum memoria summis honoribus consecraretur. Quibus peractis, Nos singulos astantes Cardinales sententiam rogavimus.

Eodem die, Consistorio secreto absoluto, statim Consistorium *publicum* habuimus, in quo dilecti Filii Advocati Sacri Consistorii ante solium nostrum stantes Causam peroraverunt eorundem Beatorum ac Beatarum sanctitudinis honore decorandorum.

Pro Beato vero Francisco Xaverio Maria Bianchi ornata oratione dixit dilectus Filius Paulus Guidi, Consistorialis Aulae Advocatus, qui Nos enixe rogavit ut ad optatissimum illum ritum quam primum deveniremus. Nos vero, quamvis rem properare cuperemus, de ea non antea decreturos respondimus quam, secundum translaticium Decessorum Nostrorum morem, in Consistorio semipublico, quod vocant, iterum Purpurati Patres ac Sacrorum Antistites in Urbe affuturi suos Nobis

sensus aperirent. Iussimus propterea ut de singulorum Beatorum, quos diximus, vita, virtutibus, miraculis ajc de actis in eorum Causis a S. Rituum Congregatione commentariola Sacrorum Antistitibus mitterentur, ut ipsi, re plene cognita, suam ferre possent sententiam. Astantes vero denique hortati sumus ut interea Spiritus Sancti lumen Nobis continenter precarentur.

Die porro quarto mensis Iunii hoc eodem anno Consistorium *semipublicum* in sueta Vaticani Palatii aula coactum est ibique Nos, brevi prius oratione Patres Cardinales et Sacrorum Antistites qui aderant allocuti, eos rogavimus ut quid de propositis Causis sentirent singuli Nobis significare vellent. Omnium ergo suffragiis exceptis, laeto animo didicimus eos concordi sententia Beatos ac Beatas Caelites de quibus agebatur, plane dignos aestimare qui fulgido Sanctorum diademate decorarentur. Nos quidem minime cunctandum esse affirmavimus quin statutos hos honores eis decerneremus, ac propterea diem diximus ad eiusmodi sollemnia in Vaticana Basilica celebranda.

Diem vero vicesimum primum mensis Octobris huius anni constituimus ut Beatus Franciscus Xaverius Maria Bianchi, Antonius Maria Gianelli et Ignatius a Laconi Confessores Sanctorum fastis simul adscriberentur ; de quibus omnibus ut acta ad Iuris Canonici normam conficerentur dilectis Filiis Protonotariis Apostolicis, qui astabant, mandavimus.

Cum itaque faustissimus ille dies a Nobis constitutus illuxit, omnes e saeculari et regulari Clero Ordines, Romanae Curiae Praesules et Ofiiciales, non pauci Abbates, Episcopi, Archiepiscopi atque amplissimum Patrum Cardinalium Collegium in Petrianam Basilicam magnifice exornatam et innumera prope fidelium multitudine, quos inter plurimi e Societate Sancti Pauli Barnabitarum, iam confertam convenerunt. Qui omnes cum pia supplicatione praeirent, ac precationes Caelestium Curiae admoverent hymnumque ((Ave Maris stella » praecinerent, Nos eandem Basilicam universo Clero et populo plaudente ingressi sumus et ad Cathedram Nostram, brevi ad altare maximum effusa prece, perreximus.

Tunc praestita prius Nobis, ut assolet, ab astantibus Cardinalibus oboedientia, Venerabilis Frater Noster Clemens Cardinalis Micara, S. Rituum Congregationis Pro-Praefectus ac caelestibus honoribus Beato Antonio Mariae Gianelli, Beato Francisco X. M. Bianchi et Ignatio a Laconi decernendis praepositus, per dilectum Filium Aloisium Philippom Re, Advocatum Sacri Consistorii, *instanter, instantius, instantissime*

a Nobis postulavit ut Beatos, quos diximus, in Sanctorum numerum adscriberemus.

Cui Advocato per dilectum Filium Antonium Bacci, ab Epistulis ad Principes, respondimus iam in eo esse ut Nos praeclaros illos viros, qui e caelesti beatitatis sede iam Nobis arrident, sanctitatis corona honestaremus.

Hymnum igitur « Veni Creator Spiritus » una cum fidelium multitudine cecinimus a Sancto Dei Spiritu Paraclito implorantes ut ab eo superni luminis copia magis magisque menti Nostrae coruscaret. Postea vero Nos in Divi Petri cathedra sedentes uti supremus universae Christi Ecclesiae Magister sollemniter pronuntiavimus : « *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei catholicae et christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi^ Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepe implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. B. Cardinalium, Archiepiscoporum, et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio; Beatos Confessores Antonium Mariam Ciancili, Franciscum Xaverium Mariam Bianchi et Ignatium a Laconi Sanctos esse decernimus ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, Antonii nempe die septima Iunii inter Sanctos Pontifices et Confessores, Francisci die trigesima prima Ianuarii et Ignatii die undecima Maii, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In nomine Papßtris et FiCßlii et SpiritusÇfeSancti. Amen.*

Qua augusta formula a Nobis edicta, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Clementis Micara per eundem Advocatum Consistorialem Nobis exhibitis, hasce decretales sub plumbo Litteras confici expedirique iussimus; astantibus vero Protonotariis Apostolicis ut sollemnis huius Consecrationis tabellas obsignarent mandavimus.

Gratias mox omnipotenti Deo egimus hymnum « Te Deum laudamus » cum ingenti multitudine canentes et novensilium Sanctorum patrocinium primi invocavimus, deque illis brevi oratione praeconium peregimus, omnes hortantes ut de hodierna Ecclesiae Sanctae celebritate in Domino gauderent ex eaque fructus quam uberrimos caperent.

Postquam vero Apostolicam Benedictionem et plenam admissorum indulgentiam impertívimus, atque divina hostia ad aram maximam pontificali ritu litavimus, sollemni caeremoniae finem fecimus, animo gestientes quod providentissimus Deus nova haec sidera in triumphantis Ecclesiae firmamento per Nos revelare fuerit dignatus.

Nihil igitur est reliquum Nobis quam christifideles omnes vehementer

hortari, at eos maxime quos eadem Clericorum Regularium Sancti Pauli Barnabitarum Familia complectitur, ut non modo gaudeant ac laetentur in imo corde tanta hodie Beato Francisco parta immortalitate et gloria, sed etiam ut eius vestigiis insistentes in sua' ipsorum salute operanda solliciti sint.


Eius ergo exemplum secuti, integritatem illibatam servent; Deum unice diligant, quippe qui sit rerum omnium effector et gubernator; aliorum hominum salutem denique impigre quaerant, altissimi Domini auxilio effusis saepe precibus humillime invocato.

Omnibus itaque quae inspicenda erant bene perpensis, certa scientia ac Nostrae Apostolicae auctoritatis plenitudine quae supra memoravimus confirmamus, roboramus et iterum statuimus, decernimus atque universae Christi Ecclesiae denuntiamus, mandantes ut harum Litterarum fide dignis exemplis vel excerptis locis sive impressis sive manu exaratis dummodo tamen a Protonotario Apostolico subscribantur ac sigillo muniantur, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Nostris Litteris haberetur si exhibitae vel ostensae forent.

Nemo autem iis, quae per has Litteras Nostras praecepimus, obniti audeat. Quod si quis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo primo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo primo, Ponti* ficatus Nostri tertio decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£ß Ego **EUGENIUS**, Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis **TISSERANT**, Sacri Collegii Decanus.

£g Ego **CLEMENS**, Episcopus Veliternus Cardinalis **MICARA.**

83 Ego **IOSEPH**, Episcopus Albanensis Cardinalis **PIZZARDO.**

Ego **BENEDICTUS**, Episcopus Praenestinus Cardinalis **ALOISI MASELLA.**

£g Ego **ADEODATUS IOANNES**, Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis **PIAZZA.**

£g Ego **FRIDERICUS**, Episcopus Tusculanus Cardinalis **TEDESCHINI**, Datarius.

fß Ego **ALEXANDER**, titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis **VERDE.**

£g Ego **PETRUS**, titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis **FUMASONI BIONDI.**

QJ' Ego **DOMINICUS**, titulo S. Apollinaris Presbyter Cardinalis **IORIO.**

£ß Ego **MAXIMUS**, titulo S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis **MASSIMI.**

£8. Ego **NICOLAUS**, S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis **CANALI**, Paenitentiarius Maior.

£g Ego **IOANNES**, S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis **MERCATI.**

£g Ego **IOSEPH**, S. Eustacbii Diaconus Cardinalis **BRUNO.**

Pro S, R. E. Cancellario
EUGENIUS Card. TI S SER ANT
Sacri Collegii Decanus

CLEMENS Card. MICARA
S. Rituum Congr. Pro-Praefectus

Hamletus Tondini
Cancellariam Apostolicam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

Reg. in Cane. Ap. Vol. LXXXII n, 55.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

• I

PASLETANAE

IN PASLETANA DIOECESI CANONICORUM COLLEGIUM ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Est in antiquo Ecclesiae more prudentissimos ac boni nominis viros de clero eligi, qui magno in honore ac reverentia habiti et quasi lecti in senatum Episcopo assistant eumque in gravissimis Ecclesiae rebus sive consiliis datis sive exhibita opera adiuvent. Quae cum ita sint, Nos Decessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes, quotiens id casus ferre videatur, libenti animo Canonicorum Collegia erigimus, cum persuasum habeamus ab huiusmodi Sacerdotum coetibus et iuvari Antistites et sacrorum rituum splendorem promoveri. Qua de re, cum venerabilis Prater Iacobus Black, Pasletanus Episcopus, magnis precibus expostulaverit ut in suae dioecesis cathedrali templo Canonicorum Collegium constitueretur, cumque venerabilis Frater Gulielmus Godfrey, Archiepiscopus titulo Cianensis et in Magna Britannia Apostolicus Delegatus idem petierit, Nos id ratum habentes quod Sacrum Consilium Negotiis Consistorialibus praepositum censuerit esse faciendum, post rem attente consideratam, de Nostra apostolica potestate haec quae sequuntur decernimus. In cathedrali templo Ecclesiae Pasletanae Canonicorum Collegium per has Litteras constituimus una ornatum Dignitate, qui est Praepositus, atque ex octo Canonicatibus constans ; quorum alteri theologi munus inhaereat, alteri vero admissorum remittendorum officium. Hi Canonicatus, etiamsi primum concedantur, ad iuris normam sunt assignandi : quousque tamen debitis beneficiis careant, poterunt iis quoque sacerdotibus concedi qui iam alio beneficio fruantur, etsi christianorum animos curandi onus habeant. Cum autem eos deceat qui in Episcopi consilium adsciscantur quibusdam insignibus et privilegiis condecorar!, indulgemus, ut sive Dignitas sive Canonici distinctiore habitu, modo tamen intra fines suae dioecesis, sese induere valeant : talari scilicet veste, non tamen serica, violacei coloris panno rubro extremis oris adsuta, cum globulis pariter rubris ; superpelliceo manicato seu rocheto cum fìmbria seu texto denticulato non magis duodecim pollices alto, iuxta anglicum metiendi modum; poterunt quoque palliolo seu mozeta uti violacei coloris, non

tamen serica-, panno vel laneo violacei coloris subsuta, quae extremis oris pellem albam mustelae alpinae, seu ermellini, praeferat cum globulis coloris rubri Quod vero ad conventus divinis officiis persolvendis vel sacris caeremoniis peragendis attinet, indulgemus ut hora tantum tertia, quae dicitur, recitata absolvantur ac una conventuali Missa cum cantu celebrata, semel saltem in mense diebus festis sollemnioribus; hi autem qui sint, Canonicorum legibus, quam primum conficiendis, accuratius determinabitur. Poterit tamen Episcopus, si id visum fuerit, aliis quoque diebus Canonicos convocare. Cetera omnia quae huiusmodi coetus respiciunt, ad iuris normam regantur. Ea omnia autem quae supra a Nobis statuta sunt venerabilis Frater Gulielmus Codfrey, quem supra noininavimus, exsequenda curabit, vel ille qui eo tempore quo haec decreta perficientur ei Delegationi praeerit. Utrique autem ^conficiendae rei potestates tribuimus quae poterunt alii quoque viro subdelegari, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Eidem vero venerabili Fratri oneri erit actarum rerum documenta exarare eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem mittere cum primum poterit. Has vero Litteras firmas, validas et efficaces nunc et in posterum esse, suamque vim et effectum habere volumus; ac praecepta quae iisdem describuntur ab omnibus quorum interest fideliter servari decernimus. Quod siquid adversus ea quae hisce Litteris statuimus a quolibet, quavis auctoritate vel sciente vel imprudente attentatum fuerit, id irritum sane erit et inane, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis vel locis, sive impressis sive manu exaratis, eadem plane tribuatur fides quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo ab aliquo publico tabellione subscripta sint et sigillo viri munita in ecclesiastica dignitate constituti. Nemini denique iis quae per has Litteras descripta sunt obsistere liceat. Quod siquis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Eomam, die octava mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo. Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco $8 **Plumbi**

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIV, n. 98.

II

MATRISFONTIS

CANONICORUM COLLEGIUM IN CATHEDRALI TEMPLO MATRISFONTIS DIOECESIS ERIGITUR ET CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui summi voluntate Dei ad sublime Apostolicae auctoritatis fastigium licet immerentes vocati sumus, gravissimas inter Nostri muneris curas, quibus cotidie afficimur, magnopere studemus ut Ecclesia sancta, quae hisce in terris florescit, umbra veluti et imago supernae Civitatis, quam maximo honestetur decore ; quod quavis ratione facere nitimur in omnibus Ecclesiae negotiis. In quo negotiorum genere ponendum esse censemus nova etiam Canonicorum Collegia condere, quippe ex quibus laetam concipiamus spem eadem honori dioecesium non parum esse profutura. Cum igitur venerabilis Frater Eduardus Douglas, dioecesis Matrisfontis Episcopus, enixe poposcerit ut cathedrale suum templum, ad iuris praescripta, Canonicorum instrueretur Collegio, S. Congregatio Consistorialis, audito venerabili Fratre Gulielmo Godfrey, Archiepiscopo titulo Oianensi et in Magna Britannia Apostolico Delegato, eius precibus concedendum esse censuit. Nos igitur valde libenter huic assentimur sententiae; et suprema Nostra potestate utentes, qua universae Christi Ecclesiae praesidemus, eorumque omnium quorum res intersit consensum supplentes, ea quae sequuntur consulto et cogitata decernimus ac statuimus. In Matrisfontis dioecesis cathedrali templo Canonicorum Collegium erigimus, quod ex una constabit Dignitate, e Praeposito videlicet, atque ex decem Canonicis, quorum alteri munus Theologi, alteri vero munus Praefecti admissis paenitentium expiandis assignetur. Qui Canonicatus et Dignitas, tametsi primum concredantur, ad iuris communis normam conferenda sunt. Quoad vero Dignitas et Canonicatus congruo beneficio donari non poterunt, facultatem facimus ut iis etiam sacerdotibus tribuantur, qui aliquo iam fruantur beneficio etiam cum

christianorum hominum curatione coniuncto. Cum autem deceat eos viros, qui in Episcopi consilium et tamquam senatum asciscantur, propriis condecorará, insignibus, quibus super ceteros emineant, Matrisfontis Ecclesiae Canonicis concedimus ut intra fines tantum suae dioecesis et in sacris sui Collegii ritibus violaceam induant vestem talarem, non tamen sericam, panno rubro extremis oris adsutam, cum globulis pariter rubris ; superpelliceo manicato seu rocheto amiciantur cum fìmbria seu texto denticulato, non amplius duodecim pollices alto ; palliolo sen mozeta violacei coloris exornentur, non tamen serica, panno etiam laneo eiusdem violacei coloris subsuta, quae extremis oris pellem albam praeferat mustelae alpinae seu ermellini, cum globulis rubri coloris. Canonici praeterea divinum facient ofiicium psalmis horae tertiae recitatis Missaque sollemni ritu celebrata; indulgemus tamen ut his caeremoniis teneantur singulis saltem mensibus sollemnioribus diebus festis, quos capitulares leges, quam primum faciendae, nominatim constituent. Episcopus tamen aliis quoque diebus Canonicos cogere poterit quotiescumque id dioecesis utilitati conducere visum fuerit. Quod vero ad cetera attinet officia et munera, iura ac privilegia, quae ad cathedrale Canonicorum Collegium attinent, iuris communis religiose serventur normae. Haec ergo omnia quae a Nobis statuta sunt vel venerabilis Frater Gulielmus Godfrey, Archiepiscopus titulo Cianensis et in Magna Britannia Apostolicus Delegatus, exsequenda curabit, cui propterea omnes necessarias opportunasque ad id facimus potestates, alii etiam cuilibet viro, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto, si opus fuerit, subdelegandas ; vel ille curabit qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur Britannicae Delegationi praeerit; cui venerabili Fratri onus iniungimus hoc confectum negotium in tabulas referendi, quarum fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittet. Has vero Litteras firmas, validas et efficaces nunc et in posterum esse suamque vim et effectum obtinere volumus et praecepta quae iisdem describuntur ab omnibus ad quos spectant fideliter servari decernimus. Quod si quid adversus ea quae hisce Litteris statuimus a quolibet, quavis auctoritate, vel sciente vel imprudente, attentatum fuerit, id irritum sane et inane erit, contrariis non obfuturis quibus omnibus per has Litteras obrogamus. Nemo igitur Nostris hisce iussis obsistat ; siquis autem id temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei beatorumque Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum. Praecipimus denique ut harum Litterarum exempla vel loci, sive impressa sive manu exarata, eandem plane mereantur fidem quae iisdem tribueretur ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione sint sub-

scripta et sigillo viri munita, qui in sacro sacerdotio aliqua fruatur dignitate.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die octavo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. **R.** E. **Cancellario**
EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

Fr. ADEODATUS **I.** Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

Reg. in Cane. Ap,, vol. LXXXIV, n. 97.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V. IN CAELUM ASSUMPTA ZIPAQUIRBNSIS DIOECESIS CAELESTIS PATRONA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex quo ut supremus Ecclesiae Catholicae Magister certam pronuntiavimus veritatem Almam Deiparam corpore et anima ad caelestem gloriam esse assumptam, huiusmodi religio feliciter aucta est atque propagata. Recte igitur Venerabilis Frater Tullius Botero Salazar, Antistes novae Zipaquirensis dioecesis, hoc anno in Columbiana Dicione erectae, Nos adprecatus est et rogavit ut in Beatae Mariae Virginis caelo receptae peculiarem tutelam tradere dignaremur Ecclesiam sibi commissam. Quae vota, pro Nostro erga Dei Matrem amore eodemque Christifideles devinciendi voluntate, libenti animo statuimus explere. Audito ergo Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibusque attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem in Caelum Assumptam totius recens erectae dioecesis Zipaquirensis caelestem apud Deum *Patronam* facimus ac renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis quae praecipuis regionum Patronis rite competunt.

Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Augusti, anno **MCMLii,** Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

TEMPLUM SANCTI ANTONII, ((DO EMBARÈ)) NUNCUPATUM, IN URBE AC DIOECESI ((DE SANTOS)) POSITUM, TITULO BASILICAE MINORIS ORNATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Praeclaro Templo curiali Sancti Antonii « do Embarè », quod dicunt, urbi « Santos » eiusdemque nominis dioecesi, quemadmodum accepimus, non mediocre affertur decus atque ornamentum. Haec enim Aedes, circiter ante viginti annos excitata, non solum propter molis amplitudinem probatur, sed etiam ob structurae genus « Gothicum », opera, ad artis rationem efiicta, et imagines, summa colorum venustate expressas. Sacra quoque supellectile eaque magni pretii ita est instructa ut nihil videatur esse desiderandum quod ad domus Dei nitorem atque dignitatem. Sed, quod potissimum Nostra interest, Sodales Franciscales Cappuccini, quibus est Ecclesia concredita, et Christifideles in cultu ac religione impigri versantur atque opificum societates, ad paroeciam pertinentes, pio vigent labore et industria amplamquè fructuum metunt copiam. Quibus permotus, religiosis illis Sodalibus ea in regione Praepositus submisse Nos rogavit ut Templum, tot laudibus ornatum, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus, Venerabilis Fratris Idilii Soares, Episcopi de « San-

tos », commendatione suffultis, libenter admissis, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroeciale Templum Sancti Antonii « do Embarè » nuncupatum et in urbe ac dioecesi « de Santos)) positum, honore ac titulo *Basilicae Minoris* condecoramus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae Aedibus eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac aefiniendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die **III** mensis Novembris, anno **MDCCCCLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis.

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

III

BEATA MARIA V., ((A SEPTEM DOLORIBUS » APPELLATA, DIOECESIS PINNENSIS-PISCARIENSIS CAELESTIS PATRONA AEQUE PRINCIPALIS CUM SANCTO CETAEO ET SANCTO MAXIMO DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Augusta Dei Genetrix Maria, a septem doloribus nuncupata atque vetusto expressa simulacro, in urbis Piscariensis curiali Templo, ab eadem Deipara appellato, perpetuis, ut accepimus, excolitur obsequiis. Quae religio, a saeculo xvi repetenda, non solum numquam resedit, sed per hominum aetates amplioribus est aucta incrementis; potissimum eadem perfusi sunt eius urbis atque continentis regionis cives, cum imago illa non ita pridem circumferretur, ac si Alma virgo ipsa longe lateque peregrinantur ut homines ad christiana instituta diligentius obeunda revocaret. Ex quo factum est ut anniversa-

rio piae huius « peregrinationis » die Christifideles plurimi ad Aedem illam Piscariensem accederent, Sanctam Mariam a septem doloribus praecipuis honoribus veneraturi. Quo igitur laudata haec animorum alacritas magis magisque confirmaretur, Venerabilis Frater Benedictus Falcucci, Episcopus Pinnensis-Piscariensis, Nobis supplicavit ut Almam Deiparam hoc nomine insignem eiusdem dioecesis praecipuam Patronam cum Sancto Cetaeo et Sancto Maximo renuntiare dignaremur. Quae vota pro Nostro erga Caelorum Reginam amore eiusque cultus propagandi studio, libenter statuimus explere. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto omnibusque attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra ac de Apostolicae potestatis plenitudine} harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Virginem Mariam, a septem doloribus appellatam, Caelestem dioecesis Pinnensis - Piscariensis *Patronam aeque principalem* cum Sancto Cetaeo et Sancto Maximo constituimus et declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt, additaque facultate eius sollemnia die xv mensis septembris ritu duplici primae classis cum octava quotannis celebrandi. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **III** mensis Decembris, anno **MCMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. IGNATIUM TIT. BASILICAE XII APOSTOLORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM TÁPPOUNI, PATRIARCHAM SYRORUM ANTIOCHENUM DENA LUSTRA EPISCOPATUS AC QUINA LUSTRA PATRIARCHAE MUNERIS FAUSTE CELEBRATORUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Pergratae Nobis exstitere litterae, quibus, appetente Nativitatis Domini die, tuam erga Nos observantiam et fervida prosperitatis omina exhibere voluisti. Quae quidem humanitatis officia eo iucundius libentiusque tibi rependimus, quod novimus te proxime esse celebraturum et quinquagesimum a suscepto episcopatu annum et quinque fere lustra, postquam ad patriarchatum Syrorum Antiochenum cunctis suffragiis auspicato electus es. Semper enim in diuturna sacri muneris perfunctione divinum honorem animarumque salutem peculiari cura et sollertia es persecutus. In ipso iuventutis flore clericos docuisti in Seminario Syro-Chaldaeo a Sancto Ioanne, Fratrum Praedicatorum, operam navasti apud Delegationem Apostolicam de Mausilio et Mesopotamia, itemque scholae Syriacae regimen tenuisti. Deinde episcopali auctus dignitate, quum esses in civitate Mardensi Vicarius Patriarchalis, priore bello per orbem atrociter saeviente, a Turcis Aleppum deportatus, per sex menses in tenebris carceris misere iacuisti ; tum, innocentia tua omnibus patefacta, liberatus, omnia studia nisusque convertisti ad vitam christianorum cuiuslibet ritus servandam, ad servitutem tot orphanorum in discrimine versantium avertendam. Ea quidem tempestate multae infidelium familiae in sinum Ecclesiae receptae sunt. Postea electus Archiepiscopus Aleppensis, plures scholas aedesque sacras condidisti et, bona ecclesiastica prudenter administrando, ad fovendam gregis prosperitatem e jusque mores perficiendos omnia consilia opesque tribuisti. Denique Patriarcha Syrorum Antiochenus creatus, assiduas curas impendisti, ut novae sacrae missiones instituerentur, ut monasterium in urbe Charfet apte amplifìcaretur, ut e solo excitarentur plures ecclesiae, scholae et ipsa Patriarchatus sedes, affabre exornata. Quae quidem egregia merita Pius XI, Noster ven. mem. Decessor, benigne respiciens, ad amplissimum Ecclesiae Senatum te voluit cooptare. Nos autem, qui

probe novimus constantem tuam cum Apostolica hac Sede et Nobiscum coniunctionem et desiderium, quo ipse flagras, videndi dissidentes istic filios ad Romanam Ecclesiam feliciter redire, oblata in praesens occasione, tibi, Dilecte Fili Noster, de sacro ac pastorali ministerio tam diuturne actuoseque gesto ex animo gratulamur, simulque Deum rogamus, ut supernis te donis liberaliter augeat, traditique gregis utilitati quam diutissime incolumem servet ac tueatur. Quo interea sollemnia proxima uberiores salutis fructus christiano populo afferre queant, tibi ultro potestatem largimur, ut, statuta die, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Caelestium autem gratiarum in auspicium, inque peculiaris Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, universoque clero ac populo tuae vigilantiae demandato peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die ix mensis Februarii, anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM P. D. CAROLUM PASCHALEM GRECO, EPISCOPUM ALEXANDRINUM, OB REVOLUTUM SAECULUM AB EADEM DIOECESI CONDITA.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Primo abeunte saeculo a condita dioecesi, tum Alexandriae, tum in urbe quoque Natchitochensi, quae eiusdem ditionis usque ad annum MCMX prior exstitit sedes, opportunum initum est consilium iucundi eventus conimemorationem habendi, ut sollemnes pro collatis beneficiis Deo gratiarum raddantur actiones. Ista enim dioecesis ab humili origine, centum labentibus annis, felicia profecto suscepit incrementa. Dum initio quinque sacerdotibus, curae animarum praepositis, et una schola catholica tantummodo constabat, nunc vero tot floret sacris administris et religiosis sodalibus, tot viget paroeciis cum suis scholis, novis ecclesiis et sacellis pro sacris missionibus, tot fovet pietatis caritatisve instituta itemque monasteria ; quorum omnium haud parvus numerus tibi ipsi debetur, qui etiam novas sedes Minori clericorum Seminario et cu-

riae dioecesanae constituisti, novasque erexisti domos exercitiis agendis spiritualibus, iuventuti christianae instituendae, infirmis apta ratione curandis. Haec sane pia instituta ac salutaria opera in Ecclesiae civilisque consortionis bonum atque prosperitatem proficient. Nos igitur, quos pro apostolico Nostro ministerio sollicitudo omnium ecclesiarum semper angit atque sollicitat, sollemnibus saecularibus proxime paragendis cumulum addere volumus Nostris votis atque ominibus, quae hisce litteris tibi publice declaramus; tibique libenter facultatem tribuimus, ut, die statuta, in utraque dioecesis sede, priore et altera, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae conditionibus lucrandam. Denique certa fiducia freti, te moderante, cura sacrorum ministrorum favente et adiuvantibus Actionis Catholicae sodalibus, dioecesim istam maiora in dies accepturam esse incrementa, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, cunctoque clero et fideli populo tuae vigilantiae tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxi mensis Aprilis, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

III

AD EMUM P. D. EMMANUELEM TIT. SANCTORUM MARCELLINI ET PETRI S. R. E. PRESB. CARDINALEM GONÇALVES CEREJEIRA, PATRIARCHAM LISBONENSEM, QUINTUM AC VICESIMUM ANNUM A SUSCEPTO EPISCOPATU IMPLENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Faustum laetumque eventum, episcopatus nempe tui natalem quintum ac vicesimum, proximo Iunio mense tibi contingere ineundo sane animo intelleximus. Quam quidem oblatam occasionem publice confirmandi Nostram erga te benevolentiam nolumus praeteriri silentio. Constat enim te, hac temporis diuturnitate, in praenobili ista sede patriarchali, primo tamquam Auxiliarem Archiepiscopum, deinde ut Patriarcham, Romanae purpurae splendore exornatum, pastorale munus actuose obiisse. Exstant inter cetera sollertiae tuae egregia documenta sedes utriusque Seminarii tam affabre congruenterque conditae et sollicitae

curae sive ad clericorum doctrinas virtutesque perficiendas sive ad consociationes laicorum de Actione catholica omni studio provehendas. Recens autem, ut alia oinittamus, ipse es feliciter perfunctus legationis munere, quod tibi concredimus, ut nomine Nostro saecularibus praeesses sollemnibus, quae in obitus Sancti Francisci Xaverii memoriam Goae superiore exeunte anno peracta sunt. Quas quidem laudes suaviter memorantes, tibi, Dilecte Fili Noster, de pastorali officio tam diu utiliterque gesto ex animo gratulamur, precibusque Deo instanter admotis, superna dona ac solacia impense adprecamur. Quo autem sacri eventus celebratio salutarior exsistat, potestatem tibi concedimus, ut, die constituta, Sacris pontificali ritu operatus, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestis interea auxilii in auspicium, inque peculiaris Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, tuisque Auxiliariis Episcopis itemque universo clero ac populo tuae vigilantiae tradito amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Maii, anno **MDCCCCVIII**,, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

IV

AD EXCMUM P. D. THOMAM EDMUNDUM MOLLOY., ARCHIEPISCOPUM EPISCOPUM BRUKLYNIENSEM, PRIMO ABEUNTE SAECULO AB EADEM DIOECESI CONDITA.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quum mox centum revolventur anni, postquam dioecesis, cui moderarás, constituta est, optimo iure censuisti recolenda esse tot beneficia, quae hac temporis diuturnitate fideli isti populo Deus munifica largitate conferre voluit. Ex parvo sane catholicorum grege, quae initio quindecim milia fidelium complectebatur, ad ter decies centena et quadraginta milia eorum numerus felicissime increvit, congruentesque aedes sacrae, praesertim paroeciales^ sacrorum administrorum copia, sodales religiosi, scholae et collegia, pietatis caritatisve instituta multiplicata sunt magisque in dies florent vigentque. Dum igitur tibi et decessoribus tuis meritam laudem tribuimus ob sollertiam atque alacritatem,

quibus in pastorale officium incubuistis, proxima saecularia sollemnia fervidis secundisque votis prosequimur ac Deum admota prece exoramus, ut fideles tibi traditi et copia bonorum operum et salutis fructuum ubertate maiores in posterum adauctus suscipiant. Interea libenter tibi potestatem damus, ut, die constituta, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Caelestis denique praesidii nuntia ac peculiaris Nostri amoris testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Prater, cunctoque clero ac populo tuae vigilantiae commisso amantissime in .Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvi mensis Iunii, anno **MDCCCCVIII**„ Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DE POUSO ALEGRE - GUAXUPENSIS

DECRETUM

COMMUTATIONIS FINIUM

Cum nuper expostulatum fuerit ab Apostolica Sede ut limites inter dioecesim de Pouso Alegre et dioecesim Guaxupensem cohaererent cum limitibus civilibus, Ssmum Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, perpendens petitionem in bonum spirituale fidelium cessuram, eidem benigne annuendum censuit.

Quare, attento favorabili voto Excmi P. D. Caroli Cbiarlo, Archiepiscopi titularis Amideni et in Brasiliana Republica Nuntii Apostolici, necnon consensu Excmi P. D. Octavii Chagas de Miranda, Episcopi de Pouso Alegre et Excñii P. D. Hugonis Bressane de Araujo, Archiepiscopi titularis Cotradensis et Administratoris Apostolici Guaxupensis, de Apostolicae potestatis plenitudine atque suppleto, quatenus opus sit, consensu aliorum interesse habentium aut habere praesumentium, statuit ut, vi praesentis Consistorialis Decreti, perinde valituri ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, fines praefatarum dioecesium deinceps circumscribantur prout in sequentibus : « Começa no entroncamento do divisor da vertente da margem esquerda do corrego do Tamanduá com o divisor de aguas do ribeirâo da Prata, no marco n. 79 da Linha divisoria com o Estado de S. Paulo; segue pelo espigáo divisor de aguas da margem esquerda do corrego do Tamanduá e desee pelo espigáo até atingir a foz do corrego do Tamanduá no ribeirâo das Antas ; sóbe por este ribeirâo até a foz do corrego Mata-Vaca ; sóbe por este corrego até sua cabeceira, no Alto da Consulta ; continúa pelo divisor de aguas do

Rio Verde e do ribeirão Laranjeiras até defrontar a cabeceira do eorrego do Olaudino ; desee por este e pelo eorrego da Angolinha até sua foz no rio Pardo e por este rio até a f oz do eorrego das Foices ; continúa pelo divisor da vertente da margem direita do corrego das Foices, contorna as cabeceiras do corrego Capituva, passando pela serra do Milho Verde, e continúa pelo divisor de aguas dos rios Cabo Verde e Machado de um lado e rio Pardo de outro lado, até a serra do Tripui, no ponto fronteiro à cabeceira do afluente do corrego Sepultura, cuja foz está cerca de dois e meio quilómetros acima da foz deste corrego, no rio Machado ; da serra do Tripui, no ponto fronteiro à cabeceira do corrego do Retiro, pelo espigâo alcança a cabeceira do afluente do corrego da Sepultura, desee por este afluente até o córrego da Sepultura, e por este até o rio Machado ; desee pelo rio Machado até a cachoeira do Poco Fundo, sobé a encosta da margem esquerda do rio e continúa pelo divisor dos rios Machado e do Peixe até o entroncamento do divisor entre os rios Muzambo e do Peixe, na serra Negra ; prosseque por este divisor, passando pelas serras Negra e da Piedade, até o seu entroncamento com o divisor da vertente da margem direita do corrego da Conceiçâo ; segue por este divisor e pelo divisor da vertente da margem esquerda do córrego do Barreirinho atingindo, por espigâo, o rio Machado, na foz do ribeirão Grâo Mogol ; sóbe a encosta da margem direita do rio Machado e segue pelo divisor da vertente da margem esquerda do ribeirão Gräo Mogol até o ponto fronteiro à cachoeira acima da fazenda da Limeira; desee a encosta e atinge o ribeirão Gräo Mogol, na foz do seu primeiro afluente da margem esquerda, acima da referida cachoeira; sóbe pelo ribeirão Gräo Mogol e pelo seu afluente direito, cerca de um quilómetro abaixo da fazenda do Gräo Mogol, atéacabeceira deste afluente ; segue pela serra do Arranca Rabo no divisor dos rios Machado e Dourado, passando pelo Alto do Buracäo, até a cabeceira do córrego do Pinhalzinho ; segue por este córrego até sua foz no ribeirão do Ouvidor ; desee por este ribeirão até a foz dos córregos Maria Barbara e Pio ; desee pelo ribeirão do Ouvidor até a foz do córrego da Pequetita; sóbe por este até sua cabeceira; segue pelo espigâo contornando as cabeceiras do córrego Congonhal, de um lado, e córregos José Saturnino e Capituva de outro lado, até defrontar a cabeceira do córrego da Rocinha; desee por este córrego tate o rio Dourado e por este até sua foz no rio Sapucahy ».

Ad haec omnia executioni mandanda Ssmus Dominus deputare dignatus est memoratum Excmum Nuntium Apostolicum, tribuens ei necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere

etiam imposito ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem mittendi, quam primum, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 19 Ianuarii 1952.

✠ Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. ✠ S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

II

SANTAREMENSIS - XINGUENSIS

DECRETUM

COMMUTATIONIS FINIUM

Paroecia vulgo « Almeirim », Praelaturae *nullius* Santaremensi, in Brasilia, obnoxia, a flumine « Rio dos Amazonas » in duas partes dividitur ; fidelium vero in parte paroeciae quae ad dexterum fluvii cursum patet commorantium, spiritualem curam, viginti abhinc annos, exercent — consentiente Praelato Santaremensi — Sodales Congregationis Pretiosissimi Sanguinis, quibus finitimae Praelaturae *nullius* Xinguensis concredita est administratio.

Nunc autem Excmi PP. DD. Ioannes Loewenau, Episcopus titularis Drivastensis, Praelatus *nullius* Santaremensis et Clemens Geiger, Episcopus titularis Olenensis, Praelatus *nullius* Xinguensis, collatis consiliis, ab Apostolica Sede expostulaverunt ut praedicta pars paroeciae « Almeirim » a Praelatura Santaremensi distraheretur et Praelaturae Xinguensi perpetuo aggregaretur.

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, attento favorabili voto Excmi P. D. Caroli Chiarlo, Archiepiscopi titularis Amideni et in Brasiliana Republica Nuntii Apostolici atque de consilio infrascripti Cardinalis, huius S. Congregationis Secretarii, ratus petitionem in bonum spirituale fidelium cessuram, benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit aliorum interesse habentium aut habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, paroeciae partem, quam supra memoravimus, a territorio Praelaturae *nullius* Santaremensis seiungit et territorio Praelaturae *nullius* Xinguensis adnectit.

Proinde ntrinsqne Praelaturae in hac parte novus limes initium sumet a loco in quo fluvius vulgo « Xingú » confluii in flumen vulgo « Rio dos Amazonas)) ; huius amnis servato cursu, pervenit ad locum ubi laeva ripa fluminis vulgo « Guajará » ipsum « Rio dos Amazonas » occurrit, ita ut et ambas insulas ibi extantes includat. Confinium inde sequens juga montium qui fluvios vulgo « TJruaru » et « Guajará » separant, iterum attingit limitem utriusque Praelaturae.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum Excmum Nuntium Apostolicum, tribuens ei necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere etiam imposito ad hanc S. C. Consistorialem mittendi, quam primum, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus presens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 2 Augusti 1952.

SB Fr. A. **I.** Card. Piazza, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © **S.**

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

III

DE POUSO ALEGRE - CAMPANIENSIS IN BRASILIA

DECRETUM

COMMUTATIONIS FINIUM

Concredito gregi sollicite studentes, Excmi PP. DD. Octavius Chagas de Miranda, Episcopus de Pouso Alegre et Innocentius Engelke, Episcopus Campaniensis in Brasilia, expostulaverunt ab Apostolica Sede ut limites suarum dioecesium ita immutarentur ut cum limitibus civilibus in pluribus cohaererent.

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, ratus petitionem in bonum spirituale fidelium cessuram, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quare, attenta favorabili sententia Excmi P. D. Caroli Chiarlo, Archiepiscopi tit. Amideni et in Brasiliana Republica Nuntii Apostolici,

conveniente quoque Emo Cardinali S. Congregationis Consistorialis a Secretis, suppleto quatenus opus sit aliorum interesse habentium aut habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, statuit ut praefatarum dioecesium fines prout in sequentibus deinceps circumscribantur : « Começa no rio Sapucahy, na foz do rio Dourado, e sóbe pelo rio Sapucahy até a foz do corrego Catanduva ; continúa subindo pelo rio Sapucahy até o corrego do Quilombo ou Ouro Canta ; continúa pelo espigáo divisor da margem esquerda do córrego do Quilombo ou Ouro Canta até o divisor da margem esquerda do ribeirâo Santa Barbara, defrontando a cabeceira do córrego da Bezerra e do córrego do Quilombo ou Ouro Canta ; segue poe esse divisor até a foz do ribeirâo Santa Barbara no rio Sapucahy; sóbe por este rio até a foz do rio Turvo no Sapucahy; sóbe pelo rio Turvo até a foz do ribeirâo do Areado; continúa subindo o rio Turvo até a divisa com Santa Catarina, na ponte proxima à fazenda Santa Maria- continúa por espigöes até o alto, ñas proximidades do Cafundó; segue pelo divisor da vertente da margem esquerda do rio Turvo até o spigâo dos Henriques, por este espigáo atinge o córrego que desee dos Fagundes, atravessa-o e continúa pelo espigáo dos Fagundes até encontrar o divisor de aguas do ribeirâo Vermelho e ribeirâo Capituva, na serra do Balaio ; continúa pelo mesmo divisor, constituido pela serra do Balaio e pelo divisor da vertente da margem direita do ribeirâo Vemelho, até a foz deste ribeirâo no rio Sapucahy; sóbe pelo rio Sapucahy até a foz do rio Lourenço Velho; segue pelo rio Lourenço Velho até a ponte da estrada de ferro Rôde Mineira de Viaçâo ; segue por um espigáo, rumo nascente ao alto da serra de S. Joâo ou Pedräo, segue voltando um pouco, abrangendo os lugares denominados Lagôa e Pedra Prêta, pertencentes à freguenzia de Pedralva, volta ao espigáo aguas vertentes, atravessa a estrada de ferro no lugar denominado Garganta no tejuco Preto; continúa no mesmo rumo e sempre aguas vertentes até a serra dos Pintos, dai voltando para o Sul desee aguas vertentes até o rio Lourenço Velho, entre os lugares denominados Barra à esquerda e Invernada à direita; sóbe pelo rio Lourenço Velho até o ponto fronteiro à ponta do espigáo da Cachoeirinha, trezentos metros abaixo da ponte do Mogyano ; continúa a subir pelo rio Lourenço Velho até a foz do córrego Itaguari; sóbe por esse córrego até sua cabeceira na serra da Mantiqueira, nos limites com o Estado de S. Paulo ».

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Ssnius Dominus deputare dignatus est memoratum Excmum Nuntium Apostolicum, tribuens ei necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de

quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere etiam imposito ad banc Sacram Congregationem Consistorialem mittendi, quam primum, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Eomae, ex Aed. S. C. Consistorialis, die 11 novembris 1952.

£ß Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. *ÍB* **S.**

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 27 Aprilis 1953. — Cathedrali Ecclesiae Cajazeirasensi praefecit Revmum D. Zachariam Rolim de Moura, parochum ecclesiae B. Mariae Virginis, quam Rectricem vocant, in oppido « Patos » nuncupato.

die 13 Maii 1953. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Anchialitanae Exc. P. D. Petrum Rivière, hactenus Episcopum Monoecensem.

— Cathedrali Ecclesiae Monoecensi R. D. Aegidium Barthe ex Archidioecesi Albiensi.

die **14** *Maii 1953.* — Cathedralibus Ecclesiis Gravinensi et Montis Pelusii, invicem perpetuo unitis, R. D. Aldum Forzoni, parochum ecclesiae collegialis S. Laurentii in oppido vulgo « Montevarchi », in dioecesi Fesulana.

die 21 Maii 1953. — Cathedrali Ecclesiae S. Agathae Gothorum R. D. Constantinum Caminada, praepositum parochum et vicarium foraneum loci « Angera » in archidioecesi Mediolanensi.

die 29 Maii 1953. — Cathedrali Ecclesiae Aliphanae Revmum D. Virginium Dondeo, Cubicularium intimum supra numerum Sanctitatis Suae, canonicum Capituli Cathedralis Cremonensis et rectorem Seminarii dioecesani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Serrensi in Proconsulari R. D. Franciscum Green, Vicarium Generalem dioecesis Tucsonensis et parochum Ss. Petri et Pauli Apostolorum in eadem civitate, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Danielis Iacobi Gercke, Episcopi Tucsonensis.

die 17 Iunii 1958. — Titulari episcopali Ecclesiae Methonensi Exc. P. D. Bertholdum Bühl, hactenus Episcopum Orurensem.

— Cathedrali Ecclesiae Orurensi Exc. P. D. Aloisium Rodríguez, hactenus Episcopum titularem Thennesiensem.

die 20 Iunii 1953. — Metropolitanae Ecclesiae Ottaviensi Exc. P. D. Iosephum Mariam Lemieux, hactenus Episcopum Gravelburgensem.

die 2k Iunii 1953. — Cathedrali Ecclesiae Mcosiensi Exc. P. D. Clementem Gaddi, Antistitem Urbanum, Pro Vicarium Generalem dioecesis Comensis, praepositum parochum ac vicarium foraneum loci « Cernobbio ».

die 30 lumi 1953. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Ephesinae Revmum P. D. Sebastianum Baggio, e dioecesi Vicentina, Antistitem Urbanum, S. C. Consistorialis Substitutum, quem deputavit Nuntium Apostolicum in Chilena Republica.

die 3 Iulii 1953. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Selgensi Exc. P. D. Ioannem Baptistam Por tocar rer o Costa, hactenus Episcopum Mossorensem, quem constituit Coadiutorem sedi datum Metropolitanae Ecclesiae Olindensis et Recifensis.

die 11 Iulii 1953. — Titulari episcopali Ecclesiae Cadoënae R. D. Ioannem J. Krol, Cancellarium Curiae Episcopalis Clevelandensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Edoardi Francisci Hoban, Archiepiscopi-Episcopi Clevelandensis.

SACKA CONGREGATIO RITUUM

i

TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI FRIDERICI ALBERT, VICARII PAROECIALIS ET FORANEI LANCEI TAURINENSIS, FUNDATORIS CONGREGATIONIS SORORUM VINCENTIAN ARUM AB IMMACULATA CONCEPTIONE.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in casu et ad effectum de quo agitur.

Alma Sanctorum atque plurium Dei Servorum mater, Taurinensis Archidioecesis merito est existimanda. E suo enim sinu elapso saeculo orti sunt Iosephus Benedictus Cottolengo, Ioannes Bosco, Iosephus Ca-

fasso, qui abhinc paucos annos Canonizationis gloriam, Dominicus Savio Beatificationis, sunt assecuti; duodecim saltem ad Beatificationem properare videntur; Ven. Fridericus Albert vero tot tantisque virtutibus enituit, ut heros sit existimandus, uti ex dicendis comprobatur.

Augustae Taurinorum ortus est Servus Dei die 16 Octobris mensis anno 1820 ex Aloisio et Lucia Riccio morum honestate et religione claris, qui sex filios genuerant, quos recte educarunt, quorum primus Fridericus extitit. Hic eorum curae egregie respondit, eis reverentiam ac oboedientiam praestans. De vitae statu capessendo Deum enixe adprecatur, vocari ad sacra ministeria persensit, atque ecclesiasticis disciplinis sedulo incumbens, a. 1842 doctoralem lauream in sacra theologia magna laude est assecutus. Sequenti anno ad presbyteratum promotus sacerdotalia munia coepit exercere, uberes colligens fructus, magnamque aestimationem. Quapropter a. 1847 Regius Cappellanus fuit electus, quod officium, ut sacerdotem decet, exercuit. Nam sacram Missam summa devotione celebrabat, quod adstantium pietatem mire fovebat, atque paenitentiae sacramentum ministrando fidelium, ex aula quoque regia, fiduciam sibi conciliabat : in verbo autem Dei praedicando, iuxta Apostoli praeceptum : *Verbum Dei non est alligatum* (2. Tim., 2, 9) evangelica libertate vitia, procerum quoque eiusdem aulae, fortiter arguere non haesitabat. Fuit quoque paroeciae S. Caroli rector.

Lancei Taurinensis Vicarius Paroecialis ac Foraneus electus, forma spiritualis gregis factus, in huius bonum se impendit ac superimpendit studiosissime. Parochiale fatiscens templum renovavit atque non solum, quum pingendi ac sculpendi artem calleret, sua manu ornavit, sed non abhorrait a manuali labore, saxa e longe congregans ac suis humeris portans ad eius aedificationem. Divinum cultum sedulo promovit, erga sacrum Cor Iesu religionem primo in suam paroeciam invexit, Sacra* mentorum frequentiam excitavit. Sanctitate, aspero vitae genere, ferventi oratione ac effusissima in pauperes et egenos caritate plurimos Deo reconciliavit, morum licentiam compescuit atque intermissa pietatis officia reflorescere fecit. At hic non restitit. Quum efficaci eloquentia esset ditatus, praedicationibus ac sacris expeditionibus hac illae, ipso Archiepiscopo impellente, assidue vacavit.

Plurimorum puerorum ac puellarum a parentibus, agrestibus laboribus necessario intentis, interdiu absque custodia relictorum condicionem miseratus, asylum, hospitia, educationis domum constituit; periclitantibus puellis providit; collegium agrariamque coloniam fundavit, divinae Providentiae auxilio confisus, quae nunquam ei defuit. Ut horum omnium regimini consuleret, pluribus difficultatibus superatis.

novam Sororum religiosam instituit familiam, cui nomen imposuit : Congregatio Sororum S. Vincentii a Paulo ab Immaculata Conceptione. Quae Congregatio aliaque eius opera adhuc supersunt ac forent.

Insignia eius merita Apostolica Sedes perpendens bis ad Episcopalem sedem, Bugellensem prius, Pineroliensem postea, regendam eligere conata est, sed humillimus Dei Servus adeo, ne onus cogeretur suscipere, institit, ut Summus Pontifex eius postulationi acquiescere!;, maximo eius gaudio. Die 28 Septembris a. 1876 dum super contabulatione in sacello *B.* Ioseph dicato eius ornatui incumbit, praeceps ruit. Capite graviter fracto, adhuc biduum perstitit sensibus destitutus : ac tandem Extrema Unctione perunctus animam egit.

Cum sanctitatis fama vehementius eo demortuo erupisset, B. P. D. Gastaldi, Taurinensis Archiepiscopus, splendida de eius virtutibus atque operibus praeconia peregit. Eum dixit parochorum exemplar atque indefessum Dei praeconem in sacris expeditionibus ad populum; in eo miro fulgore micuisse fidem, pietatem, humilitatem, corporis atque animi mortificationem, prudentiam, et praecipue caritatem, qua totum, sui oblitum, sacro se ministerio mancipasset; instituta in animarum utilitatem a se condita alte conclamare ac testari eius mentem, quae tempora ferrent praeoccupantem, et cor zelo, morae impatiente, fervens.

Fama hac recognita, Beatificationis causa die 13 Iunii a. 1934, Pio Papa XI f. r. commissionem subsignante, fuit introducta. Peractis quoque Apostolicis inquisitionibus de earum atque informativi processus iuridica vi favorabile decretum die 17 Aprilis anno 1940 fuit editum.

Hisce praemissis, Antepraeparatoria super virtutibus Congregatio coram Rmo Cardinali Carolo Salotti causae Ponente, die 24 Octobris a. 1944 habita est ; Praeparatoria vero die 20 Iulii a. 1948 ; Generalis, demum, coram Ssmo D. N. Pio Papa XII, die 4 Novembris nuper elapsi anni in qua Rmus Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus, causae Ponens dubium proposuit discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum, tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Rmi Cardinales, Officiales, Praelati, Patresque Consultores suum ediderant suffragium. Beatissimus vero Pater mentem suam aperire de more distulit, caeleste lumen Suis atque adstantium precibus imploraturi.

Porro diem hunc selegit ut Suam ederet sententiam. Coactis itaque eodem Riño Cardinali causae Ponente atque infrascripto Cardinali

S. E. O. Pro-Praefectq, nec ñon R. P. Salvatore Natucci Generali Fidei Promotore meque Secretario, Eucharistico sacrificio religiose litato, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum, tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis Venerabilis Servi Dei Friderici Albert in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum promulgari ac in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 16 Ianuarii a. D. 1953.

£8 C. Card. **MICARA**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L.ffîS.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

II

SANCTI FLORI

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI CATHARINAE JARRIGE E TERTIO ORDINE S. DOMINICI.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Miserentis Dei Providentia, dum atroces saeviunt contra catholicam Ecclesiam insectationes, viros quosdam ac mulieres suscitare assolet, qui Christi confessoribus multiplex adiumentum afferant, Sacerdotes absconditos, ne in impiorum manus incidant, industria admoneant, ut hi sacramenta fidelibus valeant tuto administrare, atque Eucharisticum sacrificium occulte celebrare. Nec raro contigit eos ipsum sacrum Christi corpus carcere detentis afferre in eorum solamen ac viaticum. Acta non solum veterum sed etiam recentiorum immo nostri temporis martyrum plura horum specimina nobis exhibent.

In teterrima gallica eversione saeculi decimi octavi elabentis ac decimi noni ineuntis plures héroes, periculis ipsius vitae spretis talia operati sunt, e quibus commemorare iuvat: S. Magdalenam Postel, S. Elisabeth Bichier des Ages, S. Andream Hubertum Fournet, S. Ioannam

Antidam Thouret, B. Annam Mariam Javouhey aliosque non paucos. Quos inter merito Venerabilis Catharina Jarrige e tertio Ordine S. Dominici est annumeranda.

Huic, humillimo loco natae e piis honestisque parentibus Petro et Maria Céladier, die 4 Octobris mensis anni 1754 in pago Doumis apud Mauriac Claramontanae tunc Dioecesis, modo S. Fiori, in sacro baptismo Catharinae nomen inditum est.

Horum diligenti studio ad pietatem morumque honestatem septem, quos genuerunt, filii instituti sunt. Catharina autem, ut videtur, ceteros bonitate praestabat.

Familiari inopia pressus pater famulatui se locavit. Catharina ipsa, sicut et ceteri fratres sororesque, licet vix novem annorum puella, famulatui pariter destinata est quod quidem munus sedulo absolvit, cuius officiis diligenti studio fungebatur, a dominis ipsis saepe laudata.

Tertio Ordini S. Dominici adscribi voluit, ut ad perfectionem christianam via sibi facilior pateret, domicilium in oppido Mauriac collocans; ubi spiritualibus auxiliis abundantius f meretur.

Gallica oborta ac saeviente insectatione, Servae Dei virtus heroica facta est. Etenim ut spirituali proximorum bono pro suo posse consuleret, nulli pepercit industriae, nulli se subtraxit incommodo, nulli molestiae, nulli periculo. Devios revocare, bonos in fide ac religione confirmare, pueris baptismum absente sacerdote ministrare, sacerdotibus praecipue suppetias ferre, sacra paramenta, calicem, materiam pro sacrificio deferre, diu noctuque vigilare ne fideles sacris assistentes a satellitibus agerentur in vincula, in deliciis habuit. Carcerem passa, nunquam a recto tramite declinavit. Politicis rebus aliquanto sedatis, ad mortem usque, in animorum salutem impensius adlaboravit. In bona senectute die 4 Iulii a. 1836, sacramentis refecta, meritis onusta, pienissime animam Deo reddidit. Sanctitatis fama, qua vivens fruebatur, post eius mortem non deferbuit, sed viva permansit. Verum Ordinaria auctoritate inquisitiones sero peractae sunt, nempe a. 1911, quinque supra septuaginta annos a Servae Dei morte, quod magnum causae detrimentum attulit ad probationem specificam virtutum quod attinet. Verum dilatio haec non labefactavit sanctitatis famam ; quae tempore Ordinarii processus vigebat, vigetque adhuc. Quare Pius XI f. r. commissionem Introductionis causae die 12 Iunii a. 1929 Sua manu signavit. Apostolico condito processu, Antepraeparatoria Congregatio die 9 Ianuarii a. 1945 coram Emo Cardinali Rossi f. m. habita fuit. Ob deficientiam testium de visu atque insufficientiam testium de auditu a videntibus Historicae Nostrae Congregationis Sectioni officium est commissum documenta

inquirere ac iuxta criticae leges cribrare ac de eorum vi probativa iudicare. Ex hoc studio huius Servae Dei vita tuto ac iuridice undequaque vera prosiluit. Praeparatoria itaque Congregatio potuit celebrari die 22 Iunii a. 1948; denique die 4 Novembris elapsi nuper anni, coram Ssmo D. N. Pio Papa XII habita est generalis, in qua Cardinalis infrascriptus Causae Ponens, dubium discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Rmi Cardinales, Officiales, Praelati, Patresque Consultores suum edidere suffragium. Beatissimus vero Pater noluit tunc suam mentem aperire maius a Deo imploraturus lumen, Suis aliorumque precibus.

Diem hunc glorioso martyri Marcello Pontifici Summo sacrum ad edendam sententiam constituit.

Accivit itaque infrascriptum Cardinalem S. R. C. Pro-Praefectum, Causaeque Ponentem, R. P. Salvatorem Natucci Fidei Generalem Promotorem meque Secretarium, atque, divina litata Hostia, edixit : *Ita constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Tempetantia, Fortitudine earumque adnexis, Venerabilis Catharinae Jarrige, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur, ut ad ulteriora procedi possit, ad disceptationem nempe trium miraculorum.*

Datum Romae, die 16 Ianuarii a. D. 1953.

Çfe C. Card. **MICARA**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

© S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì **28** maggio **1953,** il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. ANOUAR HATEM, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di Siria, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Giovedì, **2** luglio **1953,** il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. D. Luis ALFONSO ORTIZ BILBAO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica dell'Equatore, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Lunedì, **20** luglio **1953,** il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Maestà SALÓTE TUPOU, Regina di Tonga.

SAGRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Nel Congresso della S. Congregazione dei Riti ,tenuto sabato 18 aprile, è stato discusso sulla validità dei Processi delle Serve di Dio:

1. Caterina Kasper, fondatrice dell'Istituto delle Suore Povere di Gesù Cristo.
2. Marta Le Bouteiller, religiosa professa dell'Istituto delle Suore delle Scuole Cristiane della Misericordia.
3. Eugenia Joubert, religiosa professa della Congregazione delle Suore della S. Famiglia del Sacro Cuore.

Ë stato ancbe discusso sul non culto dei Servi di Dio Giovanni Battista Turpin du Cormier e Compagni; Maria Lbuillier e Compagni ; Giacomo Burin, Parroco, uccisi in odio alla fede nel 1794.

Martedì 21 aprile 1953, nel Palazzo Apostolico "Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto sulla eroicità delle virtù dei Servi di Dio :

1. Michele Rua, sacerdote della Società Salesiana di S. Giovanni Bosco (Salesiani).
2. Elena Guerra, fondatrice delle Oblate dello Spirito Santo, dette « Suore di S. Zita ».

Martedì 28 aprile 1953, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *nuova preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi tanno discusso sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Lodovico Edoardo Cestac, sacerdote, fondatore della Congregazione delle Serve di Maria.

Gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno inoltre preso in esame le relazioni dei Revisori teologi sopra gli scritti dei Servi di Dio :

1. Giuseppe Maria Chiron, sacerdote del III Ordine di San Francesco.
2. Giovanni Giacomo Bazin, sacerdote, fondatore della Congregazione delle Suore della Misericordia.
3. Antonio Basilio Moreau. sacerdote, fondatore della Congregazione di Santa Croce.
4. Giovanna di Gesù, religiosa del III Ordine di S. Francesco, fondatrice dell'Istituto delle Francescane Penitenti Recollette.

Martedì 12 maggio 1953, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della beata Maria Crocifissa Di Rosa, Vergine, fondatrice dell'Istituto delie Ancelle della Carità.

Gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno inoltre esaminato le relazioni dei Revisori teologi degli scritti dei Servi di Dio :

1. Francesco Crusàts, sacerdote professo della Congregazione dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria.
2. Guido Negri, laico.
3. Celina Chludzinska, vedova Borzecka, fondatrice dell Istituto delle Suore della Risurrezione di N. S. G. C.

Martedì 26 maggio 1953, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Clelia Barbieri, fondatrice delle Minime della Vergine Addolorata.

Martedì 9 giugno 1953, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione del beato Pietro Luigi Maria Chanel, sacerdote della Società di Maria (Maristi) protomartire dell'Oceania.

Gli Emi e Revmi Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno inoltre discusso sugli scritti del Servo di Dio Daniele Comboni, vescovo tit. di Claudiopoli, Vicario Apostolico dell'Africa centrale, fondatore dell'Istituto dei Figli del Sacro Cuore (Missioni Africane di Verona) e della Congregazione delle Madri della Mgrizia.

Martedì 30 giugno 1953, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Eiñi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Maria Eugenia di Gesù, fondatrice dell'Istituto delle Suore dell'Assunzione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

3 gennaio 1953. L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore delle Suore delle Divine Vocazioni di Pianura* (Pozzuoli).

27 marzo » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Ottaviani Alfredo, *Protettore del Pontificio Collegio Nepomuceno in Roma.*

» » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Tisserant Eugenio, *Protettore della Congregazione dei Sulpiziani* (Parigi).

28 » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Valeri Valerio, *Protettore delle Povere Ancelle della Madre di Dio* (Roma).

2 aprile » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Valeri Valerio, *Protettore delle Figlie di Gesù di Saint-Joseph de Kermaria, Locminé* (Vannes).

» » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Maestre Pie dell'Addolorata* (Rimini).

10 » » S. E. Revma Monsig. Cunial Ettore, Arcivescovo tit. di Soteropoli, *Secondo Vicegerente di Roma.*

11 » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Ottaviani Alfredo, *Protettore dei Missionari del Sacro Cuore di Gesü* (Roma).

14 » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Borgongini Duca Francesco, *Protettore delle Figlie del Sacro Cuore di Gesù* (Roma).

16 » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Lercaro Giacomo, *Protettore delle Suore Mantellate Serve di Maria Addolorata di Galeazza Pepoli* (Bologna).

27 » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Ottaviani Alfredo, *Protettore delle Orsoline di Maria Immacolata* (Piacenza).

30 » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Dalla Costa Elia, *Protettore delle Suore Oblate Ospedaliere di Santa Maria Nuova* (Firenze).

30 aprile 1953. L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Borgongini Duca Francesco, *Protettore delle Orsoline della Unione Romana.*

» » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Lercaro Giacomo, *Protettore delle Ancelle del Sacro Cuore di Gesù, sotto la protezione di San Giuseppe* (Bologna).

» » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Piazza Adeodato Giovanni, *Protettóre delle Sorelle Minime della Ca. rità di Maria Addolorata « Campostrini »* (Verona).

7 maggio » S. E. Revma Monsig. Berteli Paolo, Arcivescovo tit. di Mcomedia, *Nunzio Apostolico in Colombia.*

19 giugno » S. E. Revma Monsig. Testa Giacomo, Arcivescovo tit. di Eraclea di Europa, *Delegato Apostolico in Turchia.*

25 » » L'Emo e Revmo Sig. Cardinale Ottaviani Alfredo, *Protettore delle Suore di San Francesco dell'Adorazione perpetua* (La Crosse, Wisconsin).

30 » » S. E. Revma Monsig. Baggio Sebastiano, Arcivescovo tit. di Efeso, *Nunzio Apostolico nel Cile.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 maggio 1953. L'Illmo e Revmo Monsig. Sensi Giuseppe, *Osservatore Permanente della Santa Sede presso Va U. N. E. S. C. 0. ».*

24 giugno » U Revmo Padre Teofilo Garcia, dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini, *Consultore della Pontificia Commissione per gli Studi Biblici.*

27 » » S. E. Revma Monsig. Kierkels Leone Pietro, Arcivescovo tit. di Salamina, *Consultore della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

4 luglio » L'Illmo e Revmo Monsig. Civardi Ernesto, *Sostituto della Sacra Congregazione Concistoriale.*

Parimente con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Vescovi Assistenti al soglio Pontificio :

4 luglio 1952. S. E. Revma Monsig. Coelho Mose, Arcivescovo di Paraiba.

19 aprile 1953. S. E. Remva Monsig. Debernardi, Giuseppe, Vescovo di Pistoia e Prato.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

28 marzo 1952. Monsig. Lauzière Emilio, della diocesi di Mcolet.

26 maggio » Monsig. O'Neill Giovanni, dell'arcidiocesi di Ottawa.

11 agosto)) Monsig. Leelaire Giovanni Carlo, della diocesi di S. Giacinto.

11	agosto	1952.	Monsig.	Quintal Vittorio, della medesima diocesi.
12	settembre	»	Monsig.	Roy Elia, dell'arcidiocesi di Québec.
28	ottobre	»	Monsig.	Doyon Paolo Emilio, della diocesi di Trois-Rivières.
17	aprile	1953.	Monsig.	Assemani Paolo, del patriarcato di Antiochia dei Maroniti.
27		»	Monsig.	Bedeschi Camillo, dell'arcidiocesi di Ferrara.

Prelati domestici di Sua Santità:

14	ottobre	1949.	Monsig.	Coghlan Michele, della diocesi di Wheeling.
»	»	»	Monsig.	Schwertz Federico, della medesima diocesi.
6	marzo	1952.	Monsig.	Gomes da Silva Emanuele Fiorentino, dell'arcidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.
	»	»	Monsig.	Gonçalves de Rezende Giovanni, della medesima arcidiocesi.
28	»	»	Monsig.	Berners Adolfo, della diocesi di Nicolet.
14	giugno	»	Monsig.	do Amarai Teixeira Gerardo Maiella, della diocesi di Guaxupé.
		»	Monsig.	Madureira Mancini Girolamo, della medesima diocesi.
	luglio	»	Monsig.	Dufour Giorgio Enrico, della diocesi di Chicoutimi.
14		»	Monsig.	Bourdeau Guglielmo, della diocesi di London.
»		»	Monsig.	Morrison Guglielmo, della medesima diocesi.
		»	Monsig.	O'Donnell Edoardo A., della medesima diocesi.
		»	Monsig.	Roney Giovanni Agostino, della medesima diocesi.
		»	Monsig.	Rooney Giovanni Alfonso, della medesima diocesi.
		»	Monsig.	Osés Giovanni Crisotomo, della diocesi di Salto.
2	agosto	»	Monsig.	de Aguiar Severino Mariano, della diocesi di Campiña Grande.
13		»	Monsig.	Delorme Napoleone, della diocesi di S. Giacinto.
25		»	Monsig.	Revelo Salvatore, dell'arcidiocesi di San Salvatore.
30	»	»	Monsig.	Fernandes dos Santos Sebastiano, dell'arcidiocesi di Diamantina.
12	settembre	»	Monsig.	Boivin Giovanni Battista, dell'arcidiocesi di Québec.
			Monsig.	Dion Natale, della medesima arcidiocesi.
			Monsig.	Ferland Giuseppe, della medesmia arcidiocesi.
»			Monsig.	Lemieux Ernesto, della medesima arcidiocesi.
»			Monsig.	Rochette Rocco, della medesima arcidiocesi.
»			Monsig.	Thomassin Réal, della medesima arcidiocesi.
16			Monsig.	Desbiens Eudoro, dell'arcidiocesi di S. Germano di Rimouski.
17			Monsig.	Me Mahon Patrizio, della diocesi di Charlottetown.
3	ottobre	»	Monsig.	Peters Bernardo, dell'arcidiocesi di Florianopolis.
10	»	»	Monsig.	Bruggaier Lodovico, della diocesi di Eichstädt.
15	»	»	Monsig.	Beckers Giuseppe, della diocesi di Aquisgrana.

15 ottobre 1952. Monsig. Vincke Giovanni, dell'arcidiocesi di Friburgo Br.
18 » Monsig. George Giacomo Norberto, della diocesi di Pembroke.
Monsig. Jones Carlo Giuseppe, della medesima diocesi.
Monsig. Kimpton Giovanni, della medesima diocesi.
Monsig. McDonald Osvaldo Giuseppe, della medesima diocesi.
» Monsig. Warnock Giuseppe Tommaso, della medesima diocesi.
20 Monsig. Haussner Filippo, della diocesi di Spira.
Monsig. Bourgeois Carlo Edoardo, della diocesi di Trois-Rivières.
» » » Monsig. Saint Arnaud Francesco Saverio, della medesima diocesi.
9 marzo 1953. Monsig. Berardi Francesco, della diocesi di Asti.
20 » Monsig. De Maria Giulio, della diocesi di Lugano.
1 aprile Monsig. Solari Giovanni Battista, della diocesi di Chiavari.
Monsig. Fontana Giuseppe, dell'arcidiocesi di Udine.
20 Monsig. De Nictolis Constantino, dell'abbazia « nullius » di Ssma Trinità di Cava dei Tirreni.
» » Monsig. Shaw Stefano, dell'arcidiocesi di Westminster.
6 maggio Monsig. Veuillot Pietro, dell'arcidiocesi di Parigi.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

26 marzo 1952. Monsig. Merano Pietro, della diocesi di Albenga.
17 aprile 1953. Monsig. Recanati Primo, della diocesi di Recanati.

Cameriere d'onore soprannumerario di spada e cappa di Sua Santità:

4 maggio 1953. Al sig. de Habicht Miecislao, della diocesi di Losanna, Ginevra e Friburgo.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

10 ottobre 1952. Al sig. von Thurn und Taxis P.pe Francesco Giuseppe, della diocesi di Ratisbona.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

8 aprile 1953. Al sig. Klaiber Manfredi (Germania).

Il Cavalierato dell'Ordine Piano :

24 marzo 1953. Al sig. Stahl Giovanni F., dell'arcidiocesi di Panama.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 marzo 1952. Al sig. Rocha Lagoa Filho Francesco da Paola, dell'arcidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

8i settembre 1952. Al sig. Cárdenas Emilio, dell'arcidiocesi di Buenos Aires.
10 ottobre » Al sig. De Schirnding Bar. Ottone Carlo, della diocesi di Ratisbona.
8 aprile 1953. Al sig. Herwarth von Bittenfeld Bar. Hans Heinrich (Germania).
30 » » Al sig. Bosio Giovanni Jack (Italia).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

14 luglio 1952. Al sig. Gignac Enrico, della diocesi di London.
» » » Al sig. King Maurizio, della medesima diocesi.
23 agosto » Al sig. Brien Ruggero, della diocesi di Mcolet.
» » » Al sig. Marier Giuseppe, della medesima diocesi.
27 » » Al sig. Coelho Levindo Edoardo, della diocesi di Leopoldina.
12 settembre » Al sig. De Coninck Carlo, dell'arcidiocesi di Québec.
» » » Al sig. Gagné Giulio Arturo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Vezina Carlo, della medesima arcidiocesi.
19 » » Al sig. Kfoury Filippo, del patriarcato di Antiochia dei Melchiti.
15 ottobre » Al sig. Hoffmann Giuseppe, della diocesi di Aquisgrana.
25 » » Al sig. Kuen Enrico, dell'arcidiocesi di Bamberga.
18 aprile 1953. Al sig. Dallorso Giovanni, della diocesi di Chiavari.
21 » » Al sig. Peverati Giovanni, della diocesi di Acqui.
» » » Al sig. Pignone Francesco, della medesima diocesi.
23 » » Al sig. Cruciani Umberto, dell'arcidiocesi di Milano.
5 maggio » Al sig. Gessi Leone (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

30 maggio 1952. Al sig. Col. Zaki bey Wabha, del patriarcato di Alessandria dei Copti.
18 agosto » Al sig. Bajetto Massimiliano, della diocesi di Haarlem.
19 » » Al sig. Gen. Groppe Teodoro, della diocesi di Fulda.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9 giugno 1949. Al sig. Fick Lodovico, della diocesi di Haarlem.
» » » Al sig. Vink Enrico Guglielmo, dell'arcidiocesi di Utrecht.
» » » Al sig. Smulders Lodovico, della medesima arcidiocesi.
14 ottobre » Al sig. Caminetti Paolo, della diocesi di Wheeling.
26 marzo 1952. Al sig. Maurenbrecher Werner, della diocesi di Aquisgrana.
9 giugno » Al sig. Grol Cornelio G. P., dell'arcidiocesi di Utrecht.

11	luglio	1952.	Al sig. Koops Giovanni Antonio, della diocesi di Ruremonda.
14		»	Al sig. Tillmann Guglielmo Giuseppe, della diocesi di London.
»			Al sig. Watson Earl, della medesima diocesi.
23	»	»	Al sig. van Spaendonck Carlo, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
10	agosto		Al sig. van de Meerendonck Lamberto, della diocesi di Ruremonda.
11	»	»	Al sig. Chabot Vittorio, della diocesi di S. Giacinto.
	»	»	Al sig. Dupré Arturo, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Picard Ernesto, della medesima diocesi.
»		»	Al sig. Poliquin Renato, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Saint-Pierre Renato, della medesima diocesi.
17	settembre	»	Al sig. Mac Donald Rodrigo, della diocesi di Charlottetown.
19	»	»	Al sig. Kfoury Enrico, del patriarcato di Antiochia dei Melchiti.
23	»		Al. sig. Boekholt Alberto Domenico, dell'arcidiocesi di Utrecht.
10	ottobre	»	Al sig. Margrij Giuseppe Cornelio, della diocesi di Haarlem.
30	»	»	Al sig. Schölte Stefano Arnoldo, dell'arcidiocesi di Utrecht.
5	novembre	»	Al sig. Mannaerts Giuseppe della diocesi di 's-Hertogenbosch.
18		»	Al sig. Zimmer Augusto, dell'arcidiocesi di Friburgo Br.
9	dicembre	»	Al sig. Daalderop Giovanni Nicola, dell'arcidiocesi di Utrecht.

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6	marzo	1952.	Al sig. Calmon Pietro, dell'arcidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.
8	aprile	1953.	Al sig. Hallstein Walter (Germania).
11	»	»	Al Nob. Guasco Gallarate di Bisio e Francavilla Marchese Emilio., della diocesi di Tortona.
6	maggio	»	Al sig. Arias Espinosa Riccardo, secondo Vice-Presidente della Repubblica del Panama.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

6	maggio	1953.	Al sig. Eleta Carlo (Panama).
»	»	»	Al sig. Vallarino Bolivar E. (Panama).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa :

15	febbraio	1992.	Al sig. Maas Alberto, della diocesi di Aquisgrana.
19	giugno	»	Al sig. Hens Guglielmo Maria, del vicariato apostolico di Djakarta.
»	»	»	Al sig. Bogaardt Arcibaldo Teodoro, del medesimo vicariato apostolico.

18 luglio 1952. Al sig. de Arruda Anania, dell'arcidiocesi di Fortaleza.
10 agosto » Al sig. Kuebn Sigfrido, dell'arcidiocesi di Friburgo Br.
13 novembre » Al sig. de Carvalbo Giovanni Emanuele, della diocesi di Spirito Santo.
15 ottobre » Al sig. von den Driesch Giovanni, della diocesi di Aquisgrana.
9 marzo 1953. Al sig. Bagnoli Leoniero (Boma).
1 aprile » Al sig. Stornelli Lorenzo, della diocesi di Valva e Sut mona.
11 » » Al sig. Gaino Francesco, della diocesi di Acqui.
11 » Al sig. Verdi Gualtiero, dell'arcidiocesi di Milano.
16 » Al sig. Mannarelli Alberto (Boma).
21 » » Al sig. Gucchiani Cesare, dell'arcidiocesi di Milano.
» » Al sig. Pecci Domenico, dell'abbazia « nullius » di San tissima Trinità di Cava dei Tirreni.
25 » » Al sig. Palmieri Ottorino, della diocesi di Foligno.
» » Al sig. Carlini Sabatino, della diocesi di Narni.
» Al sig. Gaddi Lodovico, della diocesi di Orvieto.
» » » Al sig. Marianeschi Pasquale, della diocesi di Terni.
7 maggio » Al sig. Messori Severino, della diocesi di Reggio Emilia.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa

21 giugno 1952, Al sig. Alink Giovanni, della diocesi di Haarlem.
14 luglio » Al sig. Fuerth Antonio F., della diocesi di London.
» » » Al sig. Janisse Giorgio, della medesima diocesi.
» Al sig. Me Hale Giovanni Giuseppe, della medesima diocesi.
23 » Al sig. Oudshoorn Andrea E., della diocesi di Haarlem.
27 » Al sig. Vorgrimler Martino, dell'arcidiocesi di Friburgo Br.
23 agosto Al sig. Vroom Wolberto, della diocesi di Haarlem.
10 ottobre » Al sig. Athmer Giovanni Enrico, dell'arcidiocesi di Utrecht.
14 novembre » Al sig. Hendriks Leonardo, della diocesi di Haarlem.
9 marzo 1953. Al sig. Cupelloni Gino (Roma).
» » » Al sig. Scarafoni Giulio (Roma).
8 maggio Al sig. Caselli Giovanni (Roma).

An. et vol. XXXXV 26 Augusti 195í? (Ser. lì, v. XX) - N. IO

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

HYDERABADENSIS
(WARANGALENSIS)

EX DIOECESI HYDERABADENSI QUAEDAM TERRITORIA SEIUNGUNTUR, EX QUIBUS NOVA ECCLESIA EFFICITUR ((WARANGALENSIS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum de Hyderabadensi Ecclesia dividenda deque nova erigenda dioecesi ex distractis territoriis huic apostolicae Sedi propositum sit, Nos quos Deus omnipotens rectorem universi christianorum gregis haberi voluit, nihil eorum omitientes quae quoquo modo uberiores fructus Ecclesiae Christi parere possint, id quod Consilium venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Fidei Christianae Propagandae praepositorum hac de re disposuerit probandum censemus. Re igitur attentissimo animo considerata, eorum consensum supplentes quorum intersit, certaque scientia eorum quae Nobis agenda sunt, de apostolica denique Nostrae potestatis plenitudine, haec decernimus. Ex civilibus districtibus de Karimnagar, Warangal et Nalgonda per has Litteras a dioecesi Hyderabadensi separatis, novam dioecesim constituimus, ab urbe Warangal « Warangalensis » nomine appellandam; cuius religiosarum rerum curam sacerdotibus ex Instituto Pontificio a ss. Apostolis Petro et Paulo et a ss. Ambrosio et Carolo

pro missionibus ad exteras gentes concredi volumus, tradita ab ipsis, cui hucusque moderabantur, Hyderabadensi dioecesi indigenae clero. Modo erecta Warangalensis dioecesis iisdem iuribus, honoribus, privilegiis ditabitur quibus ceterae per orbem Ecclesiae eiusdem dignitatis ornari solent; habebunt tamen eadem quoque onera et obligationes quae omnibus Ecclesiis impendunt. Similiter habebunt Warangalenses Episcopi omnia iura et onera, privilegia et obligationes quae solent ad ceteros Praesules spectare. Erit super haec nova dioecesis metropolitanae Ecclesiae Madraspolitanae-Maliaporensi suffraganea, cuius Archiepiscopo Hyderabadensis Antistes obnoxius erit. Sedem episcopalem in urbe Warangal constituimus, cathedram vero in templo quod Warangalensi Episcopo aptius videbitur. Ordinarius, cui nova dioecesis moderanda contigerit, curabit ut iuxta normas Iuris Canonici et traditas a S. Congregatione Fidei Propagandae regulas, Seminarium saltem minus pueris ad sacerdotii munus instituendis in suo territorio erigatur : sunt enim pueri germina Horum, Dei amore et verae doctrinae cognitione fovenda. Hortamur quoque ut Canonicorum Collegium constituatur, qui possint datis opera et consilio suo Praesuli auxilio esse in maioribus Ecclesiae negotiis. Quorum loco tamen, si id ferant rerum adiuncta, Consultores dioecesani eligantur. Mensa episcopalis, ut dicitur, iis bonis constituetur quae sive ex divisione bonorum usque modo dioecesi Hyderabadensi propriorum, obveniunt ; sive ex Curiae emolumentis profluent ; sive denique a S. Congregatione Fidei Propagandae mitti solent vel a Christianis fidelibus offerri. Quod vero ad regimen et administrationem novae dioecesis pertinet, ad electionem Vicarii Capitularis seu Administratoris, cum sedes vacaverit, ad cleri populique iura et officia, ad divisionem denique bonorum dioecesis Hyderabadensis, serventur omnino quae Iure Canonico praescribuntur. Quae hisce Litteris mandavimus venerabilis Frater Martinus Lucas, Archiepiscopus titulo Adulitanus idemque in India Apostolicus Internuntius exsequenda curabit, vel ille qui eo tempore quo haec decreta ad effectum deducentur eidem Internuntiaturae praeerit, cui omnia iura ad rem necessaria concedimus quae poterunt etiam alii cuilibet tradi, si opus fuerit, dummodo sacerdoti in aliqua dignitate vel officio constituto. Volumus praeterea ut idem venerabilis Frater onus habeat peractae exsecutionis acta conficere eorumque fide digna exempla ad S. Coetum Fidei Propagandae quam primum transmittere.

Has vero Litteras firmas, validas, efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter servari volumus et decernimus. Quod si super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, aliquid contigerit attentari, id prorr

sus irritum et inane, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis vel locis, sive impressis sive manu exaratis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione subscribantur et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti muniantur. Nemini vero iis quae per has Litteras decernuntur obsistere liceat. Quod si quis ausu temerario praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo secundo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Aposta*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXV, n. 91.

II

DE SALISBURY - ARCIS VICTORIAE
(UMTALIENSIS)

AB APOSTOLICIS VICARIATIBUS DE SALISBURY ATQUE ARCIS VICTORIAE QUAEDAM TERRITORII PARTES SEPARANTUR, E QUIBUS NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA, UMTALIENSIS NOMINE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicas Praefecturas veluti summae germina spei Christi Vicarius conserere solet in iis praecipue Missionum locis disiunctissimis maximeque diversis, quorum incolae tam laetos uberesque fructus in christiana religione atque in virtutum cultu iam dederint, ut aptiori ipsorum regimini ac maiori utilitati quam accommodate et opportune providendum sit. Quapropter Nos, qui superna Dei voluntate universam Ecclesiam christianumque populum concreditum habemus, benigno vide-

mus ac diiudicamus animo S. Coetus Fidei Propagandae praepositi consilium novae erigendae Apostolicae Praefecturae in Meridionali Rhodesia : qui S. Coetus, post auditos venerabiles Fratres Martinum Lucas, Archiepiscopum titulo Adulitanum et in Africa Meridionali Britannica Apostolicum Delegatum eosque Praesules, ad quorum loca hoc spectat negotium, attentissima de hac re cogitatione suscepta, quasdam partes Apostolicorum Vicariatuum de Salisbury atque Arcis Victoriae distrahendas censuit et ex ipsis novam erigendam Praefecturam. Nos ergo, qui hanc sententiam plane existimamus rei catholicae valde esse profuturam, eo quod ad Evangelii praeconum labores non parum videatur allevandos conferre, eandem libenter probamus ratamque habemus ; atque consensum supplentes eorum omnium, quorum quoquo modo res intersit, de suprema apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur consulto et cogitata decernimus atque statuimus. Ab Apostolico Vicariatu de Salisbury, sollertibus sodalium Societatis Iesu curis commendato, •eas separamus regiones, quibus vulgo sunt nomina : « Inyange », « Matoni » et ((Umtali ». Item ab Apostolico Vicariatu Arcis Victoriae, quem Sodales Societatis a Missionibus Exteris de Bethlehem in Helvetia diligenti excolunt studio, regiones vulgo nuncupatas « Melsetter » et « Chipinga » disiungimus. Novam igitur ex his territoriis Apostolicam Praefecturam erigimus atque creamus, quae posthac *Umtaliensis* appellabitur; quam regendam tradimus, ad Nostrum tamen et Romanae Sedis nutum, Ordini Fratrum a Beata Maria Virgine de Monte Carmelo. Fines praeterea ac termini novae huius Praefecturae iidem erunt ac illarum regionum, quarum supra meminimus. Cui Apostolicae Umtaliensi Praefecturae, quam hodie constituimus, eiusque pro tempore Praesulibus, omnia damus iura, privilegia et honores, quibus ceterae Praefecturae earumque Praesules per terrarum orbem fruuntur ; quos tamen volumus iis etiam oneribus officiisque obstrictos, quibus ceteri onerantur. Quae omnia ita edicimus ac decernimus ut optimo polleant iure, non obstantibus contrariis quibuslibet.

Has vero Litteras firmas, validas et efficaces nunc et in posterum esse, suamque vim et effectum obtinere volumus ac praecepta, quae iisdem describuntur, ab omnibus ad suos spectant fideli servari obsequio decernimus. Quod si quid adversus ea, quae hisce Litteris iussimus, a quolibet quavis auctoritate, vel sciente vel imprudente attentatum fuerit, id irritum sane et inane erit, contrariis quibusvis minime obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Nemo praeterea Nostris hisce iussis obsistat ; quod si quis id temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei beatorumque Apostolorum Petri et Pauli se

noverit moturum. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis vel locis, aut impressis aut manu exaratis, eadem tribuatur fides, quae his ipsis haberetur ostensis; dummodo tamen ab aliquo publico tabellione sint subscripta et sigillo viri munita, qui in sacro sacerdotio aliquam obtineat dignitatem.

Datum Romae apud S. Petrum, die secundo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

EUGENIUS Card. TISSERANT — PETRUS Card. FUMASONI BIONDI

Sacri Collegii Decanus — *S. C. de Propaganda Fide Praefectus*

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost»*
Ioseph Caprio, *Proton Apost.*

Loco £g Plumbi

Reg. in Cano. Ap. - Vol. LXXXV N. 97.

III

NORVEGIAE CENTRALIS

PRAEFECTURA APOSTOLICA NORVEGIAE CENTRALIS AD VICARIATUS APOSTOLICI DIGNITATEM EVEHITUR SERVATO NOMINE AC IMMUTATIS FINIBUS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollemne est Nobis, qui ad supremum Pontificatum evecti Christi vices in terris gerimus, quique totis viribus conamur eius vestigiis inhaerere, nihil prorsus sive laboris sive curarum omittere, dummodo Dei Ecclesia fines suos in amplitudinem proferat atque intenta sollicitudine omnium mortalium saluti consulere possit. Quapropter, cum de evehenda Praefectura Apostolica Norvegiae Centralis ad dignitatem Vicariatus Apostolici enixe haec Sancta Sedes rogata sit, Nos censentes posse per hoc rebus religiosis huius regionis aptius provideri, libenti animo adhibitis precibus concedimus. Nostra igitur suprema potestate, qua pollemus in universam Ecclesiam, eorumque supplentes consensum quorum quomodolibet intersit, ac certa scientia eorum quae sumus acturi, haec quae sequuntur statuenda decernimus. Apostolicam Praefecturam Norvegiae

Centralis, quae dicitur, eodem nomine ac iisdem finibus servatis, ad dignitatem et gradum Apostolici Vicariatus evehimus: cui proinde eadem iura, honores, onera et obligationes compétent quibus ornari ac teneri solent ceteri eiusdem dignitatis Apostolici Vicariatus. Hunc vero, quem modo Nostra auctoritate constituimus, Sodalibus Congregationis a Sacris Cordibus Iesu et Mariae tradimus curandum et excolendum, ad Nostrum tamen et apostolicae Sedis nutum ; ac certa bonaque spe tenemur eos, quorum multa cura christiana religio in eadem regione profectus acceperit, nulli omnino labori esse parsuros ut christianum nomen magis ibi dilatetur.

Has Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter servari volumus et decernimus. Quod si super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, aliquid contigerit attentari, id prorsus irritum erit et inane, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus vero ut harum Litterarum exemplis vel locis, sive impressis sive manu exaratis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione subscribantur et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti muniantur. Nemini autem iis, quae per has Litteras a Nobis sunt statuta, obsistere liceat. Quod si quis ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleucien., *Decanus Proton. Ap.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

***Heg in Canc. Ap., vol. LXXXVI, n.* 7.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ECCLESIA PAROECIALIS B. MARIAE VIRGINIS ((AUXILIATRICIS CHRISTIANORUM)) IN URBE AC DIOECESI NICTHEROYENSI BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUSQUE AUGETUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacras inter Aedes, quibus opima regio Brasiliensis ornatius quam fortunis atque frugibus circumfluit, artificiosum Templum Beatae Mariae Virginis « Auxiliatricis Christianorum », urbis Mctheroyensis decus admodum spectabile, non immer ito nominatur. Hoc enim in loco Sanctus Ioannes Bosco, qui animum religiose exercebat ut novas orbis plagas Christi placido adiungeret imperio et Opiferae Virginis cultum quoquoversus proveheret, primum suae Societatis in Republica illa domicilium collocavit. Inde quasi e capite ducta est iam vulgaris in Brasilia pietas in Caelestem Christianorum Auxiliatricem, eodemque, excitata a Salesianis Sodalibus Ecclesia cultissima, frequentes turmae fidelium itare cernuntur, ut Adiutrici Matri vota solvant, eius implorent praesidium, ea largiente animos revocent viresque. Ne tanto studio ac voluntati templi deesset magnificentia, Sodales Societatis Sancti Francisci Salesii anno MCMXvn novam Aedem eamque amplissimam genere ((Gothico », quod dictitant, exstruendam curaverunt. Ob augescentem autem huius Ecclesiae celebritatem atque percrebrescentem religionem Marialem eadem Virgo Deipara, ut « Auxilium Christianorum » invocata, instante bo.me. Iosepho Pereira Alves, illius loci Praesule desideratissimos anno MCMXXXiii totius dioeceseos Mctheroyensis Praecipua apud Deum Patrona ab hac Sede Apostolica constituta est ac renuntiata. In sublimi quidem altari maximo, affabre compacto marmoribusque renidente variis, locatum signum Auxiliatricis Virginis Mariae non modo tamquam opus egregia arte factum admirationi est aspectantibus, sed etiam ad pietatem eos provocat atque observantiam. Propter sacros quoque ritus predicabile est Templum istud, cum plures administri et alumni permulti divinis concinendis laudibus augustisque celebrandis mysteriis non desides insistant. Quo praeterea salutem hauriat uberiorem, maxima vis Christifidelium, ex omni adventans Brasilia, Sacramentis ibi velut in spirituali agro compascuo reiicitur haud imminuta cum alacritate. Ut ergo huius

Ecclesiae laudes Nostra cumularentur eaque publica agnitione populusque ad Opitulantis Deiparae cultum omni ferretur cogitatione, dilectus filius Virginius Fistarol, Collegii Salesiani a Sancta Rosa et Curiae Beatae Mariae Auxiliatricis in urbe ac dioecesi Nictheroyensi hodiernus Moderator, submisse Nobis supplicant, ut ipsi Aedi Basilicae Minoris eximium honorem attribuere dignaremur. Nos autem, ullam nolentes praetermittere occasionem Caelorum Reginae gloriam etiam amplificandi idque percupientes ut filii Nostri, in caliginosi huius saeculi discrimine versantes, deditissimis animis in eius sese traderent fidem ac tutelam, vota huiusmodi, Venerabilis Fratris Ioannis de Matha de Andrade y Amaral, Nictheroyensis Episcopi, tuita commendatione, libenter et ultro statuimus explere. Quocirca, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus rei momentis rite perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam paroecialem Beatae Mariae Virginis « Auxiliatricis Christianorum », in urbe ac dioecesi Nictheroyensi exstantem, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae titulo eidem rite competunt. Con trariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere : illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Septembris, anno **MCML**, Pontificatus Nostri duodecimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

It

BASILICAE MINORIS HONORIBUS DECORATUR ECCLESIA SACRATISSIMI CORDIS IESU, IN LOCO ((KOEKELBERG)) VULGO NUNCUPATO, INTRA FINES MECHLINIENSI ARCHIDIOECESIS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quasi praesidium salutis ac pietatis monumentum urbi Bruxellis imminet augustum Templum quod nobilis Belgarum natio honori Sacratissimi Cordis Iesu excitavit. Septuagesimo enim revoluto anno a quo patria sui iuris facta erat, millesimo nongentesimo quinto p. Ch. n., Leopoldus II Rex, praesente Sacrorum Antistitum lectissimo coetu populique perfrequentis stante corona, lapidem posuit auspicalem. Aedes in colle, quem <(Koekelberg » appellant, exstrui coepta est forma eximia quadam, quod vero opus, primo bello Europaeo suborto, fuit turbatum. Cum igitur Belgica iaceret in maerore, Desideramus Cardinalis Mercier, rec. mem., tum Archiepiscopus Mechliniensis, nomine quoque ceterorum Praesulum, voti religione se obstrinxit ut hoc Templum post pacem conciliatam perficeret. Repositis tandem armis ac mitescente iam saeculo, magna et memorabilis pompa die xxix mensis Iunii, anno **MCMXIX**, ducta est in eum locum ubi surrectura erat Aedes Sacratissimi Cordis Iesu, cuius miserenti consilio Belgica in libertatem fuerat vindicata. Itaque constructionem iterum aggressi sunt viri impigri atque sciti, mutata ob temporum adiuncta aedificandi ratione; anno **MCMXXXV**, prior pars ad finem est perducta incredibili cum laetitia populi fidelis. Sed mox alterum bellum idque superiore acrius exarsit, quo rursum intermissum fuit opus. Post cuius turbas et angustias templum tandem absolutum mense Octobri anni **MCMLI** sollemni ritu atque caerimonia est consecratum. Amplissimae aedificii moli, eo genere quod nostra aetas fert, exstructae, excelsus impositus est tholus ita ut huius Templi maiestas e longinquo conspiciatur. Quod iure principem quendam obtinet locum, cum etiam reliquiis, artificiosis operibus, specularibus, quae imaginibus sunt distincta, et auri fabrefacti vi abundet aliisque commendetur ornamentis; atque, quod maxime Nostra interest, sedes praecipua est cultus Sacratissimi Cordis Iesu in illa regione, quo perciti Christifideles plurimi peregrinatorum more eo accedere consueverunt. Quo vero huiusce Aedis honor magis augeretur, Dilectus Filius Noster Iosephus Ernestus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis van Roey, Archiepiscopus Mechliniensis, vota quoque depromens Sacrorum An-

tistitum, Magistratuum omnisque fidelis gentis Belgicae, Nos rogavit ut eam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Nos autem qui vehementi studio annitimur ut frigescente hoc saeculo cultui Sacratissimo Cordis Iesu ampliora afferamus incrementa, preces huiusmodi libenti animo statuimus audire. Quapropter, collatis consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micära, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro Praefecto, omnibusque attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam Sacratissimi Cordis Iesu in loco « Koekelberg » vulgo nuncupato, intra fines Mechliniensis Archidioecesis exstantem, ad dignitatem et honorem *Basilicas Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis quae titulo eidem rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII, mensis Ianuarii, anno MCMLII, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

III

CATHEDRALE TEMPLUM PANENSE HONORIBUS BASILICAE MINORIS INSIGNITUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Urbis Fani decus insigne ac peculiare ornamentum perhibetur Templum princeps, quippe quod sit vetustum religionis domicilium et opus summo factum artificio. Quae Aedes honori Almae Deiparae ad super nam gloriam assumptae fuit consecrata, quam

corpore et anima Caelo receptam esse nt certam veritatem non ita pridem ediximus. Admireris praesertim huius Templi, amplitudine spectabilis atque prisco colore ac specie venusti, frontem, quae generis Romani, quod vocant, sincera praefert lineamenta. Altarium praeterea et sacerdotum ornatus, sacram supellectilem et reliquias, pretioso vestitas metallo, nemo est quin probet ac dilaudet. Augustum hoc Templum, quod, octavo ab aedificatione saeculo revoluto, ad artis rationem fuerat anno MDCCCCXL reiectum, novissimo bello furente, ex parte disiectum est, at invicta quadam pietate post immanem cladem coeptum restitui. Quo autem religiosae huic apud Fanenses Aedi maius adderetur honestamentum, ornatissimi e Canonicorum ordine viri, sacrorum administri et •Consilium « Actioni Catholicae », quam dicunt, moderandae, quinquagesimum ab inito Sacerdotio annum, quem Venerabilis Frater Vincentius Del Signore, eiusdem loci Antistes, explevit, sollemnibus frequentantes, Nobis supplicaverunt ut idem Templum Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Nos autem, ne voluntatis Nostrae exiguam praeberemus significationem, votis huiusmodi, eiusdem Praesulis commendatione suffultis, libenti animo statuimus obsecundare. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam Cathedralem Fanensem ad dignitatem et honorem *Basilicae minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae titulo eidem rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere: illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Ianuarii, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diylomutïbus expediendis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. ACHILLEM TIT. SANCTI XYSTI S. R. E. PRESB. CARDINALEM LIÉNART, EPISCOPUM INSULENSEM, QUINTUM AC VICESIMUM EPISCOPATUS ANNUM IMPLENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quinque episcopalis officii lustra, salutaribus operibus fructibusque insignia, sunt profecto inter maxima Dei beneficia referenda. Iure itaque ac merito probi isti fideles, faventibus in primis sacris administris, sollemnes divinae liberalitati gratias tecum persolvent tibique animorum venerationem et laetitiam publice palamque declararunt. Nos autem, qui plane compertas habemus ingenii animique tui dotes ac studium, quo Altissimi gloriam bonumque gregis prosequeris, amplae tuorum gratulantium coronae veluti praeeuntes, fervida vota Nostra atque omina deferre tibi exoptamus. Integro enim tempore, quo in nobilissima ista dioecesi pastorale munus obiisti, per cuncta eius loca perque graves ministerii partes, relucentem flammam apostolici tui ardoris omnes conspexerunt. Sollertiae tuae peculiaria exstant testimonia novae aedes paroeciales ecclesiaeque e solo excitatae, novum ampliusque Seminarium Theologicum, curae adhibitae ad perficiendam clericorum laicorumque adulescentium institutionem, ad Actionem Catholicam aptiore ratione exercendam atque exacuendam, ad quaestiones sociales iuxta Romanorum Pontificum praescripta solvendas, ad Sacram Litterarum cognitionem in populo evulgandam. Praeterea industriam tuam extra fines quoque istius dioecesis impendisti, sive sagaciter moderando Consilium Galliae Cardinalium atque Archiepiscoporum, sive opera ad Missiones Catholicas pertinentia studiose fovendo. Quas quidem praecipuas pastoralis tui muneris laudes memorantes, tibi, Dilecte Fili Noster, de diuturno frugiferoque episcopatu hactenus gesto ex animo gratulamur, novamque gratiarum copiam et uberrimos salutis fructus in grege tuo a Deo ominamur. Quo autem benevolentia erga te Nostra manifestior appareat et constans tua coniunctio cum beati Petri cathedra arctior efficiatur, tibi usum Pallii *ad personam* singulari privilegio ultro tribuimus ad eximiarum virtutum tuarum ornamentum et praemium. Denique tibi facultatem concedimus, ut, statuta die, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate be-

nedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Divinarum interea gratiarum praenuntiam ac praecipuae caritatis Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, universoque clero ac populo tuae vigilantiae concredito amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Iunii, anno **MDCCCCVIII**,, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM P. D. IOSEPHUM DA COSTA NUNES, ARCHIEPISCOPUM GOANUM, DAMANENSEM ET CRANG AÑOREN SEM EUMDEMQUE PATRIARCHAM AD HONOREM INDIARUM ORIENTALIUM^ QUINQUAGESIMUM AB INITO SACERDOTIO ANNUM IMPLETURUM, CUIUS METROPOLITANAE SEDI ((ROSA AUREA)) A SUMMO PONTIFICE DEFERTUR.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Exeunte proximo mense Iulio, ut libenter cognovimus, decem a suscepto sacerdotio lustra, opitulante Dei gratia, ipse perficies. Cuius profecto iucundi eventus opportunitatem laeti arripimus, ut secunda vota Nostra atque omina publice tibi significemus. Sacerdotio enim initiatus, credita tibi in primaevo iuventutis flore munera sollerti cura obiisti, praesertim Vicarium Generalem agendo in dioecesi Macaonensi inque clericorum Seminario atque in Lyceo docendo. Postquam dignitate episcopali ornatus es, primo quidem in ditione Macaonensi per viginti annos, deinde in ista, cui praees, patriarchali sede pastorali officio assiduas sedulasque curas tribuisti. Peculiaris autem sollicitudo tua enituit in excolendis ecclesiasticis vocationibus inque operibus missionariis alacriter fovendis.

Tibi igitur, Venerabilis Frater, de sacro pastoralique ministerio tam diu actuoseque gesto ex animo gratulamur, saluberrima quaeque ac felicissima a Deo ominantes.

Quo interea luculentius exstet memoria sollemnium quater saecularium, quae in honorem Sancti Francisci Xaverii istic, te moderante, tanta magnificentia recens celebrata sunt, decrevimus ad nobilissimam vetustamque sedem istam Rosam Auream deferre, ut custodiatur in Basilica a Bono Iesu, ubi reliquiae celeberrimi illius evangelii praeconis religiose asservantur.

Perspicui sane sunt interiores sensus, qui in hoc dono continentur : scilicet in ipso flore ac splendore auri Iesus Christus eiusque regia maiestas ostenditur, qui flos campi et lilium convallium appellatur, atque in eiusdem floris fragrantia bonus Christi odor commendatur, qui a fidelibus eius vestigia sectantibus late suaviter que diffunditur.

Quo autem sacerdotii tui natalis utilior evadat, ultro tibi facultatem damus, ut, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Superni denique auxilii in auspicium, inque peculiaris Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, cunctoque clero ac populo tuae curae tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvn mensis Iunii, anno MCMLiii, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

III

AD REVMUM P. LUDOVICUM PAULUS SEN, S. I., PRAESIDEM SECRETARIATUS CENTRALIS CONGREGATIONUM MARIANARUM : DE EARUNDEM RECENS CONSTITUTA FOEDERATIONE, CUIUS STATUTA APPROBANTUR.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, Salutem et Apostolicam Benedictionem. — Omnibus, qui Nostram norunt de apostolatu hodierno mentem, compertum est, quantopere Nobis cordi sint Congregationes Marianae earumque iuge spirituale incrementum. In Constitutione Apostolica « Bis saeculari », quae quasi sinthesis est voluntatis Nostrae circa hanc eximiam et peculiarem Actionis Catholicae formam, Apostolica Auctoritate Nostra tales normas et leges statuimus, quibus « hae pietatis actuosaeque christianae vitae palaestrae magis magisque in dies vigeant ac rorobentur ».[1] Nihil igitur mirum, si magno cum gaudio et solacio accepimus Congregationes Marianas legitime conditas ac Primae Primariae Collegii Romani aggregatae, quo melius « in omni re cum Ecclesia sentiant »,[2] in animo habere Foederationem in universo terrarum orbe constituere, qua obsequentes Nostris assiduis exhortationibus de maiore usque unitate provehenda ac mutua invicem conferenda opera, uberiores consequantur

[1] *A. A. S.* 40, pag. 399.

[2] Reg Comm. 33.

una cum omnibus militantis Ecclesiae huius generis consociationibus salutaresque fructus. Huiusmodi Foederatio, quae ad totam Catholicam Ecclesiam pertinere debet, cum nondum ubique terrarum foederationes « tum eiusdem classis tum eiusdem regionis » [3] constitutae sint, suscepta hac de re proposita ad felicem exitum omnino adducet.

Quamobrem Statuta Foederationis huius libentissime approbamus et commendamus, invitantes omnes totius mundi minores foederationes iam existentes, ut universae eidem Foederationi adhaereant.

Quoniam vero in votis est, ut primus Foederationis Universalis Congressus Romae proximo anno habeatur, primo nempe exeunte saeculo, ex quo Decessor Noster fel. rec. Pius IX dogma Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis sollemniter decrevit ac sanxit, itemque sexagesimo revoluto anno a Nostra Congregationis Marianae consecratione, Congressioni huic eiusque propositis atque inceptis bene omnia precamur.

Quo uberiores autem ex eo Congressu oriantur fructus, Nobis visum est, quaedam vobiscum hac de re per has Litteras communicare.

Argumentum hisce in coetibus agitandum, quod quidem a « Secretariatu Centrali » Nobis fuit propositum, valde opportunum esse videtur. Hisce siquidem verbis enuntiatur : *Maior Dei gloria procuranda, per maiorem selectionem, maiorem cum Hierarchia coniunctionem, maioremque cum ceteris consociationibus apostolicis invicem conferendam adiutricem operam.* Haec enim paucis praecipua complectuntur, quae in Constitutione Apostolica « Bis saeculari » a Nobis exposita fuere. Hanc autem Constitutionem volumus ut Sodalitates tamquam primariam legem sibi teneant, persuasum habentes se eo validiores, prosperiores, efficacioresque fore, quo fidelius eius praescriptionibus conformabuntur/

Maior autem selectio fons omnis renovationis est, ideoque strenue est efficienda, ubi praesertim genuinus spiritus debilitatus est. Ii tantum ad consecrationem perpetuam admitti debent, qui velint et possint, servando Regulas Communes, vitam catholicam agere magis ferventem, magis apostolicam, magisque militantem. Quia Congregationes « pro omni classe fidelium » [5] institutae sunt et reapse in omnibus fidelium coetibus exsistunt, a summo ad infimum, selectio etiam in omnibus, nullo excepto, facienda est. Haec autem selectio, quae eo spectat ut impensior habeatur ex Evangelio derivandus Apostolorum more influxus, neque necessario exigit parvum numerum sodalium, neque impedit quominus

[3] **Reg. Comm. 68.**

[4] **Allocutio 3 Maii 1951.**

[5] **Reg. Comm. 4**

Sodalitates consentaneis modis coetus largiores pro non sodalibus efforment, praesertim pro iis qui sunt eiusdem condicionis.

Ex Allocutione Nostra ad Congressum e catholicis gentibus habitum, in quo actum est de apostolatu laicorum, clare elucet, eo puriorem esse naturam Actionis Catholicae, quo arctior habeatur in apostolatu debita cum Hierarchia coniunctio.[6] Liquet igitur, quantum in Congregationibus Marianis laicorum effulgere debeant notiones Actionis Catholicae propriae : nam eiusmodi Congregationes, semel ac legitime ab Hierarchia conditae sunt, unice et immediate ab Hierarchia pendent in omnibus apostolatus operibus; quapropter, ut iam saepe monuimus, semel ac constitutae sunt, ipso iure et pleno Actio Catholica dicendae sunt atque eodem ordine cum aliis Actionis Catholicae formis sunt censendae.[7] Per novam Universalem Foederationem Congregationes Marianae in sua indole hierarchica nullum detrimentum patiuntur : foederationes enim omnes, nedum debitam coniunctionem cum Hierarchia Ecclesiae débilitent, eam stabiliorem, fortiorem, intimam cotidie magis reddere debent ac volunt.

Mutua collatio operis cum aliis consociationibus apostolicis certe inter primarios Foederationis Universalis' fines maior habeatur oportet. Ideo optandum est, ut futurus Congregationum Marianarum Congressus, glorias hac in re a maioribus traditas strenue persequens, uberes afferat fructus. Sodalitates, quae neque ulla nova missione, neque ulla alia associatione indigent, ut Sacris Pastoribus ducibus apostolatum omnimodum, non iam privatum, sed sibi ab Ecclesia demandatum[8] exercere possint, ipsae videant, maiorem Dei gloriam semper intuentes, in quibus rerum adiunctis opportunum sit sodales mittere etiam in alias associationes apostolicas, quarum officia sine spirituali detrimento et operum apostolicorum ipsius Congregationis adimpleri possint.

Denique, pergratum Nobis est videre quomodo sodales, quaerentes non quae sua sunt, sed unice maiorem Dei gloriam et Beatissimae Virginis honorem,[9] insignes se praebeant in impenso amore erga Ecclesiae Pastores, in voluntate sincera mutuae cum ceteris omnibus adiutricis conferendae operae, in diligentia assidua ad procurandam secundum Ecclesiae normas conservationem vel renovationem spiritus regularumque verae Congregationis. Hanc erga rem catholicam puram mentis intentionem ex intimo animo extollimus, optime scientes hunc spiritum prae-

[6] *A. A. S.* 43, pag. 789.

[7] *A, A. S* 40, pag. 402, n. XII.

[8] *A. A. S.* 40, pag. 402, n. XI.

[9] Reg. Comm. 43 et 68.

sertim nostris diebus maxime necessarium esse, ut apostolatus laicorum, a Nobis tantopere commendatus, maiorem efficacitatem nansciscatur.

Solacio etiam ac gaudio Nobis est Congregationes Sacerdotum itemque sacerdotii candidatorum, quae, ut plurium saeculorum monumenta testantur, tam magna cum utilitate pro Ecclesia elaborarunt, etiam hodie florere ; eas igitur vehementer commendamus ; cum perutiles sint ad optimos Sacerdotes conformandos atque ad futuros ipsarum Congregationum Moderatores opportune praeparandos instruendosque.

Neque silentio praetereundi sunt omnes, qui votis Nostris obsequentes, eo vires contendunt, ut, in Exercitia Spiritualia, ut revera oportet, incumbentes, ex hoc limpidissimo fonte inspirationem, lumen et facultates hauriant sive ad vitam evangelico spiritu imbuendam, sive ad ipsas ducendas Congregationes, quemadmodum hodierna exigunt rerum adiuncta.

Peculiari autem mentione dignos eos existimamus sodales, Nobis sane addictissimus, in « Ecclesia silentii » viventes, quorum opera, sacrificia et preces in abscondito solus Deus videt ac benignissime excipit. Sciant omnes, qui quoquomodo persecutionem patiuntur propter iustitiam, crucem sibi a divina Providentia oblatam, ad id procul dubio non parum conferre, ut populi, tantis malis oppressi, tandem ad vitam, ad salutem, ad christianam renovationem perveniant.

Multa et praeclara, plerumque — ut decet imitatores Sanctissimae Virginis — sine strepitu, sodales perpétrant in formatione et educatione iuventutis, in restauratione vitae paroecialis, familiaris et socialis. Pergant igitur omnes hanc insistere viam, quamvis impedimentis constratam. Pergant ante omnia pietate praestare aetuosissima erga Deiparam Virginem Mariam, itemque interioris vitae studio, navitate apostolica universali, praesertim dedita societati renovandae secundum principia caritatis et iustitiae socialis.

Ut haec omnia, auspice et afflante Beata Maria Virgine,[10] effecta dentur, utque Universalis eiusmodi Foederatio ac Congressus proximo anno habendus salutares fructus edant uberrimos, tibi, dilecte Fili, universisque Congregationum Marianarum Moderatoribus, sodalibus iisque, qui ad eos aspirant. Apostolicam Benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die 2 mensis Iulii, in festo Visitationis B. M. V., anno **MDCCCCVIII**, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

[10] ***A. A.*** *8.* **40, pag. 398.**

IV

AD EMUM P. D. STEPHANUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM WYSZYNSKI, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET VARSAVIENSEM ATQUE AD EXCMOS PP. DD. POLONIAE ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS LOCORUMQUE ORDINARIOS : SEPTIMO VERTENTE SAECULO A CANONIZATIONE SANCTI STANISLAI M, EPISCOPI CRACOVIENSIS.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — In Poloniae annalibus, qui rebus insigniter gestis clarescunt, numquam defutura sculptum memoria nomen est S. Stanislai, incliti patriae vestrae Praestitis. Cuius in Sanctorum album a Decessore Nostro Innocentio IV relati cum septimum mox abiturum sit saeculum, recordatione dignum eventum vos, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, unanimo ducti consilio cum utriusque militiae clero et fidelibus curae vestrae commissis baud impari voluistis celebritatis obsequio recolere.

Nosmet, quibus filiorum studio solliciti proxime hoc renuntiastis, cum in urbem Cracoviam huius rei gratia convenistis et per telegraphicum nuntium gratulationes et vota Nostra statim significata excepistis, sacris denuo habendis sollemnibus nunc paternae laetitiae sertum hasce per Litteras Nostras quodam modo imponimus, sanctissimum virum Stanislaum meritae laudis praeconio efferentes et novo vos impellentes hortatu, ut, quemadmodum et agitis, eius patrocinio fulciamini et ab eius fortitudine exempla sumatis.

Illustre huius sancti Praesulis nomen fulgidissima luce Polonicae Ecclesiae fastos collustrat, quandoquidem illius opera primaeva christianae religionis aetas in natione vestra martyrii gloria consecrata fuit. Populo vestro adhuc deerat Pastor qui vitam pro ovibus profundens, ob fidei christianorumque morum tutelam, istic consita Evangelii germina magis magisque suo cruore fecundar et.

Hoc praestitit Cracoviensis Episcopus, qui divina providentia excitatas, christianae fortitudinis extitit specimen luculentissimum. Pietate in Deum effusaque in proximum caritate conspicuus, S. Stanislaus nihil suavius habuit quam omnem curam in gregem sibi concreditum impendere, ac nihil magis studuit quam ad extremum usque suae vitae tempus perfectissime in se divini Pastoris imaginem referre. Ut autem publici privatique mores evangelicis praeceptis apprime conformarentur, ipse nulli, pepercit labori nullisque deterritus fuit difiicultatibus, ne tunc quidem cum, perditis Boleslai regis palam denuntiatis moribus, ipsius in

se fnrorem excitavit. Impius tyrannus Praesulem insectationibus, dirisque cruciatibus vexare potuit, invictum illius animum tamen flectere non potuit; qui quidem, suis ovibus intrepidae constantiae exemplum praebens, potius quam suae conscientiae officio deesset, libentissime vitae suae iacturam fecit eamque martyrii palma coronavit.

Quanto autem amore quantaque reverentia eximium hunc Episcopum maiores vestri prosequerentur, manifesto ostendit subita christiani populi indignatio ob tam diram necem in suum Pastorem illatam, acerbusque animorum dolor, qui adeo exarsit, ut impii facinoris auctor — prouti memoriae traditum est — regnum relinquere perpetuumque in exilium coactus fuerit proficisci. Quem quidem amorem atque admirationem erga hunc fortissimum Christi athletam, nedum elabentibus saeculis remiserit, in praesens apud vos cernimus, non sine animi Nostri delectatione suavique spe, novo quodam ardore effervescere.

Habent enim acerbitates, in quibus nunc temporis versamini, similitudinem cum immiti aetate, qua illius Martyris praegrandis constantia enituit. Iterum, proh dolor, piae ac semper fideli Poloniae calamitatum nox incubuit : at, late obductis tenebris, rutilantia veluti sidera vestrae refulgent virtutes, quas toto terrarum orbe diffusa iamdudum Ecclesia Dei suspicit. Admiramur Nos, scriptis venerabunda recensebit posteritas id, cui unus Deus, virium dator et spectator certaminum, pro meritis praemia attribuét. Quot istic nunc quoque catholicae fidei inviolatae servandae causa, bona profuderunt et vitam ! Quot episcopi et sacerdotes et religiosi sodales, quia interriti tutores fuerunt iustitiae, in publicae custodiae locis detenti sunt; quot sacri ministri et cuiuslibet coetus et aetatis fideles in vincla coniecti, in gélidas solitudines detracti, civili iure destituti, poenis multati, contumeliis et maledictis oppressi, quia Evangelii integri fuerunt cultores.

Sempiterno digni procul dubio sunt honore isti omnes, qui per asperum callem, in diligentibus et segnibus negatum, S. Stanis lai vestigia secuti palam demonstrarunt in Polonica gente priscam adhuc vigere virtutem eandemque, cum nefaria ei iubeantur, extrema quoque mala perpeti potius quam cum dedecore flecti esse paratam. Neve reputa veri tis istiusmodi rebus egregie gestis vim effectumque, serius fortasse magis conspicuum, defecturum esse. Spiritus enim Dei, qui christianorum heroum pia pectora urit eorumque memorabilia facinora excitat, horum per cruciatus ad opimam maturitatem spiritalem alere frugem atque magna actuosae concordiae solet studia provehere : quo quidem feliciter et in Poloniae quoque finibus evenit, cum S. Stanislaus, sese divinae Hostiae adiungens, aram sui sanguinis purpura tinxit.

Haud exigua enim sanctorum virorum suboles, Polonorum immortale decus, ex profuso fortissimi illius Martyris cruore egigni visa est. Satis est pauca exempla proferre. Floruit sane S. Hyacintus Odrowaz ex Ordine Praedicatorum, qui per latissimas regiones innumeros sontes ad Christi pedes veniamque deduxit; eluxerunt beatus Oeslaus, qui Vratislaviam contra impetum et turbas Mongoiorum tutatus est, beatus Sadok eiusque socii duodequinquaginta dominiciani sodales, qui cum Sandomirii, ab eisdem feris hostibus crudelissime torquebantur, cycnea voce Dei hominumque Matrem consalutarunt. Virtutum praestantia imperituram assecuti sunt gloriam beati Praesules Vincentius Kadlubek et strenuissimus ille Ioannes Prandota, qui ad Stanislaum in Sanctorum numero rite censendum magnopere nisus est. Neque feminei sexus tacendi sunt gratissimi et lectissimi flores : S. Hedviges, Silesiae dux et Poloniae patrona; beatae Kinga, lolanta, Salomea, Bronislawa, quarum ad imitanda exempla Hedviges illa Andegavensis Poloniae regina alacri gressu decucurrit, numquam caduca digna admiratione, quia amorem Dei animorumque salutem quibuslibet antetulit blanditiis ac patriae vestrae splendet nunc sidus amicum.

Pergratum est. etiam id recensere quod sacri Poloniae Pastores ad honorabiliter consecrandam memoriam beatissimi Stanislai decreverunt in Synodo Leczycae habita, cum centum condebantur anni, postquam is ad caelum evolavit. Iustitiae studium, quo ille incaluit, strenue imitati, providas tunc ipsi leges ideo sanxerunt, ut superbientium oppressorum arcerentur iniuriae ac tenuiorum civium bona iuraque tecta sarta servarentur. Cum iis statim convenit Casimirus Iustus princeps; ac primum tunc Polonorum statutum est foedus, quo, protegente S. Stanislao, vestris in finibus arrogans compescebatur iniquitas. Haud dubie non minus quam iustitiae S. Stanislaus istic altor fuit pacis. Vixdum periato in Poloniam nuntio illum a Romano Pontifice sanctitudinis laurea decoratum fuisse, turmatim gens vestra Cracoviam eius sacras exuvias veneratura confluxit. Illic Apostolicus Legatus, Polonorum Antistites, quinque viri principes, innumera sacerdotum et christifidelium multitudo, omnes religiosam spirantes laetitiam, omnes concordiae redintegrato vinculo una simul nexi sunt. Tota Polonia, antea simultatibus dilacerata, quam vix Mongoiorum aggressio et impetus unire valuerunt, ad S. Stanislai lipsana unanimis, sollers, solida consurrexit. Quam firmissimam animorum coniunctionem retinere prosequimini, ut ardua discrimina, in quibus versamini, superare possitis; eaque erit etiam in posterum vobis summa diligentia servanda, ut quae Deus vobis agenda praeparat, actuose perficiatis : ad magna enim incepta restat emetienda

via, quam cum vos volentes persequi prospicimus ex praesenti aegritudine et moestitia haud parcum haurimus solatium. Precibus praeterea, vitae morumque exemplis sermonibusque ii etiam qui Christi saepta reliquerunt, advocandi sunt, ut, reditu suo fratrum laetificantes coronam, in Ecclesia verum colant Deum, a quo abire est tenebris opprimi, ad quem accedere splendescere est. « Non est desperandum ; orate, praedicate, diligite ; prorsus potens est Dominus. Iam coeperunt cognoscere frontem suam ; multi cognoverunt, multi erubuerunt ; aderit Christus, ut cognoscant et caeteri».[1]

Cum noveritis igitur vobis adesse invictam dexteram Christi, nullo metu pavidi, in proelio Domini perstate; fiducia vestra basalte sit fir mior; caritas vestra etiam in infensos homines nullam ob iniuriam deferveat; spes vestra etiam cum omnia videantur transversa agi et corruere, lucidior sole, piae constantiae vestra proposita roboret et ad serena portendenda inconcussam evehat mentem. Quid timendum? « Scit Sancta Ecclesia in passionibus crescere, atque inter opprobria honorabilem vitam tenere ; scit nec de adversis deiici, nec de prosperis gloriari ; novit contra prospera mentem suam in deiectione sternere, novit contra adversa animum ad spem superni culminis exaltare ».[2]

Cogitate cum animis vestris vocatos nos esse ad militiam Dei vivi,[3] ut peccato et morte destructis, veritatis et caritatis, victricia vexilla coruscent. Quocirca unicuique vestrum hortationem S. Ignatii Antiocheni ad S. Polycarpum adhibemus : « Sta firmus ut incus percussa ».[4] Etenim haud erunt magno sine fructu magni a vobis exantlati labores.

Animum Nostrum suavitate quadam perfundi sentimus, cum percipimus almam Dei Matrem ita a vobis et ab ovibus gregum vestrorum adamari, ut hac religione et fiducia nulli cedatis, multos facile snperetis. Benigna igitur Virgo e caelo ac propitia Polonos, qui in ipsius fidem confugiunt, respiciat atque, cum ipsis sit praesidium eo lumen decusque, supplicibus invocata votis, Patrona validissima, transferat in laetitiam quod istic nunc gignit timorem.

8	giugno		Monsig. Cosma Giorgio, della diocesi di Gran Varadino.
12		»	Monsig. Goria Luigi, della diocesi di Asti
16		»	Monsig. Celano Nicola, della diocesi di Anglona-Tursi.
»		»	Monsig. Conte Antonio Ferdinando, della medesima dioc.
22		»	Monsig. Ciafardoni Luigi, della diocesi di Ascoli Piceno.
»	»	»	Monsig. Fabiani Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»		Monsig. Galosi Francesco, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Cortese Michele, della diocesi di Ischia.
30			Monsig. Polverari Alberto, della diocesi di Senigallia.
13	luglio	»	Monsig. Bianchi Giuseppe, della diocesi di Acqui.

Cameriere segreto soprannumerario di Spada e Cappa di Sua Santità:

26	maggio	1953.	Il Sig. Balecki Oscar, dell'arcidiocesi di New York.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità :

26	marzo	1952.	Monsig. Hoffmann Carlo, della diocesi di Aquisgrana.
5	aprile	»	Monsig. Frings Otto, della medesima diocesi.
13	settembre		Monsig. Junginger Gustavo, dell'arcidiocesi di Vienna.
»	»	»	Monsig. Pichler Antonio Maria, della medesima arcidiocesi.
15	ottobre	»	Monsig. Gerson Alfonso, della diocesi di Aquisgrana.
	»	»	Monsig. Willemsen Teodoro, della medesima diocesi.
7	novembre	»	Monsig. Goldinger Alessandro, dell'arcidiocesi di Vienna.
	»	»	Monsig. Slanski Gustavo, della medesima arcidiocesi.
	»	»	Monsig. Sotóla Francesco, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Strobl Cario, della medesima arcidiocesi.
»			Monsig. Stur Martino, della medesima arcidiocesi.
»		»	Monsig. Velochowsky Giuseppe, della medesima arcidioc.
			Monsig. Wesely Antonio, della medesima arcidiocesi.
11	maggio	1953.	Monsig. Moli Federico, della diocesi di Bressanone.

Cameriere d'onore extra Urbem *di Sua Santità:*

18	novembre	1952.	Monsig. Feichtelbauer Martino, dell'arcidiocesi di Salisburgo.
	»	»	Monsig. Forstner Francesco, della medesima arcidiocesi.

Cameriere d'onore soprannumerario di Spada e Cappa di Sua Santità:

17	luglio	1953.	Il Sig. Brusati Luigi, dell'arcidiocesi di Milano.

Cappellano segreto d'onore di Sua Santità:

5 giugno 1953. Monsig. Pettazzi Giacomo, della diocesi di Asti.

Cappellano d'onore extra Urbem *di Sua Santità:*

18 novembre 1952. Monsig. Kriechbaum Giorgio, dell'arcidioc. di Salisburgo.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

25 maggio 1953. A S. E. il Principe Orsini di Solofra Don Filippo, Assistente al Soglio Pontificio.

La Commenda dell'Ordine Piano:

26 giugno 1953. Al sig. Federici Elia (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 gennaio 1952. Al sig. Gonella Guido (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 gennaio 1952. Al sig. Trinchero Mario (Roma).
5 luglio 1953. Al sig. Lesea Carlo (Francia).
7 » » Al sig. Festa Amerigo (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

6 gennaio 1952. Al sig. D'Antoni Giovanni (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 gennaio 1952. Al sig. Corsanego Camillo (Roma).
24 aprile 1953. Al sig. Cosgrove Terenzio, dell'arcidiocesi di Los Angeles.
22 maggio » Al sig. Bradley Tommaso, dell'arcidiocesi di New York.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 gennaio 1952. Al sig. Coglitore Domenico (Roma).
» » » Al sig. Polito Saverio (Roma).
» » » Al sig. Rust Mario (Roma).
23 maggio » Al sig. Hernández Ron Giuseppe, dell'arcidiocesi di Caracas.
15 luglio » Al sig. Massimo Lanceliotti nobile dei Principi Francesco (Roma).
23 marzo 1953. Al sig. Giulianelli Gioacchino (Roma).

25	marzo	1953.	Al sig. Gallagher Edoardo Felice, dell'abbazia *nullius* di Santa Maria Ausiliatrice di Belmont.
7	maggio		Al sig. Prandina Fabrizio, dell'arcidiocesi di Milano.
13	»	»	Al sig. Jon Attilio, della diocesi di Ivrea.
»			Al sig. Fascetti Giuseppe, dell'arcidiocesi di Pisa.
»	»		Al sig. Alfano Francesco, dell'arcidiocesi di Torino.
		»	Al sig. Marsoni Silvio, della diocesi di Treviso.
»	»	»	Al sig. Monti Venerio, della medesima diocesi.
21	»	»	Al sig. D'Antin de Vaillac Luigi, dell'arcidiocesi di Auch.
23	»		Al sig. De Vincenzi Cosimo, della diocesi di Isernia.
27			Al sig. Taylor Ugo, della diocesi di Trenton.
29		»	Al sig. Bazan Carlo, dell'arcidiocesi di Palermo.
1	giugno		Al sig. Abbadessa Antonino, dell'arcidiocesi di Messina.
19	»	»	Al sig. Marella Carlo (Roma).
27	»	»	Al sig. Dextraze Giuseppe Sylva, della diocesi di S. Giacinto.
t'	luglio		Al sig. Bonnardet Stanislao (Francia).
	»		Al sig. Fabre Marco (Francia).
»	»	»	Al sig. Forgeot Giovanni (Francia).
»	»	»	Al sig. Dufour Renato (Francia).
6	»	»	Al sig. Pazzagli Raffaello, della diocesi di Arezzo.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

6	gennaio	1952.	Al sig. Ginocchietti Angelo, dell'arcidiocesi di Napoli.
	»	»	Al sig. Amoruso Alfonso (Roma).
»		»	Al sig. Aprile Ugo (Roma).
	»	»	Al sig. Pecorelli Aniello (Roma).
		»	Al sig. Perinetti Carlo (Roma).
5	luglio	1953.	Al sig. Generale Grossin Paolo (Francia).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6	gennaio	1952.	Al sig. Macioci Giuseppe (Roma).
»	»	»	Al sig. Pace Armando (Roma).
29	maggio	»	Al sig. Shattock Lorenzo, della diocesi di Southwark.
»	»	»	Al sig. Woollen Valfredo, dell'arcidiocesi di Westminster.
15	luglio	»	Al sig. Spampinato Vito (Roma).
»	»		Al sig. Usai Giuseppe (Roma).
26	gennaio	1953.	Al sig. Gaberino Luigi, della diocesi di Oklahoma e Tu Isa.
»	»	»	Al sig. Pezzetti Giacomo, della medesima diocesi.
2	maggio	»	Al sig. Deck Giorgio, della diocesi di Buffalo.
»	»	»	Al sig. Alazard Giulio, del vicariato apostolico di Pointe Noire.
18	»	»	Al sig. Khayat Bachir Youssef, della diocesi di Aleppo degli Armeni.
25	»	»	Al sig. Gasperini Raimondo, della diocesi di Fréjus e Tolone.
7	giugno		Al sig. Stambulié Antonio, del vicariato apostolico di Khartoum.

II Cavalierato dell"Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

6 gennaio 1952. Ai sig. Severini Ambrogio, della diocesi suburbicaria di Albano.
» » » Al sig. Alessi Gaetano (Roma).
» » » Al sig. Cetola Gastone (Roma).
» » » Al sig. Pezzatini Ugo (Roma).
» » » Al sig. Zinza Cosimo (Roma).
15 luglio » Al sig. Tobia Mario (Roma).
20 giugno 1953. Al sig. Micbeloni Placido (Roma).
» » » Al sig. Spinosi Paolo (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19 giugno 1952. Al sig. Di Raimondo Giovanni (Roma).
5 luglio 1953. Al sig. de la Chau viniere Edoardo (Francia).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6 gennaio 1952. Al sig. Cioccetti Urbano (Roma).
» » » Al sig. Tempesta Pasquale (Roma).
15 luglio » Al sig. Laloni Nicola (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6 gennaio 1952. Al sig. Addamiano Natale (Roma).
» » » Al sig. Alessio Francesco (Róma).
» Al sig. Angelini Ugo (Roma).
» Al sig. Ferraguti Mario (Roma).
» Al sig. Lupinacci Manlio ¡Roma).
Al sig. Maggi Eugenio (Roma).
» » » Al .sig. Solimando Giuseppe (Roma).
» » » Al sig. Caporali Renato (Roma).
» » Al sig. Bergamini Alberto (Roma).
Al sig. Dalia Torre Paolo (Roma).
» » Al sig. Monico Umberto (Roma).
» » » Al sig. Saraceni Filippo (Roma).
» » Al sig. Clarizio Venanzio (Roma).
» Al sig. De Fiore Angelo (Roma).
» Al sig. Peruta Gerardo (Roma).
» » » Al sig. Ortona Eficio (Roma).
» » Al sig. Errico Luigi (Roma).
» Al sig. intontì Luigi (Roma).
» » Al sig. Nàtoli Torquato (Roma).
» Al sig. Franci Giovanni (Roma).
» » » Al sig. Pugliese Salvatore (Roma).
» Al sig. Coacci Romolo (Roma).
» » » Al sig. Cosmelli Benedetto (liorna).
» Al sig. Ricci Michele (Roma).
» Al sig. Trebbi Mario (Roma).
15 luglio » Al sig. Laurenti Gioacchino (Roma).
» » » Al sig. Patrassi Angelo (Roma).

15	luglio	1952.	Al	sig. Valeri Carlo (Roma).
6	maggio	1953.	Al	sig- Magistri Arturo (Roma).
7	»	»	Al	sig. Camilli Alessandro, della diocesi di Orte.
18	»	»	Al	sig. Innamorati Libero (Roma).
19	»	»	Al	sig. Repetti Edmondo (Roma).
20	»	»	Al	sig. Suryo-Di-Puro Suyoto (Indonesia).
21	»	»	Al	sig. De Villa Giuseppe, del patriarcato di Venezia.
25	»	»	Al	sig. Volta Francesco Paolo (Roma).
28	»	»	Al	sig. Fernandez Ruiz Stefano (Spagna).
1	giugno	»	Al	sig. Canforo Vincenzo, della diocesi di Ugento.
19		»	Al	sig. Izzo Antonio, dell'arcidiocesi di Washington.
20	»	»	Al	sig. Conti Alfredo, della diocesi di Piacenza.
»	»	»	Al	sig. Di Giorgi Salvatore (Roma).
26	»	»	Al	sig. Giorgi Giulio, dell'arcidiocesi di Lucca.
»	»		Al	sig. Solaro Achille, dell'arcidiocesi di Milano.
27	»		Al	sig. Amodio Umberto, della diocesi di Campagna.
5	luglio	»	Al	sig. Auriol Paolo (Francia).
»	»		Al	sig. Col. Audoui Marco (Francia).
	»	»	Al	sig. Koscziusko-Morizet Giacomo (Francia).

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6	gennaio	1952.	Al	sig. Aquino Antonio Salvatore (Roma).
»	»		Al	sig. Camilli Secondo (Roma).
	»	»	Al	sig. Catucci Angelo (Roma).
		»	Al	sig. Floridia Sebastiano (Roma).
»		»	Al	sig. Pittui Giuseppe (Roma).
	»		Al	sig. Rosa Giuseppe (Roma).
»		»	Al	sig. Sanzò Carmine (Roma).
			Al	sig. Ciancio Mcola (Roma).
		»	Al	sig. Intersimone Giuseppe (Roma).
	»	»	Al	sig. Stefanini Giovanni (Roma).
		»	Al	sig. Martínez Marcello (Roma).
14	novembre		Al	sig. Auad Giuseppe, della diocesi di Valencia nel Venezuela.
15	luglio	»	Al	sig. Orcel Giuseppe (Roma).
»	»		Al	sig. Puccinelli Vincenzo (Roma).
	»	»	Al	sig. Silvestri Carlo Andrea (Roma).
»	»	»	Al	sig. Villani Lamberto (Roma).
7	maggio	1953.	Al	sig. Sabatini Antonio, della diocesi di Ripatransone.
»	»	»	Al	sig. Cerutti Renato, della diocesi di Tortona.
13			Al	sig. Pellegrini Gino, della diocesi di Pescia.
25	»		Al	sig. Marcellino Mcolino, dell'arcidiocesi di Sassari.
29	»	»	Al	sig. Tond uti Pietro, dell'arcidiocesi di Milano.
1	giugno	1953.	Al	sig. Menga Rachele, dell'arcidiocesi di Trani.
»	»	»	Al	sig. Vitalini Prospero, della diocesi di Ugento.
15		»	Al	sig. Caracci Pietro, dell'arcidiocesi di Udine.
»		»	Al	sig. Sello Gino, della medesima arcidiocesi.
19			Al	sig. Angeloni Mario (Roma).
»	»	»	Al	sig. De Bonis Renzo (Roma).
»			Al	sig. De Strobel Pietro (Roma).

19 giugno 1953. Al sig. Ottaviani Vincenzo (Boma).
24 » » Al sig. .Sacchetti Cesare, dell arcidiocesi di Bologna.
» » » Al sig. Lionello Antonio, della diocesi di Padova.
26 » » Al sig. Tricella Antonio, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Vigano Pietro, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Cioci Giacomo, della diocesi di Senigallia.
7 luglio » Al sig. Marsilli Carlo, della diocesi di Trieste.
0 » » Al sig. Lenzinger Giacomo, della diocesi di Basilea e Lugano.
15 » » Al sig. Gioanola Igino, della diocesi di Casale Monferrato.

NECROLOGIO

31 maggio 1953. Monsig. Bousch Giuseppe Francesco, Vescovo di Saint Cloud.
16 giugno » Monsig. Downey Riccardo, Arcivescovo di Liverpool.
17 » » Monsig. Bray Patrizio Alberto, Vescovo di San Giovanni nel Canada.
20 » » Monsig. Gounot Carlo Alberto, Arcivescovo di Cartagine.
23 » » Monsig. Bernareggi Adriano, Arcivescovo-Vescovo di Bergamo.
28 » » Monsig. Katcho Stefano, Vescovo tit. di Arsamosata.
7 luglio » Monsig. Rateni Michele, Vescovo di san Marco e Bisignano.
15 » » Monsig. Panickerveetil Ivanios Giorgio Tommaso, Arcivescovo di Trivandrum dei Siro-Malankaresi.
18 » » Monsig. Djibri Stefano, Arcivescovo di Kerkuk dei Caldei.
19 » » Monsig. Boylan Giovanni Giuseppe, Vescovo di Rockford.
5 agosto » Monsig. Leynaud Agostino Fernando, Arcivescovo di Algeri.
14 » » Monsig. Hindo Atanasio Paolo, Arcivescovo di Bagdad dei Siri.
24 » » Monsig. Richa Elias, Vescovo di Eliopoli dei Maroniti.

An, et yol. XXXXY **28 Septembris 1953** **(Ser. II, t. XX) -. N. 11**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP/ XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LULUABURGENSIS
(KABINDAÊNSIS)

A VICARIATU APOSTOLICO LULUABURGENSI CERTA DISTRAHITUR REGIO QUAE IN NOVUM REDIGITUR VICARIATUM APOSTOLICUM, ((KABINDAËNSEM)) APPELLANDUM.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sanctae Ecclesiae rebus aptius consulere easdemque accommodamus administrare Nostrum esse censemus, qui a summo hominum Servatore christiana agmina suscepimus ad aeternam ducenda salutem, ut, quae omnigeno hostili turbentur incursu atque in universo prope terrarum orbe graviter periclitentur, per Nostras sollicitas curas firmiora obtineant praesidia ad laetam faustamque Christi deproperandam victoriam. Cum igitur a Luluaburgensi Apostolico Vicariatu, quippe qui in nimiam pateat latitudinem, certam visum,sit distrahi regionem ut novus ex ea erigeretur Vicariatus, Nos, qui omnia probamus consilia quae Dei regno amplificando hisce in terris feliciter conducant, hoc quoque libenter admittendum putamus. Explorato igitur quid venerabilis Frater Petrus Sigismondi, Archiepiscopus titulo Neapolitanus in Pisidia atque in Congo Belgico et in Ruanda Urundi Apostolicus Delegatus, de hoc sentiret negotio, consilium audivimus venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Coetui Christiano Nomini Propagando praeposito-

rum ; et postquam rem quam diligentissime indicavimus ac perpendimus, certa proinde scientia eorum quae sumus acturi et consensum pariter omnium sua interesse arbitrantium supplentes, de summa Nostra et apostolica potestate, qua omnibus praesidemus Ecclesiis, haec quae sequuntur decernimus atque statuimus. A Vicariatu Apostolico Luluaburgensi, sollertibus concredito curis Sodalium Congregationis ab Immaculato Deiparae Mariae Corde, totam excerpimus regionem quae ad orientem solem vergit et lambentibus fluminibus, quibus vulgo sunt nomina Sankuru, Mbujimayi (quod etiam dicitur Busbimaie) et Lomami, quasi cingitur ac denique missionalium stationum terminis circumscribitur, quae Saint Antoine, Saint Trudon, Katende et Tubeya appellantur quaeque hactenus ad Luluaburgensem Vicariatum pertinebant. Quam regionem in novum redigimus Vicariatum Apostolicum, *Kabindaënsem* appellandum. Cum praeterea multum addeceat hunc christianum gregem illis concredi viris, qui multum in eodem territorio iam allaboraverint ideoque bene indigenarum mores diuturno noverint usu, novum Kabindaënsem Vicariatum iisdem Sodalibus Congregationis ab Immaculato Corde Virginis Mariae regendum tradimus, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum. Cui Vicariatui, quem nuper constituimus, eiusque pro tempore Praesulibus, omnia tribuimus iura et honores, quibus ceteri Vicariatus eorumque Praesules per terrarum orbem fruuntur; quos tamen volumus iis oneribus officiisque obstrictos, quibus ceteri onerantur. Ut autem ea quae Nostris hisce Litteris praecipimus efficiantur, eundem venerabilem Fratrem Petrum Sigismondi deligimus vel eum qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, Delegationi in Congo Belgico ac Ruanda Urundi praeerit; cui propterea omnes necessarias atque opportunas ad id potestates tribuimus, cuilibet viro, si opus fuerit, subdelegandas, dummodo tamen aliquam in sacro sacerdotio obtineat dignitatem. Iubemus praeterea ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Consilium Christianae Fidei Propagandae quam primum transmittet. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est sedulo serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, aut typis impressis aut manu

exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur si ostender en tur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Cancellariam Apostolicam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXVI, n. Iß.

II

LÜLÜABÜRGENSIS
(MWEKAËNSIS)

A VICARIATU APOSTOLICO LULUABURGENSI QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, QUIBUS NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA ERIGITUR ((MWEKAËNSIS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae verba Christus, cum a mortuis surrexisset, locutus est Apostolis : « Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae » (Me. 16, 15) Ecclesiae sanctae oneri sunt, ut omnium populorum animos rore ac lumine divinitus revelatae veritatis conspargat, ac tandem fìat unum ovile in universo terrarum orbe et unus pastor. Nos igitur, quos Deus voluit Beati Petri in Ecclesia regenda adire hereditatem, nihil de agendis rebus omittimus quae bonam spem afferant posse aptius Ecclesiae rebus vel regimini consuli. Cum propterea venerabilibus Fratribus Nostris Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositis visum sit territoria Vicariatus Apostolici Luluaburgensis divi-

dere novamque ex divisa regione Apostolicam Praefecturam erigere, Nos eorum consilium probantes, post auditum venerabilem Fratrem Petrum Sigismondi, Archiepiscopum titulo Neapolitanum in Pisidia, eundemque in Congo Belgico et in Buanda Urundi Apostolicum Delegatum ; re bene considerata, ideoque certa scientia eorum quae acturi sumus; eorum insuper consensum supplentes qui aliquid iuris in hac re se arbitrentur habere ; de Nostra summa et apostolica potestate haec quae sequuntur decernimus. Quae regio fluminibus Sankuru, Lombele, Lulua, Lele, Luele, Lueme et Kasai continetur atque finibus inter territoria civilia de Mw eka, de Mimbelenge, de Demba comprehenditur, missionales stationes de Wweka, de Port-Franqui, de Kakenge, de Domiongo, de Mushenge, et de Bena-Tshiadi complectens, hanc a Vicariatu Apostolico Luluaburgensi distrahimus eamque in Praefecturae Apostolicae dignitatem elevamus *Mwehaensem* appellandam. Quam, volentes aliquo modo meritum praemium re tribuere Sodalibus Iosephitis Gerardimontensibus, qui magno labore de eodem Vicariatu bene sunt meriti, concredimus regendam, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Huic modo erectae Praefecturae Apostolicae omnia iura, potestates, privilegia tribuimus, quae sunt omnium Praefecturarum Apostolicarum propria simulque onera et obligationes. Quae omnia, iura scilicet et onera, ad eius quoque Praesules pro tempore pertinebunt. Quae his Litteris decrevimus venerabilis Frater Petrus Sigismondi, in Congo Belgico et in Buanda Urundi Apostolicus Delegatus, exsequenda curabit vel ille qui eo tempore quo res peragetur ei Delegationi praeerit, concessis rei gerendae iuribus, quae poterunt cuilibet viro subdelegari, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Ei autem cui hoc negotium contigerit exsequendum onus iniungimus documenta exarandi eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittendi. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est sedulo serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis quavis praeditus auctoritate sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur si

ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum siquis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. B. E. Cancellario

EUGENIUS Card. TI S SER ANT PETRUS Card. FUMASONI BIONDI

Sacri Collegii Decanus *S. Congr. de Prop. Fide Praefectus*

Hamletus Tondini

Cancellariam Apostolicam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti^ *Proton. Apost.*

Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXVI, n. 44-

III

ALIWALENSIS

(DE AAR)

ALIWALENSIS DIOECESIS DIVISO TERRITORIO, NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE AAR)) CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nos, quibus gubernandae universae Ecclesiae est onus iniunctum, nihil dubitamus dioecesium administrationis aliquid immutare quotiens id egregiae spei documentum exhibeat posse rem christianam facilius et aptius incrementa capere. Cum igitur venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus e Consilio Fidei Propagandae perutile videatur Aliwalensis dioecesis territorium partiri ex eoque novam Praefecturam Apostolicam condere, Nos admissis precibus venerabilium Fratrum Martini Lucas, Archiepiscopi titulo Adulitani eiusdemque in Africa Meridionali olim Apostolici Delegati, ac Ioannis Lueck, Aliwalensis Episcopi; re attentissimo animo considerata, certaque igitur scientia eorum quae sumus acturi ; eorum insuper consensum supplentes quorum ius est aliquod in hoc negotio ; atque id quod Sacro Consilio Fidei Propagandae placuerit ratum habentes; de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine haec quae sequuntur statuimus. Ex dioecesi Alhvalensi, quae

est in Unione Africae Meridionalis sita quaeque est archidioecesi Capetownensi suffraganea, civiles districtus De Aar, Hopetown, Hanover, Middelburg, Britstown, Philipstown, Richmond, Oolesberg distrahimus eosque in novam Praefecturam Apostolicam redigimus, « De Aar » appellandam atque sodalibus Congregationis Sacerdotum a S. Corde Iesu, Provinciae Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis, inibi iam sollerter allaborantibus, ad Nostrum tamen et huius Apostolicae Sedis nutum, concredendam. Cui modo erectae Praefecturae Apostolicae sive iura, honores, potestates sive onera et obligationes eadem erunt, quae ad ceteras Praefecturas Apostolicas pertinent. Quod idem est de eius Praesulibus pro tempore dicendum. Quae autem per has Litteras a Nobis statuta sunt Apostolicus Delegatus in Africa Meridionali exsequenda curabit, vel ille qui eo tempore quo haec decreta exsecutioni mandabuntur illi Delegationi praeerit. Ei vero qui rem perficiet opportunas tribuimus potestates quae poterunt alii quoque viro subdelegari, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Cui tamen oneri erit actarum rerum documenta exarare eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae mittere cum primum poterit. Has vero Litteras firmas, validas et efficaces nunc et in posterum esse, suamque vim et effectum habere volumus ; ac praecepta quae iisdem describuntur ab omnibus quorum interest fideliter servari decernimus. Quod siquid adversus ea quae hisce Litteris statuimus a quolibet, quavis auctoritate, vel sciente vel imprudente attentatum fuerit, id irritum sane erit et inane, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Volumus praeterea ut harum Litterarum exemplis vel locis, sive impressis sive manu exaratis, eadem plane tribuatur fides quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo ab aliquo publico tabellione subscripta sint et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munita. Nemini denique iis quae his Litteris descripta sunt obsistere liceat. Quod siquis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo quarto mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
EUGENIUS Card. TISSER ANT PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
Sacri Collegii Decanus *S. Congr. de Prop. Fide Praefectus*

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco £$ Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXVI, n. 27.

IV

GABOUENSIS

PRAEFECTURA APOSTOLICA GAROUENSIS AD GRADUM ET DIGNITATEM APOSTOLICI VICARIATUS EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Christi grex sit divina providentia Nobis curae commissus, magno gaudio et laetitia ea omnia agimus quae quoquo modo universae Ecclesiae profectui Deoque gloriae futura noverimus. Quoniam igitur venerabilibus Fratribus Nostris Sacrae Congregationi christiano nomini propagando praepositis consilium fuerit Apostolicam Praefecturam Garouensem ad Vicariatum Apostolicum esse evehendam, Nos, quibus omnia bona probantur, audito dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinale eiusdem Sacrae Congregationis Praefecto ; de sententia quoque venerabilis Fratris Marcelli Lefebvre, Archiepiscopi titulo Arcadiopolitani, in Europa, eiusdemque Apostolici Delegati de Dakar; eorum insuper quorum interest, si opus sit, consensum supplentes, re denique attentissimo animo considerata, de apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur statuimus. Apostolicam Praefecturam Garouensem, quae multo Patrum Societatis Oblatorum a Maria Immaculata labore nonnihil accepto verbo Dei profecerit, ad gradum et dignitatem Vicariatus Apostolici evehimus, eodem nomine appellandi. Quem, volentes aliquo modo meritum praemium retribuere animumque addere ad Ecclesiae fines latius proferendos, iisdem Patribus, quos modo memoravimus, concredimus, ad Nostrum tamen nutum et huius Apostolicae Sedis. Hunc Apostolicum Vicariatum iis omnibus iuribus ditamus simulque obligationibus astringimus quibus solent ceteri Apostolici Vicariatus ditari et astringi. Quod idem de eius Praesulibus pro tempore dicendum est. Quae vero his Litteris decrevimus venerabilis Frater Marcellus Lefebvre, quem supra memoravimus, exsequenda curabit, vel ille qui eo tempore quo exsecutioni mandabuntur ei Delegationi praeerit. Cui autem contigerit haec omnia peragere eidem omnes potestates rei agendae necessarias tribuimus, quae poterunt cuique viro subdelegari dummodo in ecclestiastica dignitate constituto. Cum vero haec decreta ad effectum deducta fuerint, oneri erit ei documenta exarare eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum transmittere. Has vero

Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est sedulo serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per bas Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter siquis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum et inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo et quarto mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Cancellariam Apostolicam Regens

t Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc. in Is., *Dec. Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXXXVI, n. 87.

V

DANIAE
(HAFNIAE)

APOSTOLICUS VICARIATUS DANIAE AD DIOECESIS DIGNITATEM EVEHITUR HAFNIAE NOMINE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Certiores facti sumus florescere Ecclesiam quae est in Dania, ac suos magnopere fines proferre. Quod sane Nobis in magnis constitutis aerumnis ob certamina quae undique in Ecclesiam sanctam concitantur, iucundum ac suave accidit. Exoptantibus igitur Nobis iis sacerdotibus qui sollerti opera magnoque labore dilatando in Dania christiano nomini toti incubuerunt animum addere ad novos rerum religiosarum profectus, simulque volentibus iisdem meritae laudis testimonium retribuere, in animo est Daniae Vicariatum Apostolicum ad gradum dioecesis evehere. Quapropter, quae hac de re Consilium Fidei Propagandae censuit esse facienda rata habentes ; eorumque consensum supplentes qui aliquid iuris in hoc negotio sese habere arbitrentur; post rem attentissimo quo par erat animo consideratam, ideoque certa scientia eorum quae sumus acturi ; de Nostra suprema et apostolica potestate, haec quae sequuntur decernimus. Apostolicum Daniae Vicariatum ad dignitatem dioecesis evehimus, Hafniae nomine appellandae, ac Nostrae auctoritati et huius Apostolicae Sedis directo subicimus. Cuius dioecesis Episcopus in urbe Hafnia sedem ac domicilium habebit; cathedrae vero collocandae S. Ansgarii templum commode adhiberi poterit, quod usque huc uti Vicarii Apostolici proprium templum habebatur. Huic modo erectae dioecesi, adeptae dignitatis caussa, eiusque Praesulibus pro tempore ea omnia iura, privilegia, onera et obligationes tribuimus quibus honestari et onerari solent ceterae Ecclesiae eiusdem dignitatis ceterique per orbem Episcopi. Onus habebit Hafniae Episcopus Collegii Canonicorum constituendi; quoadusque tamen ob rerum difficultates ab hac re prohibeatur, concedimus ut eorum loco dioecesani Consultores eligantur, quorum opera quorumque consilio Praesul iuvari possit. Quia denique haud parum confert ad dioecesium stabilitatem educatio puerorum, quos Deus ad sacerdotale munus vocaverit, iubemus ut Seminarium quam primum condatur. Quod autem ad mensam episcopalem, quam dicunt, attinet, sive iis bonis constituetur, siqua sint, quae Daniae Vicariatui accede-

bant ; sive emolumentis quae Curiae obvenient ; sive denique pecuniis a Sacra Congregatione Fidei Propagandae vel a christianis fidelibus offerendis. Quae vero his Litteris decrevimus venerabilis Frater Ioannes Theodorus Suhr, hucusque Apostolicus Daniae Vicarius, idemque Ecclesiae titulo Balenciensis Episcopus, hoc ipso die Hafniae Episcopus renuntiatus, exsequenda curabit. Ei igitur agendae rei potestates libenti animo tribuimus, quas poterit etiam cuilibet viro subdelegare, qui sit in ecclesiastica dignitate constitutus. Cum vero res ad effectum deducta fuerit, idem venerabilis Frater, quem nuper memoravimus, documenta exarari curabit, eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum transmitti. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiîcaciati nulla cuiusvis generis contraria prae scripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi volumus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel infringere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die nono et vicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Cong. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Cancellariam Apostolicam Regens

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXVI, n. 52.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULUS AC PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS ECCLESIAE SUBLACENSI SANCTI ANDREAE CONFERUNTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sancti Andreae Apostoli Templum Sublacense, novissimo bello saeviente, direptum ac paene eversum, Virorum e prioribus atque Christifidelium largitate ad artis rationem est reiectum, quemadmodum accepimus, et in melius reparatum. Tholus enim altius fuit sublatus, frons exquisitius ornata, novum adiectum Sacrarium Beatae Mariae Virginis ab origine Immaculatae, quae peculiari ibi excolitur religione. Admireris praeterea molis amplitudinem, et cathedram atque scamna chori egregio confecta artifìcio. Iuvat quoque memorare Summos Pontifices, Decessores Nostros, plurima contulisse munera in hanc Aedem, potissimum Pium Pp. VI, qui eam curavit exstruendam amplisque auxit privilegiis, atque Pium Pp. IX, qui Templi Cathedralis honorem ei adiunxit. Canonicos aliosque sacrorum administros et Christifideles rerum divinarum diligentes ibidem est conspicere, nec non Sanctorum praeclaras reliquias ac supellectilem pretiosam, ita ut nihil videatur desiderandum quod ad domus Dei decorem atque dignitatem. Faustam igitur nactus occasionem, qua hoc Templum, tot laudibus ornatum, iterum fuit dedicatum, Venerabilis Frater Simon Laurentius Salvi, Episcopus titulo Diocaesariensis in Palaestina atque Abbas Ordinarius Sublacensis, Nos rogavit ut Ecclesiam, quam diximus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenter admissis, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam Sancti Andreae Sublacensem ad dignitatem et honorem Basilicae Minoris evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; ir-

ritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XIV** mensis Decembris, anno **MCMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

BEATA MARIA V., NOMINE ((DE LOS LIRIOS)) INVOCATA, OPPIDI « ALCOY)), INTRA VALENTINAE ARCHIDIOECESIS FINES POSITI, PATRONA CAELESTIS ELIGITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ab origine omnis labis expertem Deiparam Christifideles, qui oppidum, « Alcoy » appellatum et intra fines Valentinae Archidioecesis situm, incolunt, honore, quemadmodum accepimus, venerantur praecipuo. Quod quidem recte faciunt, cum Beata Maria Virgo numquam satis dilaudetur eademque sit sospitalis omnium Mater et hominibus, tot iactatis procellis, salutis perfugium. Probatum autem hunc cultum augere cupientes, eius loci curiones aliique sacrorum administri et piae sodalitates submissas Nobis adhibuerunt preces ut Almam Virginem Mariam ab origine Immaculatam, quam « de los Lirios » appellant, caelestem eiusdem oppidi Patronam renuntiare dignaremur. Quae supplicationes, Venerabilis Fratris Marcellini Olaechea Loizaga, Archiepiscopi Valentini, commendatione suffultas, pro Nostro erga Dei Genetricem amore atque huiusce religionis propagandae studio, libenti animo censuimus admittendas. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, nomine « de los Lirios » invocatam, praecipuam apud Deum oppidi « Alcoy ». intra Valentinae Archidioecesis fines positi, Caelestem Patronam eligimus, constituimus, declaramus, omnibus et singulis adiectis privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras

firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Decembris, anno **MCMLII**, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

III

AD DIGNITATEM ET HONOREM BASILICAE MINORIS EVEHITUR ECCLESIA S. PAULI, NARBONENSIS EPISCOPI, IN URBE NARBONE ET INTRA FINES CARCASSONENSIS DIOECESIS POSITA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Speciosa Narbo » (Prudent., *Peristeph.*, IV, 35), missis ceteris, quibus amoena efficitur et illustris, Templo Sancti Pauli, primi eiusdem urbis Antistitis magnopere condecoratur. Quae Aedes saeculo iv traditur primum exstructa quasi amplissimum monumentum, quo incliti Praesulis illius ornaretur sepulcrum. Hypogea quoque ibi sunt inventa, in quibus, prope tam insigne conditorium, veteres Christi cultores, vitae laboribus perfuncti, conquiescebant. Iuvat praeterea memorare idem Templum fuisse praecipuum religionis domicilium quandoquidem ibi Canonici Regulares Sancti Augustini eiusdem huius sancte vivendi Praeceptoris obierunt instituta, in quorum locum saeculo xii vergente Canonici saeculares, quos dicunt, substituti sunt. Christifideles quoque hanc Aedem, utpote sacris illis ossibus praeclaram, piae peregrinationis causa solebant adire. Post Gallicarum vero rerum conversionem, quo tempore reliquiae illae impie fuerant combustae, eidem Templo curia est adiecta, cuius populus fidelis, opificum ordine frequens, religionis perhibetur valde studiosus. Hoc etiam est in Aedis laudibus ponendum, quod mole sit spectabilis atque eo structurae genere, quod « Gothicum » appellant. Quae artificiosis praete-

rea operibus et sacra supellectile affluii, ita ut visentes haud modica incedat admiratio. Septimo igitur revoluto saeculo, ex quo Templum, ut nunc cernitur, fuerat aedificatum, Venerabilis Frater Petrus Maria Puech, Episcopus Carcassonensis, Nos rogavit, ut id Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenti animo auditis, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam Sancti Pauli, Narbonensis Episcopi, in urbe Narbone et intra fines Carcassonensis dioecesis positam, ad dignitatem *Basilicae minoris* evehimus omnibus cum honoribus ac privilegiis, quae Templis itidem insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; iisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Ianuarii, anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

IV

INTERNUNTIATURA APOSTOLICA IN IRANIANO IMPERIO ERIGITUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi intercedunt cum Civitatibus, soleat existere, neminem latet estque usu iam dudum comprobatum. Cum igitur commodum esse visum fuerit Apostolicam Sedem et Iranianum Imperium publicis huiusmodi vinculis inter se coniungi, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Iraniano

Imperio *Internuntiaturam Apostolicam* erigimus et constituimus, cuius sedem in urbe Teherania collocamus. Eidem ergo sic per Nos erectae Internuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **II** mensis Maii, anno **MDCCCCLIII**,, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

Y

AD EXCMUM P. D. IOSEPHUM DA COSTA NUNES, ARCHIEPISCOPUM GOANUM ET DAMANENSEM INDIARUMQUE ORIENTALIUM HONORIS CAUSA PATRIARCHAM : AUREA ROSA SEDI GOANAE ET DAMANENSI, DE EVANGELIO PROPAGATO EGREGIE MERITAS, TRIBUITUR.

PIUS PP. XII

Venerabilis Prater, salutem et Apostolicam Benedictionem.— A Sancti Francisci Xaverii morte, Evangelii praeconis, cuius nomen viget memoria saeculorum, annus quadringentesimus sollemnibus est frequentatus, quibus, Legati Nostri munere functus, praefuit Dilectus Filius Noster Emmanuel Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Gonçalves Cerejeira, Patriarcha Lisbonensis. Huius quidem Caelitis promerita Nosmet Ipsi nuntio per aetheris undas misso luculenter recoluimus. Eundem vero Sancti Ignatii sodalem, qui religionis fines propagavit latissime, praecipuis obsequiis ornant Tuae Goanae archidioecesis Christifideles, quorum in urbe principe sacra eius ossa exculto contecta sunt sepulcro. Nos ergo, magno affecti gaudio ob tanto viro tributos eiusmodi honores, ut benevoli animi Nostri praeclarum quod-

dam. exstaret monumentum, ad Goanum Templum Cathedrale rosam auream mittere constituimus. Itaque, motu proprio, certa scientia et matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, Ecclesiae Cathedrali Goanae rosam ex auro conflatam, in Sacra Aede a Bono Iesu appellata in eadem urbe Goa asservandam, harum Litterarum vi, tribuimus et largimur. Quae vero in sollemni Benedictionis rosae huiusmodi, caerimonia a Deo supplices postulavimus, ut nimirum prospera cuncta concederet, adversa destrueret, ea iterum impenso animi studio a misericordiarum Patre effiagitamus ut sacrorum administris et universo populo Goano cumulate impertiat. Ut autem sacrum hoc munus cum honore, quemadmodum par est, suscipiatur, volumus illud eidem Cathedrali Templo dari per dilectum filium Iosephum McGeough, Antistitem Urbanum apud Officium publicis Ecclesiae negotiis accurandis. Cum vero ibidem sacrum sollemne ea de causa rite peragetur, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui peccata sua confessi ac Sacra Communione refecti, vel eidem sacro interfuerint vel illo die Ecclesiam visitaverint ibique pro Sanctae Ecclesiae bono pias ad Deum preces fuderint, de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli atque Nostra auctoritate confisi, indulgentiam plenariam misericorditer in Domino elargimur. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Augusti, anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

EPISTULAE

I

AD EXCMTJM P. D. EDUARDUM FRANCISCUM RYAN, EPISCOPUM BURLINGTONENSEM, PRIMO EXEUNTE SAECULO AB EIUSDEM DIOECESIS CONSTITUTIONE.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Burlingtonensis ista dioecesis, ut libenter certiores facti sumus, exeunte proximo Iulio mense primum elapsum saeculum commemoratura est, ex quo Sedis Apostolicae auctoritate est constituta. Iure autem ac merito hoc eventum opportunis celebrationibus recoletur, quum vobis respicientibus eiusmodi temporis spatium et quae per sacrorum Antistites ac mi-

nistros fidelesque apud vos gesta sunt, bonorum omnium Largitori publicae agendae sint grates ob innumera accepta beneficia atque auspicia inde sumenda, ut praeclara maiorum exempla renoventur et fides avita atque virtus nihil praeteriti fulgoris apud vos amisisse videantur. Quot enimvero hodie nitent sacrae aedes post centum annos a condita dioecesi, inter quas templum cathedrale renovato splendore coruscans, quot vigent pia educationis caritatisque instituta et catholicorum sodalitia, quam felicibus presbyterorum fideliumque auctibus grex iste adolevit! Nos itaque, dum de proxima faustitate laeto animo gratulamur, tibi tuisque laborum sociis maiora in dies salutis fructuum incrementa a Domino instanter ominamur. Hac spe freti, tibi, Venerabilis Frater, ultro facultatem tribuimus, ut, die constituta, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Supernorum interea donorum in auspicium, inque peculiaris Nostrae dilectionis testimonium, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, universoque clero ac populo tuae vigilantiae demandato amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxix mensis Iunii, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. AUGUSTUM ALVARUM TIT. SANCTI ANGELI IN FORO PISCARIO S. R. E. PRESB. CARDINALEM DA SILVA, ARCHIEPISCOPUM SANCTI SALVATORIS IN BRASILIA, QUEM LEGATUM DELIGIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM E TOTA NATIONE BRASILIANA INDICTUM ATQUE AD SIMULACRO NOSTRAE DOMINAE DE NAZARETH IN BASILICA URBIS BELEMENSIS DE PARA CORONAM IMPONENDAM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Comperimus sane perlibenter, in urbe Belemensi de Para, Conventum Eucharisticum e tota natione Brasiliana, proximo Augusto mense, sollemniter celebratum iri. Auspicato autem continget ut simulacrum Nostrae Dominae de Nazareth, quod ibidem in Basilica huius nominis religiosissime honoratur, inter dies ipsius Congressionis corona redimiatur. Meritis quoque laudibus probamus argumentum, quod in sollemnibus

coetibus declarandum proponitur, nempe « Sacra Eucharistia » tamquam «Sacramentum unitatis et communitatis». Ipsa enimvero signa, quibus constat huiusmodi Sacramentum, peropportuna sunt incitamenta fraternae inter discipulos Christi coniunctionis. Qua de re Angelicus Doctor ex Augustini sententia (Tract. XXVI in Ioann. n. 13, Migne, P. L. 35,1613) haec habet : « Dominus noster corpus et sanguinem suum in eis rebus commendavit quae ad unum aliquid rediguntur ex multis ; namque aliud (scilicet panis) ex multis granis in unum constat ; aliud (scilicet vinum) in unum ex multis acinis confluit; ... O sacramentum pietatis, o signum unitatis, o vinculum charitatis ! » (Summa Theol. III, p. LXXIX, a. 1, Opera omnia S. Thomae Aquin., t. IV, Parmae, MDCCCLIV, pag. 370, col. II). Sincera igitur caritas animorumque concordia bonorumque omnium conspiratio, in salutem utilitatemque societatis ipsius civilis, prosilit ex sanctissima Eucharistia. Nos autem, qui nihil habemus antiquius, quam ut apud singulas nationes amica quaedam mentium ac voluntatum coniuratio in bono communitatis persequendo efficiatur, proximum Brasilianorum Congressum Eucharisticum fervidis votis non modo prosequimur, sed praesentes quodammodo eidem esse ac praeesse exoptamus. Quapropter te, Dilecte Fili Noster, quem Romana purpura nuper exornavimus, quique praenobilem istam Sancti Salvatoris sedem archiepiscopali munere moderaris, ut iam publice ediximus, Legatum Nostrum a Latere deligimus ac renuntiamus, ut Conventui e Brasiliana tota Natione Eucharistico, proxime ineundo, Nostro nomine Nostraque auctoritate praesideas. Praeterea tibi facultatem damus, ut Nostram gerens personam, simulacro Nostrae Dominae de Nazareth, quod in Basilica eiusdem nominis piissime colitur, veluti manibus Nostris coronam sollemniter imponas. Pro certo quidem habemus, te, pro flagranti erga Augustum Sacramentum ac Deiparam pietate, duplicem legationem feliciter utiliterque esse exsecuturum, eosque cives, qui convenient, utilitates plurimas uberesque fructus percepturos. Quorum interea in auspicium, inque peculiaris Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, iisque universis, qui sacris sollemnibus intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die IX mensis Iulii, anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

III

AD EXCMUM P. D. IOANNEM IOSEPHUM MITTY, ARCHIEPISCOPUM SANCTI FRANCISCI IN CALIFORNIA, PRIMO EXPLETO SAECULO AB EADEM ARCHIDIOECESI CONDITA.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Primo exeunte saeculo, postquam archidioecesis ista Sancti Francisci auspicato condita est, peropportunum initum est consilium huiusmodi eventum sollemniter commemorandi. Centum enimvero annorum decursu, industria ac sollertia sacrorum Antistitum, sollicitudine operaque Ecclesiae administrorum, favore et ope proborum christifidelium ditio Sancti Francisci, inter plures etiam gravesque difficultates, praesertim post ingentes ruinas, quas anno MCMVI in principe urbe terrae motus traxit, felicia nec parva suscepit incrementa. Si hodie exstant tot aedes sacrae ad pietatem populi erga Deum fovendam, tot scholae ad educationem doctrinamque adolescentibus impertiendam, tot religiosae domus et consociationes ad virtutes fidelium exercendas, tam multa caritatis instituta ad angustias civium et infirmitates sublevandas, haec praecipue tribuenda sunt curis decessorum tuorum et laboribus quoque officii tui pastoralis. Itaque, quum Deus prima sit origo omnium bonorum et fons ditissimus, publicae sollemnesque gratiae agendae sunt divinae liberalitati, quae elapso saeculo fideles metropolitanae istius ecclesiae compluribus beneficiis et salutaribus fructibus cumulavit. Proxima igitur saecularia sollemnia Nos in primis faustis ominibus prosequimur, simulque Dominum precamur, ut ista archidioecesis felicibus semper auctibus laete tur ac floreat. Tibi autem, Venerabilis Frater, ultro facultatem damus, ut, praestituta die, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestium interea munerum in auspicium, inque praecipuae Nostrae dilectionis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, cunctoque clero ac populo tuae curae tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Iulii, anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

IV

AD EXCMUM P. D. IOANNEM R. MAC DONALD, EPISCOPUM ANTIGONICENSEM AC STUDIORUM UNIVERSITATIS SANCTO FRANCISCO XAVERIO DICATAE CANCELLARIUM : SAECULO IMPLETO AB EADEM UNIVERSITATE CONDITA.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. —- Quae hodie Antigonicensis studiorum Universitas ^appellatur, S. Francisco Xaverio dicata, viginti ante lustra, ut comperimus, condita fuit, hoc est paucos post annos ex quo Dioecesis ista rite constituta fuerat; ac reapse dici potest per hoc saeculare temporis spatium illinc et fere omnem clerum vestrum et ex laicorum ordine non paucos lucem mentibus hausisse ad vitam christianis praeceptis conformandam et ad catholicam religionem firmiter alacriterque tuendam. Initio siquidem institutum istud sacrorum alumnis instituendis educandisque peculiari modo inservivit felicissime; atque ex eo plurimi sacerdotes profecti sunt, qui « forma facti gregis ex animo »,[1] cum uberibus ac salutaribus fructibus in vinea Domini elaborarunt. Temporis autem decursu humanarum disciplinarum ac liberalium artium magisteria adiecta fuere, haud mediocri cum succrescentem discipulorum profectu; qui quidem in isto Antigonicensi studiorum domicilio plenam ac sanam mentis culturam adipisci potuere, ab erroribus immunem, qui nostra praesertim hac aetate per captiosas insidias innumerasque fallacias tam late serpunt, ac tam facile in iuvenum irrepunt ánimos.

Quod vero, quinque ac viginti abhinc annis, novum Universitati vestrae accessit institutum socialibus excolendis disciplinis ac corporatorum civium sodaliciis constituendis, quae opificum praesertim sortem, haud raro miserarti, relevandam curarent, felices, ut accepimus, ac magnae gravitatis assecutum est exitus; quandoquidem ii, qui illud moderantur, ad eas normas, quae a Decessoribus Nostris et a Nobismet ipsis hac de causa impertitae fuere, actuosissimam suam COD formaran t navitatem, atque in praesens conformare enituntur. Peculiarique modo eos merita volumus honestare laude, qui apud vos agricolarum, piscatorum eorumque qui in fodinis conducti dant operam, tam studiosam impensamque curam suscipiunt, ut nullo socialis ordinis discrimine interposito, eos quasi fratres amplectantur, melioribus usque eorum vitae

[1] *I Petr.* 5, 3.

condicionibus auctuose prospiciant, atque opportunis hisce rationibus facilius eos ad Christi praeceptis obtemperandum alliciant.

Ea igitur mente repetentes, quae adhuc non sine magna utilitate acta fuerunt, habetis omnes quod gratulemini vehementer, debitasque Patri luminum agatis grates, ex quo omne datum optimum et omne donum perfectum descendit;[2] sed habetis etiam cur inde optima, Deo favente, sumatis auspicia. Pergite nimirum suscepta opera diligentissime persequi totisque viribus provehere ; iuvenum mentes animique apud vos divinis humanisque disciplinis, litterarum ac liberalium artium studiis ita exornentur ac polleant, ut nemini prorsus cedant, sed ceteris potius in exemplum praefulgeat. Omnes ad se attrahant non modo doctrinae nitore, sed etiam invitamento virtutis; virtus siquidem vocem habet, quae animos alliciat quam maxime. Illud autem Doctoris Angelici mementote : «Maius est illuminare, quam lucere solum;... maius est contemplata aliis tradere, quam solum con templari ».[3] Quod vestrum igitur est munus, illud studiosissima diligentia curatote, ita quidem ut institutio a vobis tradita in vitae actionem quam latissime profluat, privatae ac publicae cum veri nominis incremento utilitatis.

Quod vero in opificum condicionem relevandam, in debita tuenda eorum iura, in eorumque animos, ad christianam doctrinam christianosque mores adducendos diligentem confertis operam, vos dilaudamus libentissime; ac laboribus vestris vestrisque nisibus adiutricem a Deo gratiam supplicibus votis conciliare cupimus, deprecatore fautoreque S. Erancico Xaverio Universitatis istius Patrono. Cuius gratiae auspex esto, Nostraeque benevolentiae testis Apostolica Benedictio, quam tibi imprimis, Venerabilis Prater, cunctisque Antigonicensis studiorum Universitatis moderatoribus, praeceptoribus, alumnis, itemque operariis, quorum curam istitutum vestrum suscepit, eiusque rectoribus, effusa caritate impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Iulii, anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

[2] Cfr. *Iac.* 1, 17.

[3] S. *Thom.* 2-2*«, q. 188, a. 6.

V

AD EMUM P. D. MAÜRITIUM TIT. SANCTAE MARIAE DE PACE S. R. E. PRESB. CARDINALEM FELTTN, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, QUEM LEGATUM ELIGIT AD SOLLEMNIA CELEBRANDA IN MEMORIAM PRIMI ABEUNTES SAECULI AB OBITU ANTONII FRIDERICI OZANAM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam ^Benedictionem. — Primo abeunte saeculo, postquam Antonius Fridericus Ozanam spiritum Deo reddidit, Societas Vincentiana, ut libenter accepimus, sollemnes celebrationes in memoriam tanti viri apparare contendit. Constat enim inter litterarum rerumque historiae peritos, constat profecto inter christianae sapientiae caritatisque cultores, quam praeclare ille de civili et religioso cultu meritus sit. Inter eius multa et salutaria opera digna est in primis memoratu pia ac fecunda sodalitas, quae appellatur « Conferentiae Sancti Vincentii a Paulo », cuiusque Antonius Ozanam iure conditor habetur. Haec quidem societas, tam late in praesens per terrarum orbem diffusa, magnae est utilitati non modo tot egenis, quibus tum ad vitam in terris agendam tum ad felicitatem caelestem consequendam auxilia suppeditat, verum ipsis quoque sociis, quos per varia christianae misericordiae opera ad perficiendas omne genus virtutes exercet. Quare Nos Ipsi saecularium sollemnium, quae in capite Galliarum urbe Septembri mense peragentur, splendorem adaugere per auctoritatem ac praesentiam Nostram constituimus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, quem recens ad amplissimum Ecclesiae Senatum proveximus, quique Parisiorum Lutetiae, in vetusta clarissimaque urbe, pastorale geris ministerium, Legatum Nostrum hisce litteris deligimus ac renuntiamus, ut Nostram agens personam Vincentianis sollemnibus sacrisque caerimoniis Nostro nomine praesideas, hac addita facultate, ut, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus Nostra auctoritate benedicere queas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Minime igitur dubitantes, quin ex commemoratione eximii viri, doctrina ac pietate insignis, dilectione proximorum flagrantissimi, magis magisque in dies caritatis studium in christifidelibus exacuatur, enixe Deum precamur, ut Congregationibus Vincentianis uberrimis donis favere benigne velit. Quorum quidem con-

eiliatrix et nuntia, praecipuique amoris Nostri testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, cunctisque iis, qui proximis sollemnibus intererunt, itemque clero et populo Parisiensi peramanter in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Augusti, anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

NUNTIUS RADIOPHONICUS

CHRISTIFIDELIBUS DATUS, OB VI CONVENTUM EUCHARISTICUM E TOTA BRASILIA, IN URBE BELEMENSI DE PARA COADUNATIS.*

Venerareis Irmäos e amados FilTios,

que de todo o católico Brasil convergistes para a cidade de Belém do Para, e ai sob os auspicios de Nossa Senhora de Nazaré, neste luminoso dia da sua gloriosa Assunçao ao céu, tributáis ao Deus da Eucaristía « fruto do seio imaculado da Virgem purissima », as vossas homenagens de fé e adoraçâo, de amor e desagravo, de fidelidade e devoçâo inalterável.

Nesta bora solene, Nós, al presente em vosso meio na pessoa do Nosso dignissimo Legado e contemplando em espirito o magnífico exemplo que dais ao mundo, subimos com o pensamento após a Virgem triunfante, até à Jerusalem celeste e contemplamos o espectáculo bem mais deslumbrante que viu o Evangelista-profeta : o Cordeiro de Deus exaltado no seu trono e á volta déle, com as jerarquías angélicas, a multidao inumerável dos escolhidos de todas as tribos e linguas e povos e naçôes, que por èie e com èie, irmanados numa só familia, adoram e amam, bendi zem e glorificam, como endeusados na sua infinita bem-aventurança, a Majestade do Eterno.[1]

Jerusalem celeste, ditosa visáo de paz e amor, — eterna, inalterável, beatificante !

Imagem, preparaçâo, preludio daquela divina e eterna visâo é o espectáculo que vos hoje ofereceis unidos na sagrada mesa, ou concentrados em íntima adoraçâo á volta do trono eucaristico ; mas deve-o ser

* Die 15 Augusti mensis a. 1953

[1] Cfr. *Apoc.* VII, 9-12.

e é, primeiro e em proporçóes imensamente mais grandiosas, a Santa Igreja católica ; a quai, embora espalbada por todo o mundo, é urna sempre na fé e no amor da divina Eucaristia. Multipliquem-se os altares, **6** sempre urna e a mesma Vitima divina que se imola duzentas ou trezentas mil vezes por dia em toda a redondeza da terra; multiplique-se igualmente a sagrada- mesa, é sempre um e o mesmo manjar divino, que todòs comungam, e a todos, se jam êles milböes, coaduna num só Corpo místico de Cristo. Por isso pode dizer o gènio de S. Agostinbo, que a sagrada Eucaristia é, finalmente, a sociedade dos escolbidos, porque a simboliza, a prepara e a forma.[2]

Com efeito, a Eucaristia, éste misterio de misterios e « o milagre máximo » do infinito amor de Cristo — vos o meditastes nêstes dias do vosso sexto Congresso Nacional, — a Eucaristia instituiu-a Jesus principalmente, para que fosse como o coraçâo da Igreja : o centro para onde convergem e onde se fundem num só corpo e numa só alma os fiéis cspalbados em todas as latitudes do globo, e a fonte perene donde todos haurem a seiva nutriente da mesma vida divina. É Eie pròprio que solenemente o assegura com toda a certeza da sua palavra infalivel e omnipotente. « O meu Corpo é verdaderamente manjar e o 'meu Sangue é verdadeiramente bebida. Quem come a minba Carne e bebe o meu Sangue, permanece em mim e eu nêle)).[3] E era depois da primeira coinunhâo, instituida e distribuida por suas mâos divinas, que formulava o seu precetto novo : —Amais-vos uns aos outros, como eu vos amei a vos—; era entâo que formulava, Sacerdote eterno, o voto supremo do seu amor : — Pai santo, guarda em teu nome os que me deste, para que se jam um, como nos somos um —. E nao só os presentes, mas quantos pelos séculos fora bao de crer em mim ; que todos sejam um, como tu, ó Pai, em mim e eu em ti, que também êles sejam um em nos, ... com perfettissima e constante unidade.[4]

Ó misterio da divina, infinita piedade! ó sinal e sêlo eficaz da unidade ! ó vínculo da caridade, símbolo de paz e concordia !.[5] Urna única e a mesma Vi tima a adorar em todos os altares ; um só e o mesmo divino manjar servido por toda a parte na sagrada mesa ; e todos, sem distincto de estirpes ou nacionalidades, de condiçoes ou classes sociais, todos igual-

[2] AUGUST., *In Ioann. Ev.,* tract. XXVI, n. 15-17: MIGNE *P.* L., t. XXXV, col. 1614.

[3] IOANN., VI, 56-57.

[4] Cfr. IOANN., XIII, 34, XVII, 11, 20-23.

[5] AUGUST., *In Ioann. Ev.,* tràct. XXVI, n. 13: MIGNE, *P. L.,* t. XXXV, col. 1613; Conc. Trid. Sess. XIII, c. 8.

mente convidados a crer, a adorar, a comungar, para serem todos igualmente *concorpóreos e consanguíneos seus,* todos elevados á mesma soberana *nobreza, divinae consortes naturae f* a firn de que todos se sintam mais que irmäos, membros de um mesmo Corpo mistico de Cristo, amando-se uns aos outros afectiva e efectivamente, como ao pròprio Cristo.[7]

E se há obstáculos que superar, interesses opostos, antagonismos, paixöes que produzem a desuniäo, o amor de Jesus-Eucaristia e a graça omnipotente que delà promana, « a quem a recebe, nâo so materialmente, nota S. Agostinho, mas espiritualmente, mas frutuosamente », saberá en firn nivelar, desfazer, vencer as dificuldades e cimentar a paz e concordia.

Por isso Jesus, Amor eucaristico, nao hesita em propôr aos seus já nêste mundo *in maligno positus,* como ideal da caridade de Deus e do próximo que os deve unir, a unidade da Trindade beatissima! É que Ele, instituindo a divina Eucaristia, quis fazer da nossa terra, sobre que pesa a maldicäo da culpa, mais que urna imagem do céu, um paraíso antecipado !

Sentiam-no admiravelmente os primeiros fiéis, que sempre na celebraçao do Santo Sacrificio frequentavam a Eucaristia, e por isso se amavam e auxiliavam mutuamente, a ponto de porem os bens em comum, corno membros da mesma familia, e mais ainda corno quem era « um só coraçâo e urna só alma » diz o historiador inspirado.[8] Por isso oravam ao darem graças : « Como o päo destas partículas, de espalhado que estava sobre os montes, se reuniu e fez um, assim se reuna dos confins da terra, ó Senhor, a vossa Igreja no vosso Reino ».[9] Por isso ainda a tèssera mais certa e mais firme da caridade crista era a Eucaristia, que se mandava aos ausentes, e que as diversas comunidades se enviavam mutuamente.[10] Por isso finalmente estranhava tanto o apóstolo S. Paulo a ulguns dos fiéis de Corinto que introduzissem distinçoes sociais à Mesa do Senhor ñas suas ágapes.[11]

Mas para que ir tao longe buscar exemplos, quando os tendes tao eloquentes nos fastos eclesiásticos do Brasil?

O Brasil, nao nasceu èie e foi baptizado « Terra de Santa Cruz » ao

[6] CHRYSOST., *In loann.,* hom. XLVI, n. 3: MIGNE, *P. Gr.,* t. LIX, col. 261; CYRILL. HIER., *Cateen.,* XXII, n. 3: MIGNE, *P. G.,* t. XXXIII, col. 1109; cfr. Lf *Petr.* I, 4.

[7] Cfr. CHRYSOST. *In I Cor.,* hom. XXIV, 2: MIGNE, *P. G.,* t. LXI, col. 200.

[8] *Act.,* IV, 32.

[9] DIDACHE, IX, 4.

[10] IUSTIN., *Apol.,* I, n. 65: MIGNE, *P. G.,* t. VI, col. 428; EUSEBUIS, *Hist. Ecc.,* 1. V., c. 24: MIGNE/P. *G.,* t. XX, col. 505-508.

[11] *I Cor.,* XI, 17-21.

pé do altar e á volta de Jesus Sacramentado, que os aborígenes adoraram antes de o conbecerem, imitando simplesmente e confraternizando com os primeiros descubridores?

Nao foi a devoção a Jesus Sacramentado a que mais contribuiu para conservar e robustecer a fé ñas povoacoes formadas e para a dilatar ñas numerosas Missöes que por séculos constelaram a Patria brasileira?

Ai mesmo ñas imensas regiöes da Amazonia, das quais a cidade de Eelém é capital e porta, quai foi o meio mais eficaz para atrair à fé os aborígenes e unir os coraçôes déles entre si e com os construtores da grande Naçao? Nao foram as *Confrarias,* primeira e mais eficaz *a do Santissimo Sacramento,* erigida em todas as povoacoes existentes ou que houvessem de se formar, como decretava por 1660 um dos vossos maiores missionarios, o grande P. Antonio Vieira? [12]

E quado numa hora difícil da vossa historia, a invasâo de armas estrangeiras, ervadas de heresia, ameaçava a unidade e mais ainda a integridade da fé católica, nao foi principalmente a devoçâo á divina Eucaristia, aliada á da Virgem Ssma, que uniu os animos para a Vitoria?

Amados Filhos!

Se recordamos estes particulares, que vós certamente meditastes durante o Congresso, è primeiro que tudo, para bendizermos a divina Caridade latente na Eucaristia e que tao luminosamente se manifesta nos seus frutos ; é depois para Nos congratularmos paternamente convosco, que, animados de viva fé, fazeis de Jesus Sacramentado o centro e a fonte da vossa piedade; mas é também e sobretudo para vos exortamos a que saibais haurir do Sacràrio sempre novas energías para um ardente e operoso apostolado.

Hoje, como e mais, talvez, que em nenhuma das grandes crises da historia, muitas forças inimigas ameaçam a paz e tendem a destruir a uniäo internacional, nacional, social, familiar, individual, combatendo a unidade da fé, a pureza e santidade da moral, a seriedade e ilibadez dos costumes, a estabilidade e a concordia da familia, enfim a propria vida crista ñas suas bases.

Seja-vos Jesus na Eucaristía, como no passado e mais ainda, fonte constante de graças e energias, para näo vos deixardes arrastar pela torrente de erros e vicios que alaga o mundo. Paca das vossas associaçoes e das vossas familias copias vivas da Casa de Nazaré. Inspire-vos e su-

[12] **Visita inédita de Vièira, publicada por SERAFIM LEITE S. i.** ***(Eist, da Comp, de Jesus no Brasil, t.*** **IV [Rio de Janeiro 1943], 114).**

stente o zelò do vosso apostolado, para que toda a grande familia brasileira, unida em verdadeira paz, ordern e progresso e modelando-se pela Sagrada Familia, se mostre digna de que sobre eia reine e espanda toda a munificencia e carinbos de soberana Rainba e Mâe, Sfossa Senbora de Nazaré, ho je solenemente coroada.

Em seu nome e em nome do Rei divino oculto sob os véus eucaristicos, corno penhor das melhores bênçâos do céu, a vós, às vossas familias e a toda a vossa grande Pàtria, damos com todo o afecto da Nossa alma a Bênçâo Apostólica.

ACTA SS, CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

HALIFAXIENSIS

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET PRAEFECTURAE APOSTOLICAE INSULARUM BERMUDARUM ERECTIONIS.

Quo spiritualibus necessitatibus fidelium, in insulis vulgo « Bermuda » commorantium et per longo Oceani spatio ab archiepiscopali sede Halifaxiensi, ad quam pertinent, seiunctorum, plenius consuleretur, Excmus P. D. Hildebrandus Antoniutti, Archiepiscopus Titularis Synnadensis in Phrygia ac Apostolicus Delegatus in Ditione Canadensi, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut praefatae insulae a territorio archidioecesano Halifaxiensi dismembrarentur eaedemque in Praefecturam Apostolicam erigerentur.

Ssñius Dominus Noster Pius Div. Prov. PP. XII ratus id in animarum utilitatem cessurum, porrectis precibus benigne annuens, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, sejungit a territorio memoratae archidioecesis Halifaxiensis omnes insulas vulgo « Bermuda ». in Oceano Atlantico exstantes, easdemque in Praefecturam Apostolicam erigit, S. Congregationi de Propaganda Fide, ad normam iuris communis, plene subiiciendam. Huius igitur Praefecturae Apostolicae, « Insularum Bermudarum » appellandae, territorium constabit omnibus insulis quae vulgo « Bermuda Islands » nuncupantur quaeque hactenus ad archidioecesim Halifaxiensem pertinebant.

Quibus super rebus Idem Ssmus Dominus Noster praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est memoratum Excmum P. D. Hildebrandum Antoniutti, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas etiam subdelegandi,

ad effectum, de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad hanc S. Congregationem Consistorialem, quum primum erit, mittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis actus.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 19 Februarii 1953.

£8 Fr. A. **I.** Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

II

SAVONENS1S ET NAULENSIS

DECRETUM

DE VICARIO CAPITULARI ELIGENDO

Cum pro dioecesibus Savonensi et Naulensi, aeque principaliter unitis, una sit ab anno 1910 Curia dioecesana et hodiernus earumdem Episcopus, Excmus P. D. Ioannes Baptista Parodi nuper expostulaverit ut, iisdem Sedibus vacantibus, communis eligeretur Vicarius Capitularis, Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia PP. XII, oblatis precibus benigne adnuens, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis a Secretis, praesenti Decreto, decernere dignatus est ut in posterum quotiescumque communem episcopalem sedem Savonensem scilicet et Naulensem vacare contigerit, duobus Capitulis Cathedralibus, in civitatem Savonensem congregatis, ius sit communem Vicarium Capitularem ad Sacrorum Canonum praescripta eligere ; ius autem convocandi et praesidendi Capitula ad praepositum Capituli Savonensis spectare, eoque impedito vel praepositura vacante ad aliam, iuxta ordinem, eiusdem Capituli dignitatem; omnes canonicos convocari debere, nulla habita ratione de diverso numero eorum qui in alterutro Capitulo habeantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 25 Februarii 1953.

£g Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. $ S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

III

JARENSIS ET VICARIATUS APOSTOLICI CALAPENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM

Cum Vicario Apostolico Calapensi nonnisi gravi incommodo, itinere maxime impervio periculisque obnoxio, curae spirituali fidelium in Insulis vulgo Semirara degentium, fas fuerit consulere, Excñius P. D. Aegidius Vagnozzi, Arcbiepiscopus titularis Myrensis et in Insulis Philippinis Nuntius Apostolicus, ut, quas supra memoravimus, insulae territorio Archidioecesis Jarensis adnecteretur ab Apostolica Sede enixe postulavit.

Ssñius Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, praehabitis favorabilius votis Emi P. D. Petri S. R. E. Cardinalis Fumasoni Biondi S. Congregationis De Propaganda Fide Praefecti, necnon Excihorum PP. DD. Iosephi M. Cuenco, Archiepiscopi Iarensis et Gulielmi Duschak Episcopi titularis Abiddensis et Vicarii Apostolici Calapensis, ratus hoc animarum saluti profuturum, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis Secretarii, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti decreto censet Insulas vulgo Semirara, id est, Semirara, Calauya, Sibay, Libaton, Sibilon et Libigao, e territorio Vicariatus Apostolici Calapensis distrahendas ac Archidioecesi Iarensi perpetuo adscribendas.

Proinde clerici e clero saeculari ibi legitime degentes, simul ac praesens decretum ad effectum fuerit deductum, incardinati censentur Archidioecesi Iarensi; omnia documenta et acta respicientia clericos, fideles et bona temporalia ecclesiastica illarum insularum a Curia Vicariatus Apostolici Calapensis ad Curiam Archiepiscopalem Iarensem transmittantur et quoad divisionem bonorum servetur praescriptum can. 1500 Codicis I. C.

Ad haec omnia perficienda Sanctitas Sua deputare dignata est memoratum in Insulis Philippinis Nuntium Apostolicum, tribuens ei necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito transmittendi ad hanc S. C. Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Oonsistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die xxv Martii 1953.

ÈB Fr. A. **I.** Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

IV

AGRIENSIS ET TUDENSIS

DECRETUM

DE DIOECESIUM LIMITIBUS

Cum ab Apostolica Sede postulatum fuerit ut dubia exorta de limitibus dioecesium Auriensis et Tudensis apud flumen vulgo Avia dignaretur dirimere, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII praehabito voto Eminentissimi P. D. Caietani S. R. E. Cardinalis Cicognani, in Hispania Pro Nuntii Apostolici, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis Secretarii, re mature perpensa et de plenitudine Apostolicae potestatis, decernit ut utriusque memoratae dioecesis fines discernat flumen vulgo Avia, ita ut territorium quod ad laevam ripam fluminis exstat ad dioecesim Auriensem pertineat, et quod ad dexteram ad dioecesim Tudensem.

Ad haec autem perficienda Sanctitas Sua deputare dignata est memoratum in Hispania Pro Nuntium Apostolicum, tribuens ei necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito remittendi ad S. C. Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Oonsistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Datum Romae ex Aedibus S. C. Consistorialis, die xiv Aprilis 1953.

£g Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S-

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

V

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 7 Iulii 1.953 — Titulari episcopali Ecclesiae Vallitanae praefecit R. P. D. Alphridum Rubio Díaz, Antistitem Urbanum, rectorem seminarii maioris Bogotensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Bernardi Botero Alvarez, Episcopi Sanctae Marthae.

die HI Iulii — Metropolitanae Ecclesiae Milwaukiensi Exc. P. D. Albertum Gregorium Meyer, hactenus Episcopum Superiorensem.

die 25 Iulii — Titulari episcopali Ecclesiae Abziritanae R. D. Aemilium Abascal Salmerón, canonicum Capituli Metropolitam Verae Crucis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Octaviani Marquez Toriz, Archiepiscopi Angelorum.

die 27 Iulii — Cathedrali Ecclesiae S. Ioannis Canadensi Exc. P. D. Alphridum Beniaminum Leverman, hactenus Episcopum titularem Barenum in Pisidia.

die 28 Iulii — Titulari episcopali Ecclesiae Hemeriensi R. P. D. Augustum Gianfranceschi, Antistitem Urbanum, parochum Ssmi Salvatoris Venetiis, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi P. D. Angeli Iosephi S. R. E. Cardinalis Roncalli, Patriarchae Venetiarum.

die 30 iulii — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Aeginensi R. P. D. Raphaelem Forni, Antistitem Urbanum, quem deputavit Internuntium Apostolicum apud Rempublicam Iranianam.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thennesiensi R. D. Primum Gasbarri, Cubicularium intimum supra numerum Sanctitatis Suae, canonicum theologum Capituli Cathedralis Viterbiensis necnon professorem in Pontificio Seminario regionali ad « S. Mariae de Quercu », quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi P. D. Clementis S. R. E. Card. Micara, Episcopi Veliterni.

die 19 Augusti — Cathedrali Ecclesiae Versaliensi Revmum D. Alexandrum Renard, directorem Operum Catholicarum in dioecesi Insulensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Araditanae Exc. P. D. Bryan Iosephum Me Entegart, hactenus Episcopum Ogdensburgensem.

die 20 Augusti — Titulari episcopali Ecclesiae Cantanensi R. P. D. Franciscum Hengsbach, ex archidioecesi Paderbornensi, Antistitem Ur-

banum et Secretarium. Generalem Consilii Primarii Congressuum Catholicorum in Germania, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Laurentii Jaeger, Archiepiscopi Paderbornensis.

die 25 Augusti — Metropolitanae Ecclesiae - Vallisoletanas Exc. P. D. Iosephum García et Goldáraz, hactenus Episcopum Oriolensem.

— Cathedralibus Ecclesiis Nicotriensi et Tropiensi, invicem perpetuo unitis, R. D. Augustinum Saba, dioecesis Oleastrensis, doctorem Bibliothecae Ambrosianae et professorem in Catholica Universitate a Ssmo Corde Iesu et in Facultate Theologica Seminarii Mediolanensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Amphipolitanae R. P. D. Eduardum V. Dar gin, Antistitem Urbanum, parochum ecclesiae S. Gregorii I Papae, in pago vulgo ((Harrison » et Vicarium Generalem archidioecesis Neo-Eboracensis, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi P. D. Francisci S. R. E. Card. Spellman, Archiepiscopi Neo-Eboracensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ioanninensi R. D. Gualterium P. Kallenberg, Cancellarium Curiae metropolitanae Neo-Eboracensis, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi P. D. Francisci S. R. E. Card. Spellman, Archiepiscopi Neo-Eboracensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Pitanaeae R. P. D. Coleman F. Carroll, Antistitem Urbanum et parochum ecclesiae Sacratissimi Cordis Iesu in urbe Pittsburgensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Francisci Dearden, Episcopi Pittsburgensis.

die 26 Augusti — Titulari episcopali Ecclesiae Caesariensi in Thessalia R. D. Andream Pangrazio, Cubicularium intimum supra numerum Sanctitatis Suae et delegatum episcopalem pro consociationibus Actionis Catholicae in dioecesi Patavina, quem constituit Coadiutorem, etiam sedi datum, Excmi P. D. Hieronymi Cardinale, Episcopi Veronensis

die Ì Septembris — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Gangrensi Exc. P. D. Franciscum de Filippis, hactenus Archiepiscopum Brundusinum et Administratorem perpetuum dioecesis Ostunensis.

die 7 Septembris — Cathedrali Ecclesiae Ariminensi Exc. P. D. Aemilium Biancheri, hactenus Episcopum Sarsinatensem.

die 17 Septembris — Cathedralibus Ecclesiis aeque principaliter unitis S. Marci et Bisinianensi R. D. Augustinum Ernestum Castrillo, Ministrum Provincialem provinciae Salernitano-Lucanae Ordinis Fratrum Minorum.

VI

PARENTIN, ET POLEN.

DECRETUM

DESIGNATIO TRIBUNALIS PRO APPELLATIONE

Attentis praesentibus peculiaribus circumstantiis, haec Sacra Congregatio Consistorialis, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. PP. XII tributarum, decernit ut Ordinarius Parentinus et Polensis pro appellatione in secunda instantia semel pro semper adeat Tribunal Ordinarii dioecesis Fluminensis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 20 Februarii 1953.

£8 Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a /Secretis*

L. ©'S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

CAJAMARCENSIS - S. FRANCISCI XAVERII

DECRETUM

DE TERRITORII TRANSLATIONE

Cum Excmus P. D. Paulus Ramírez Taboada, Episcopus Cajamarcensis, et Revmus Pater Ignatius Garcia Martin, S. I., Praefectus Apostolicus S. Francisci Xaverii, concorditer postulassent ut illa pars territorii provinciae civilis vulgo Jaen nuncupatae hucusque dioecesi Cajamarcensi subiecta, ab ipsa distraheretur dioecesi atque Praefecturae Apostolicae S. Francisci Xaverii adderetur, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Ioannis Panico, Archiepiscopi tit. Iustinianensis atque Apostolici in Republica Peruana Nuntii, de consensu Sacrae Congregationis Concistorialis, in congressu diei 23 mensis Ianuarii vertentis anni, vigore specialium facultatum sibi

a Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Pp. XII tributarum, considerans illam territorii translationem ad Praefecturam Apostolicam S. Francisci Xaverii maxime accomodatam, eandem translationem ratam habuit et confirmavit atque praesens ad rem Decretum confici mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 23 mensis Ianuarii a. D. 1953.

£8 P. Card. **FUMASONI BIONDI**, *Praefectus*

L. © S.

C. Corvo, *Subsecretarius*

II

•NOTJNENSIS - GAOENSIS - SIKASSENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM –

Ad aptius catholicam fidem in Africa occidentali prolatandam preces ad hanc Sacram Congregationem de Propaganda Fide porrectae sunt, ut fines inter Vicariatum Apostolicum Nounensem et Praefecturas Apostolicas Gaoensem atque Sikassensem immutarentur, scilicet, ut circulus civilis de Mopti, subdivisio civilis de Dienne, circulus civilis de Bandiagara, excepto districtu de Bai, et subdiviso civilis de Douentza distraherentur a Vicariatu Apostolico Nounensi et adnecterentur ad Praefecturam Apostolicam Gaoensem atque insuper ut districtus civiles de Bounoumba, Dielizangasso, Dioundiou, Kassorola, Moribila, Menesso, Ouaki, Souroutouna, Toulakoulouba, pertinentes ad circulum civilem de San, distraherentur ab eodem Vicariatu Apostolico Nounensi et adnecterentur ad Praefecturam Apostolicam Sikassensem.

Quas preces eadem Sacra Congregatio de Propaganda excipiens, de mandato Ssmi D. N. Pii Div. Prov. Papae XII, vigore scilicet facultatum ab eodem Ssmo D. N. sibi specialiter concessarum, praesenti Decreto statuit, ut territoria, de quibus supra, distrahantur a Vicariatu Apostolico Nounensi et adnectantur ad Praefecturas Apostolicas Gaoensem et Sikassensem.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 6 mensis Martii a. D. 1953.

£ß P. Card. **FUMASONI BIONDI**, *Praefectus*

L © S.

C. Corvo, *Subsecretarius*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

TARVISINA

CANONIZATIONIS BEATAE MARIAE BERTILLAE BOSCARDIN„ INSTITUTI SORORUM MAGISTRARUM A S. DOROTHEA FILIARUM SACRORUM CORDIUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio reassumptionis causae Canonizationis Beatoe Mariae Bertillae Boscardin, Virginis, in casu et ad effectum de quo ogitur.

Humillimam, mansuetam, docibilem et patientem atque infirmis perite ac dextere ministrantem Mariam Bertillam Boscardin, Summus feliciter regnans Pontifex superiore anno beatorum caelitum catalogo adscripsit. Ex quo fama sanctitatis novensilis Beatae populique erga eam pietas magis magisque augescit. Et Deus, famulorum suorum iustus remunerator, novis patratis signis, eam amplius exaltare velle videtur.

Quapropter Rmus P. Augustinus a Virgine, Ordinis Excalceatorum Ssmae Trinitatis ac ipsius Causae Postulator legitime constitutus, vota quoque depromens Instituti Sororum Magistrarum a S. Dorothea Filiarum Sacrorum Cordium, cui Ecclesiasticae Hierarchiae populique postulatoriae litterae accedunt, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XII suppliciter est deprecatus, ut Canonizationis Causa resunieretur. Itaque in Ordinario Sacrorum Rituum coetu die 20 Ianuarii anni huius habito, Emus ac Rmus Dominus Alexander Cardinalis Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit commissio Reassumptionis causae praedictae Beatae, in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Revmi DD. Cardinales, sacris tuen dis ritibus praepositi, audita eiusdem Cardinalis relatione, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Generali Promotone, attentis mature rebus expositis, rescribere censuerunt : *Affirmative, seu sigiuindam esse commissionem Reassumptionis causae Cmionizationis Beatae Mariae Bertillae Boscardin, si Sanctissimo placuerit.*

Facta postmodum, die subsignato, Ssnio D. N. Pio Papae XII per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua, rescriptum eiusdem

Sacrae Rituum Congregationis ratum habens, manu signare propria dignata est *commissionem reassumptionis causae Canonizationis eiusdem Beatae Mariae Bertillae Boscardin.*

Datum Romae, die 9 Martii 1953.

£8 C. Card. **MICARA**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

II

ROMANA SEU ANAGNINA

CANONIZATIONIS BEATAE MARIAE DE MATTIAS, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM AB ADORATIONE PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. I. C-

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Maria De Mattias, Instituti Sororum ab Adoratione Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. fundatrix, die 1 mensis Octobris, anno Iubilaei Maximi **MCML**, sollemnis Beatificationis honoribus est condecorata. Novae porro gratiae ac iterati favores necnon signa, quae miraculorum speciem prae se ferunt, a quampluribus fidelibus intercessione Beatae Mariae De Mattias impetrata, divinam voluntatem eandem Beatam ad summos altarium honores evehendi connotare videntur. Quare plures postulatoriae litterae Ssmo D. N. Pio Papae XII humillime porrectae sunt, ut huius Beatae canonizationis Causa apud S. Rituum Congregationem resumi queat inter quas Excmorum ac Revmorum Episcoporum Ferentini, Verulani, Aquinatensis, Sorani et Pontiscurvi, Anagnini nec non Episcopi Suffraganei Dioecesis Suburbicariae Praenestinae, quibus adiunguntur et preces Revmi Moderatoris Generalis Congregationis Pretiosissimi Sanguinis et Antistitae Generalis Instituti ab eadem Beata conditi.

Quare instante Revmo Augustino a Virgine, Ordinis Ssmae Trinitatis et Causae huius Postulatore legitime constituto, in Ordinario Sacrorum Rituum coetu di 20 Ianuarii anni huius habito, Emus ac Revihus Dominus Alexander Cardinalis Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit : *An signanda sit commissio reassumptionis Causae praedictas Beatae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi autem et Revmi DD.

Patres Cardinales, sacris tuendis ritibus praepositi, omnibus bisce perpensis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, rescribere censuerunt: *Affirmative, seu: signandam esse commissionem reassumptionis Causae huius, si Sanctissimo placuerit.*

Subsignata autem die Ssmo D. N. Pio Papae XII ab infrascripto Sacrae Rituum Congregationis Cardinali Pro-Praefecto facta relatione, Sanctitas Sua, eiusdem Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, *commissionem reassumptionis Causae Canonizationis B. Mariae De Mattias* Sua manu signare dignata est.

Datum Romae, die 9 Martii 1953.

£B C. Card. **MICARA**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

h. % S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

III

MATRITEN.

CANONIZATIONIS BEATAE MARIAE DESOLATAE TORRES ACOSTA, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM SERVARUM MARIAE INFIRMIS MINISTRANTIUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio reassumptionis causae Canonizationis praedictae Beatae in casu et ad effectum de quo agitur.

Beatorum caelitum honoribus Venerabili Dei Famulae Mariae Desolatae Torres Acosta die 5 Februarii 1950 solemniter conlatis, quibus sanctitas eius vitae, virtutes ac, eadem intercedente, mira signa a Deo patrata palam fuere dilaudata, factum est ut veneratio ac devotio in praedictam Beatam ubique augeretur et in dies augeatur. Favores inde et sanationes, miraculi praeseferentes notas, saepe impetratae feruntur et illius intercessioni adscribuntur. Iter itaque ad ulteriorem glorificationem patefieri videtur. Quam ob rem postulatoriae Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XII porrectae sunt litterae, ut eiusdem Beatae Causa Canonizationis apud S. Rituum Congregationem resumi possit.

In Ordinario igitur Sacrorum Rituum Congregationis coetu die 20 Ianuarii anni huius habito, instante Revino P. Augustino a Virgine, Ordinis Excaleeatorum Ssmae Trinitatis ac Causae huius legitime constituto Postulatore, subscriptus Cardinalis S. R. C. Pro-Praefectus et Causae Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum : *An signanda*

sit commissio reassumptionis causae praedictae Beatae in casu et ad effectum de quo agitur de eaque retulit. Emi ac Revmi Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, omnibus mature perpensis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, ceterisque servatis de iure servandis, rescribere censuere : *Affirmative, nimirum : Signandam esse commissionem reassumptionis causae Canonizationis Beatae Mariae Desolatae Torres Acosta, Virginis, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem, subsignato die, Ssmo D. N. Pio Papae XII per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua, rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum babens, manu propria *commissionem, reassumptionis causae Canonizationis eiusdem Beatae Mariae Desolatae Torres Acosta, Virginis,* signare dignata est.

Datum Romae, die 9 Martii 1953.

© C. Card. **MICARA**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. © **S.**

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

IV

ROMANA **SEU** CORDURBEN.

CANONIZATIONIS BEATAE RAPHAELAS MARIAE A SACRO CORDE IESU, VIRGINIS, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS ANCILLARUM SSMI CORDIS IESU.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilem Dei Servam Raphaèlam Mariam a S. Corde Iesu, fundatricem Congregationis Ancillarum Ssmi Cordis Iesu, heroicum attigisse virtutum fastigium edixit Summus feliciter regnans Pontifex anno 1949, eamque, miraculis claram, superiore anno Beatarum Virginum Albo sollemniter adscripsit.

Anno autem ab eius Beatificatione nondum elapso, placuit Deo huius humillimae Famulae suae gloriam novis signis, eius intercessione obtentis, in dies amplius augere, ita ut via ad Canonizationem patefieri videatur.

Quare Revmus P. Raymundus Bidagor, S.I., Causae huius Postulator legitime constitutus, Ancillarum Ssmi Cordis vota depromens, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XII supplex rogavit, ut Beatae Raphaëlae Mariae Canonizationis Causa resumeretur.

In Ordinario itaque Sacrorum Rituum Coetu die 17 elapsi mensis ad Vaticanum habito Emus ac Revmus Dominus Fridericus Cardinalis Tedescumi, Episcopus Tusculanus, Causae huius Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum : *An signanda sit commissio reassumptionis Causae praedictae Beatae in casu "et ad' effectum de quo agitur,* de eaque retulit. Emi autem ac Revmi Patres Cardinales, sacris tuendis ritibus praepositi, attentis expositis necnon Postulatoriis Litteris Eminentis simorum quorundam Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum plurimorum ac Revmi Praepositi Generalis Societatis Iesu universaeque Familiae Ancillarum Ssmi Cordis Iesu, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, ceterisque servatis de iure servandis, rescribere censuerunt : *Affirmative,* nimirum *Signandam esse commissionem reassumptionis Causae Canonizationis Beatae Raphaëlae Mariae a S. Corde Iesu, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum, subsignato die, Ssmo D. N. Pio Papae XII per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, Sua manu *commissionem reassumptionis Causae Canonizationis eiusdem Beatae* signare dignata est.

Datum Romae, die 21 Aprilis 1953.

£B C. Card. **MICARA**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius.*

V

ROMANA **SEU** VITERBIEN.

CANONIZATIONIS BEATAE ROSAE VENERINI, VIRGINIS, FUNDATRICIS MAGISTRARUM PIARUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Beatorum Caelitum ordinibus sollemni ritu adscripta fuit superiore anno Venerabilis Dei Famula Rosa Venerini, Magistrarum Piarum fundatrix. Eius autem sanctimoniae famam, in dies crescentem, Deus adhuc comprobare videtur caelestibus signis, eadem intercedente, patratis. Quapropter Episcopi et Archiepiscopi haud pauci, fidelium quoque vota expromentes, ad Sanctitatem Suam férvidas direxerunt preces per Po-

stulatorias Litteras, deprecantes ut commissionem reassumptionis Causae Canonizationis Beatae Rosae Venerini signare benigne dignaretur.

Instante igitur Revmo P. Carolo Miccinelli, Societatis Iesu, Causae buius Postulatore legitime constituto, Emus ac Revmus Dominus Alexander Cardinalis Verde, eiusdem Causae Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanum habitis, dubium posuit disceptandum : *An signanda sit commissio reassumptionis Causae praedictae Beatae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Revmi Patres Purpurati, sacris tuendis ritibus praepositi, post ipsius Cardinalis Ponentis relationem, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus rite discussis ac perpensis, rescribendum censuerunt : *Affirmative,* nempe *Signandam esse commissionem reassumptionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 17 Martii 1953.

Facta autem Beatissimo Patri ab infrascripto Cardinali, die subsignata, relatione, Sanctitas Sua, Emorum Patrum rescriptum ratum habens, *commissionem reassumptionis Causae Canonizationis Beatae Rosae Venerini,* propria manu signare dignata est.

Datum Romae, die 21 Aprilis, anno Domini 1953.

£g C. Card. **MICARA**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

ACTA OFFICIORUM

SEGRETERIA DI STATO

Sua Santità Pio XII, nell'Udienza del 15 Giugno 1953 convessa al sottoscritto Pro-Segretario di Stato della medesima Santità Sua per gli Affari Ordinari, Si è degnata di istituire la Pontificia Opera di Assistenza in Italia, con sede in Roma, approvandone e promulgandone Vunito Statuto, ed erigendo la stessa Pontificia Opera di Assistenza in persona giuridica.

G. B. **MONTINI**
Pro-Segretario di Stato
per gli Affari Ordinari

STATUTO

DELLA PONTIFICIA OPEBA DI ASSISTENZA IN ITALIA

TITOLO I

Pontificia Opera di Assistenza

Art. 1

La Pontifìcia Opera di Assistenza, istituita da Sua Santità Pio Pp. XII con Bescritto della Sua Segreteria di Stato in data 15 Giugno 1953, ha personalità giuridica.

Essa ha la sua sede in Roma.

Art. 2

L'alta direzione e la vigilanza della Pontifìcia Opera sono añídate dal Santo Padre a una Commissione Cardinalizia.

Art. 3

§ 1 - La Pontifìcia Opera promuove attività assistenziali e sociali in Italia, in conformità ai principii della carità evangelica e secondo le disposizioni della Santa Sede.

§ 2 - In particolare spetta alla Pontificia Opera studiare i problemi caritativi e assistenziali che/per la loro importanza e ampiezza interdiocesana o nazionale, superano i limiti delle singole Diocesi. Ne considera gli aspetti religiosi, morali, sociali, giuridici ed economici ; ne promuove ed agevola la soluzione.

§ 3 - Compete altresì alla Pontifìcia Opera favorire la costituzione delle Opere Diocesane di Assistenza, di cui al Titolo II.

I 4 - La Pontificia Opera svolge azione d'informazione e, con il consenso degli Ordinari, di coordinamento delle Opere Diocesane di Assistenza.

Art. 4

Gli Organi della Pontificia Opera sono :

1. il Consiglio,.
2. la Giunta,
3. il Comitato Economico,
4. il Collegio dei Revisori dei conti,
5. le Delegazioni Regionali.

Art. 5

II Consiglio si compone :

del Presidente, che è nominato dal Santo Padre per la durata di tre anni,

di un Vice-Presidente e di tre membri, nominati ogni tre anni dalia Commissione Cardinalizia con l'approvazione del Santo Padre,

di cinque membri cooptati, scelti ogni tre anni, con il benestare della Commissione Cardinalizia, tra i Delegati Regionali di cui all'art. 15, e precisamente : uno dell'Italia Settentrionale, uno dell'Italia Centrale, uno dell'Italia Meridionale, uno della Sicilia e uno della Sardegna,

del Delegato del Comitato Economico, ai sensi dell'art. 10, § 2.

Il Consiglio nomina un proprio Segretario.

Art. 6

Il Consiglio :

1. formula ogni anno il programma generale dell'attività della Pontifìcia Opera e stabilisce le iniziative da prendere ai sensi dell'art. 3,

2. studia i problemi concernenti l'attività della Pontifìcia Opera e delibera al riguardo,

3. esamina ed approva le relazioni del lavoro svolto dalla Presidenza e dalla Giunta, nonché i piani di organizzazione e di assistenza

elaborati dalla stessa Presidenza e dalla Giunta, con la previa approvazione, per quanto riguarda l'aspetto economico, del Comitato Economico,

4. delibera in merito ai bilanci preventivi e consuntivi della Pontificia Opera, dopo averli sottoposti all'approvazione del Comitato Economico ai sensi dell'art. 11, n. 5,

5. nomina i Delegati Regionali ai sensi dell'art. 15, § 2,

6. stabilisce, su proposta della Presidenza, i temi di studio del Congresso Nazionale, di cui all'art. 14,

7. delibera circa la convocazione dei convegni nazionali o regionali di dirigenti delle Opere Diocesane di Assistenza.

Il Consiglio si riunisce ordinariamente ogni tre mesi.

Art. 7

§ 1 - Il Presidente :

1. rappresenta la Pontifìcia Opera,

2. mantiene i rapporti con le Autorità Ecclesiasticbe e Civili,

3. sottopone all'approvazione della Commissione Cardinalizia il programma generale di attività e le iniziative della Pontifìcia Opera, nonché le deliberazioni del Consiglio, ai sensi dell'art. 6,

4. cura l'attuazione delle deliberazioni del Consiglio,

5. convoca e presiede le riunioni del Consiglio, della Giunta e del Comitato Economico,

6. convoca e prepara il Congresso Nazionale, ai sensi dell'art. 6, n. 6, e dell'art. 14,

7. nei casi d'urgenza può, d'intesa con la Giunta, adottare provvedimenti, che dovrà sottoporre alla ratifica del Consiglio nella prima riunione successiva,

8. dirige, con l'approvazione della Giunta, gli Unici della Pontifìcia Opera e ne nomina il personale,

9. svolge azione informativa, propulsiva e coordinatrice delle Delegazioni Regionali e ne vigila l'attività ; riunisce, d'intesa con la Giunta, i Delegati Regionali ogni volta che lo ritenga necessario,

10. corrisponde con le Opere Diocesane di Assistenza, ai sensi dell'art. 3, §§ 3 e 4,

11. quando le circostanze lo richiedano, convoca con il consenso del Consiglio, e presiede i convegni nazionali o regionali di dirigenti delle Opere Diocesane di Assistenza; a tali convegni partecipano anche i Delegati Regionali.

§ 2 - Gli atti riguardanti contratti e obbligazioni, stipulati a nome

della Pontifìcia Opera, debbono, per la loro validità, entrare nell'ambito delle deliberazioni del Consiglio ed essere firmati congiuntamente dal Presidente del medesimo Consiglio e dal Delegato del Comitato Economico.

§ 3 - In caso di necessità o di impedimento, il Presidente è sostituito dal Vice-Presidente.

Art. 8

§ 1 - La Giunta si compone :

del Presidente del Consiglio della Pontificia Opera,

del Delegato del Comitato Economico,

e di tre membri scelti dal Consiglio tra i suoi componenti, con il benestare della Commissione Cardinalizia.

§ 2 - La Giunta nomina un proprio Segretario.

§ 3 - La Giunta si riunisce ordinariamente due volte al mese.

Art. 9

È funzione della Giunta coadiuvare il Presidente, in particolare :

1. nella elaborazione dei piani da sottoporre all'esame e all'approvazione del Consiglio,

2. nell'attuazione delle deliberazioni del Consiglio,

3. nella direzione degli Unici e nella scelta del personale, ai sensi dell'art. 7, § 1, n. 8,

a. nella preparazione del Congresso Nazionale,

5. nella preparazione e nello svolgimento delle riunioni dei Delegati Regionali e dei convegni di dirigenti delle Opere Diocesane di Assistenza, a tenore dell'art. 7, § 1, n. 9 e 11.

Art. 10

§ 1 - Il Comitato Economico si compone :

del Presidente del Consiglio della Pontificia Opera,

e di otto membri nominati ogni tre anni dalla Commissione Cardinalizia con l'approvazione del Santo Padre.

§ 2 - Il Comitato Economico sceglie tra i suoi componenti, con il benestare della Commissione Cardinalizia, un Vice-Presidente, un Delegato e un Vice-Delegato.

Nomina un proprio Segretario.

§ 3 - Il Comitato Economico si riunisce ordinariamente una volta al mese.

Art. 11

§ 1 - Il Comitato Economico :

1. amministra il patrimonio della Pontificia Opera al fine di fornire i mezzi economici necessari perula sua attività,

2. riceve ed amministra le offerte e i soccorsi che pervengono alla Pontifìcia Opera,

3. delibera sui propri bilanci preventivi e consuntivi,

4. esamina i piani di organizzazione e di assistenza della Pontifìcia Opera, ai sensi dell'art. 6, n. 3,

5. approva i bilanci preventivi e consuntivi della Pontificia Opera, ai sensi dell'art. 6, n. 4,

§ 2 - È funzione del Delegato del Comitato Economico di eseguire le deliberazioni del Comitato stesso.

Art. 12

§ 1 - La rappresentanza del Comitato Economico spetta congiuntamente al Presidente e al Delegato.

§ 2 - In caso d'impedimento, il Presidente è sostituito dai Vice Presidente, e il Delegato da un Vice-Delegato.

§ 3 - Gli atti riguardanti contratti e obbligazioni, stipulati a nome del Comitato Economico, debbono, per la loro validità, essere contenuti entro l'ambito delle deliberazioni del Comitato stesso ed essere firmati congiuntamente dal Presidente e dal Delegato.

Art. 13

§ 1 - Il Collegio dei Revisori dei conti si compone di un Presidente e di due membri, nominati ogni tre anni dalla Commissione Cardinalizia con l'approvazione del Santo Padre.

§ 2 - È funzione del Collegio dei Revisori :

1. di verificare le scritture contabili e l'andamento amministrativo della Pontificia Opera,

2. di esaminare e di esprimere parere sui bilanci preventivi e consuntivi.

Art. 14

Almeno ogni tre anni la Pontificia Opera organizza il Congresso Nazionale, per studiare i più importanti e urgenti problemi concernenti l'attività caritativa-assistenziale.

Al Congresso partecipano di diritto, oltre i membri del Consiglio e del Comitato Economico e i Revisori dei conti, i Delegati Regionali e i dirigenti delle Opere Diocesane di Assistenza.

Art. 15

§ 1 - In ogni Regione Ecclesiastica è istituita una Delegazione Regionale della Pontificia Opera.

§ 2 - Le Delegazioni Regionali sono rette da Delegati nominati dal Consiglio della Pontifìcia Opera, con la previa approvazione degli Ordinari della rispettiva Regione.

§ 3 - T Delegati Regionali durano in carica tre anni.

Art. 16

§ 1 - Con l'approvazione degli Ordinari interessati, i Delegati Regionali :

1. studiano i problemi e i bisogni caritativi-assistenziali della Regione e propongono agli organi centrali della Pontifìcia Opera iniziative in proposito,

2. sono tramite, nelle rispettive Regioni, con le Opere Diocesane di Assistenza per l'attuazione dei piani caritativi-assistenziali interdioeesani o nazionali della Pontificia opera, ai sensi dell'art. 3, § 3, e dell'art. 7, § 1, n. 11.

§ 2 - I Delegati Regionali non hanno responsabilità amministrativa, nè economica.

TITOLO II

Opere Diocesane di Assistenza

Art. 17

§ 1 - In ogni Diocesi è costituita, possibilmente, l'Opera Diocesana di Assistenza, che dipende direttamente dall'Ordinario e svolge la propria attività sotto la di lui responsabilità.

Essa è collegata alla Pontificia Opera di Assistenza, a tenore dell'art. 3, § 4 del presente Statuto.

§ 2 - L'Opera Diocesana di Assistenza, in conformità alle disposizioni dell'Ordinario :

1. svolge attività caritative-assistenziali a vantaggio e nell'ambito

della Diocesi, seguendo, in quanto possibile, i criteri della Pontificia Opera di Assistenza,

2. studia, promuove, attua e coordina le varie iniziative di carattere caritativo-assistenziale richieste, a giudizio dell'Ordinario stesso, dalle particolari esigenze e condizioni della Diocesi,

3. collabora con la Pontifìcia* Opera di Assistenza nell'attuazione delle iniziative interdiocesane e nazionali.

Art. 18

L'Opera Diocesana di Assistenza è retta da un Consiglio composto dal Presidente e da almeno due membri, nominati dall'Ordinario. Questi affida ad uno di essi, qualora non preferisca riservarlo a sè, l'incarico di tenere, nella qualità di suo Delegato, i rapporti con la Pontificia Opera, ai sensi dell'art. 3, § 4, dell'art. 7, § 1, n. 11 e dell'art. 16, § 1, nn. 1 e 2.

Art. 19

Nel costituire l'Opera Diocesana di Assistenza, l'Ordinario vorrà conformarsi, in quanto possibile, alle norme stabilite nel presente Statuto per la Pontifìcia Opera, relative alle competenze del Consiglio e del suo Presidente, alla validità dei contratti e delle obbligazioni, all'amministrazione dei beni, alla redazione e approvazione dei bilanci preventivi e consuntivi e alla revisione dei conti.

An. et vol. XXXXV 8 Octobris 1953 (Ser. IT, v. XX) - N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: ANNUS MARIANUS UBIQUE GENTIUM CELEBRANDUS INDICITUR, PRIMO EXEUNTE SAECULO A DEFINITO DOGMATE IMMACULATAE CONCEPTIONIS B. MARIAE V.

PIUS PP. **XII**

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Fulgens corona gloriae, qua Deiparae Virginis purissima frons a Deo redimita fuit, magis videtur Nobis splendescere, dum diem mente repetimus, quo centum ante annos Decessor Noster fel. rec. Pius IX, amplissimis Purpuratorum Patrum Sacrorumque Antistitum ordinibus stipatus, apostolica auctoritate falli nescia declaravit, pronuntiavit, sollemniterque sanxit « doctrinam, quae tenet Beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Iesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpae labe praeservatam immunem, esse a Deo revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam».[1]

Oraculum Pontificis universa catholicorum communitas>

[1] **Bulla Dogm.** ***Ineffabilis Deus,*** **d. vi idus Deeemb. a. MDCCSLIV.**

quae illud iam diu vehementerque praestolabatür, laetabunda excepit; atque excitata efrerbuit erga Deiparam Virginem christifidelium pietas, ex qua quidem, ut oportet, christianorum mores reflorescunt quam maxime; itemque novo quodam ardore viguere studia, quibus fuere ajmae Dei Genetricis dignitas et sanctitudo in splendidiore sua luce positae.

Ac videtur ipsa Beatissima Virgo Maria eam voluisse prodigiali modo quasi confirmare sententiam, quam Divini Filii sui Vicarius in terris, universa plaudente Ecclesia, iam ediderat. Siquidem quattuor nondum erant elapsi anni, cum innocenti ac simplici puellae apud Galliae oppidum, ad Pyrenaeorum montium radices, Deipara Virgo, iuvenili et benigno adspectu, candida veste candidoque pallio contecta, ac caeruleo defluente cingulo succincta, in Massabiellerisi specu se conspiciendam dedit; atque eidem, illius nomen enixe percontanti, cuius adspectu dignata fuerat, elatis in caelum oculis suaviterque arridens respondit: « Immaculata Conceptio ego sum ».

Id, ut aequum erat, christifideles recte intellexere, qui paene innumeri undique gentium pio peregrinantium more ad Lapurdense specus confluentes, suam excitarunt fidem, incenderunt pietatem, ac christianis praeceptis suam conformare vitam enisi sunt; itemque inibi non raro eiusmodi impetrarunt rerum miracula, quae admirationem omnibus commoverent, ac catholicam religionem unam esse a Deo datam probatamque confirmaren!.

Id peculiari modo, ut rei consentaneum erat, Romani intellexerunt Pontifices, qui quidem mirabile templum illud, quod, post breve annorum spatium, cleri populique pietas erexerat, caelestibus ditarunt muneribus suaeque benevolentiae beneficiis.

I

In ipsis vero Apostolicis Litteris, quibus idem Decessor Noster hoc christianae doctrinae caput christifidelibus omnibus firmiter fideliterque retinendum decrevit, nihil aliud fecit, nisi

Sanctorum Patrum totiusque Ecclesiae vocem, inde a prisca aetate subsequentium saeculorum cursum quasi supervolantem, diligenter excepit suaque auctoritate consecravit.

Primo autem huius doctrinae fundamentum in ipsis Sacris Litteris cernitur, in quibus rerum omnium Creator Deus, post miserum Adae casum, tentatorem corruptoremque serpentem hisce verbis alloquitur, quae non pauci ex Sanctis Patribus Ecclesiaeque Doctoribus atque plurimi probati interpretes ad Deiparam Virginem referunt: « Inimicitiam ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius... ».[2] Atqui, si aliquando Beata Virgo Maria, utpote hereditaria peccati labe in suo conceptu inquinata, divinae gratiae evasisset expers, eo saltem, etsi brevissimo, temporis vestigio, inter ipsam et serpentem non ea sempiterna, de qua inde a privaeva « traditione)> usque ad definitionem sollemnem Conceptionis Immaculatae Virginis fit mentio, inimicitia intercessisset, sed potius quaedam subiectio.

Ac praeterea cum eadem Sanctissima Virgo « gratia plena »[3] seu **xs'apiTwf/ivY)**, et « benedicta inter mulieres »[4] salutetur, ex istis verbis, prout ((traditio» catholica semper intellexit, manifesto innuitur « hac singulari sollemnique salutatione, numquam alias audita, ostendi Deiparam fuisse omnium divinarum gratiarum sedem, omnibusque Divini Spiritus charismatibus exornatam, immo eorundem charismatum infinitum prope thesaurum abyssumque inexhaustam, adeo ut numquam maledicto obnoxia »[5] fuerit.

Hanc doctrinam, primaevae Ecclesiae aetate, nemine repugnante, Sancti Patres clare satis tradiderunt, qui quidem Beatam Virginem fuisse asseverarunt *alium inter spinas, terram omnino intactam, immaculatam, semper benedictam, ab omni peccati contagione liberam, lignum immarcescibile, fontem semper illimem, unam et solam non mortis sed vitae filiam,*

[2] *Gen.* III, 15.

[3] Luc. I, 28.

* Ibid. 42.

[6] Bulla *Ineffabilis Deus.*

non irae sed gratiae germen, illibatam et undequaque illibatam, sanctam et ab omni peccati sorde alienissimum, venustate venustiorem, sanctiorem sanctitate, solam sanctam, quae, solo Deo excepto, exstitit cunctis superior, et ipsis Cherubim et Seraphim, et omni exercitu Angelorum natura pulcrior, formosior et sanctior.[6]

Quibus diligenter, ut oportet, perpensis Beatae Virginis Mariae praeconiis, quisnam dubitare audeat eam, quae purior Angelis et quae omni tempore pura[7] exstitit, quovis, etsi minimo horae momento, fuisse omne genus peccati labis expertem ? Iure igitur meritoque S. Ephraemus Divinum eius Filium hisce verbis alloquitur: « Revera quidem tu et mater tua soli estis qui ex omni parte omnino pulchri estis. Non enim in te, Domine, nec ulla in Matre tua macula ».[8] Quibus ex verbis luculenter patet de una tantummodo inter omnes Sanctos viros Sanctasque mulieres praedicari posse, cum de cuiusvis peccati labe agatur, nullam prorsus haberi posse quaestionem ; itemque hoc singularissimum privilegium, nulli umquam concessum, idcirco eam obtinuisse a Deo, quod ad Dei Matris dignitatem fuisset evecta. Hoc enim excelsum muniis, quod in Ephesina Synodo adversus Nestorii haeresim sollemniter declaratum ac sancitum fuit,[9] et quo nullum aliud posse videtur esse maius, plenissimam postulat divinam gratiam animumque a quavis labe immunem, quandoquidem summam requirit post Christum dignitatem sanctitatemque. Quin immo ex hoc ipso sublimi Deiparae munere, veluti ex arcano fonte limpidissimo, omnia profluere videntur privilegia et gratiae, quae eius animum eiusque vitam praecellenti modo praecellentique ratione exornarunt. Ut recte enim declarat Aquinas : « Beata Virgo ex hoc quod est Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus».[10] Ac clarus scriptor id hisce verbis enucleat at-

* Bulla *Ineffabilis Deus,* passim.

[7] Cfr. Ibidem.

[8] *Carmina Nisibena,* ed. Bickell, 123.

[9] Cfr. Pius XI, Enc. *Lux veritatis, A. A. S.,* vol. XXIII, p. 493 sq.

[10] Cfr. *Summa Th.,* I, tj. 25, a. 6, ad 4«*.'

que explicat: « Beata Virgo ..... Mater Dei est; ergo purissima est et sanctissima, adeo ut sub Deo maior puritas intellegi nequeat ».[11]

Ac ceteroquin, si rem intento reputamus animo, ac praesertim si incensissimum súavissimumque consideramus amorem, quo Deus Matrem Filii sui Unigeniti procul dubio prosecutus est ac prosequitur, qua ratione vel solummodo arbitrari possumus eam fuisse, etsi brevissimo temporis spatio, peccato obnoxiam divinaque gratia privatam ? Poterat certe Deus, Redemptoris meritorum intuitu, hoc praeclarissimo privilegio eam donare; id igitur factum non esse ne opinari quidem possumus. Decebat siquidem Redemptoris Matrem talem esse, ut exstaret, quantum fieri posset, ipso digna; atqui digna non fuisset, si hereditaria labe infecta, etsi primo tantum conceptionis suae momento, teterrimae fuisset Satanae dominationi subiecta.

Neque asseverari potest hac de causa minui Redemptionem Christi, quasi iam non ad universam pertineat Adami subolem ; atque adeo aliquid de ipsius Divini Redemptoris munere ac dignitate detrahi. Etenim si rem funditus diligenterque perspicimus, facile cernimus Christum Dominum perfectissimo quodam modo divinam Matrem suam revera redemisse, cum, ipsius meritorum intuitu, eadem a Deo praeservata esset a quavis hereditaria peccati labe immunis. Quamobrem infinita Iesu Christi dignitas eiusque universalis Redemptionis munus hoc doctrinae capite non extenuatur vel remittitur, sed augetur quam maxime.

Immerito igitur acatholici et novatores non pauci hac etiam de causa nostram reprehendunt atque improbant erga Deiparam Virginem pietatem, quasi nos aliquid ex cultu uni Deo ac Iesu Christo debito subducamus ; cum contra, quidquid honoris venerationisque caelesti Matri nostrae tribuimus, id procul dubio in Divini eius Filii decus redundet, non modo quod ex ipso

[11] **Corn, a Lapide, *in Matth.*, I, 16.**

omnes gratiae omniaque dona, vel excelsa, ut e primo fonte oriuntur, sed etiam quod « gloria filiorum patres eorum ».[12]

Quapropter, inde ab antiquissima Ecclesiae aetate, hoc doctrinae caput cotidie magis inclaruit, ac cotidie latius viguit cum apud sacros Pastores, tum in mente animoque christianae plebis. Id testantur, ut diximus*, Sanctorum Patrum scripta; id testantur celebrata Concilia, ac Romanorum Pontificum acta; id testantur denique antiquissimae liturgiae, quarum in sacris libris, vel antiquissimis, hoc festum recensetur utpote ex maiorum more traditum.

Ac praeterea etiam inter omnes Orientalium christianorum communitates, quae iamdiu a Catholica Ecclesiae unitate recessere, non defuere nec desunt qui, etsi praeiudicatis adversisqüe opinionibus animati, hanc doctrinam amplexi sunt, haec Immaculatae Virginis sollemnia quotannis celebrant; atqui hoc procul dubio non eveniret, si id iam antiquitus, antequam videlicet eaedem ab uno ovili abstraherentur, non recepissent.

Libet igitur Nobis, dum plenum volvitur saeculum, ex quo Pontifex Maximus imm. mem. Pius IX hoc singulare Deiparae Virginis privilegium sollemniter sanxit, hisce eiusdem Pontificis sententiis causam universam quasi in unum referre ac concludere, hanc videlicet doctrinam asseverando « iudicio Patrum Divinis Litteris consignatam, tot gravissimis eorundem testimoniis traditam, tot illustribus venerandae antiquitatis monumentis expressam ac celebratam, ac maximo gravissimoque Ecclesiae iudicio propositam et confirmatam »[13] esse, ita quidem ut Sacris Pastoribus ac christifidelibus omnibus nihil sit « dulcius, nihil carius, quam ferventissimo affectu Deiparam Virginem absque labe originali conceptam ubique colere, venerari, invocare et praedicare ».[14]

Ac videtur nobis praetiosissima huiusmodi gemma, qua centum abhinc annos sacrum Beatae Mariae Virginis diadema

[12] *Prov.* XVII, 6.
[13] Bulla *Ineffabilis Deus.*
[14] Ibidem

distinctum fuit, spiendidiore hodie luce refulgere, cum divino Providentiae Dei consilio auspicato Nobis contigerit ut, ad exitum vergente Iubilaeo Maximo, anno MDCCCCL — gratissima Nostrum subit memoria animum — almam Dei Genetricem definiremus animo fuisse et corpore in Caelum assumptam; atque ita christiani populi votis satisfaceremus, quae quidem iam tum peculiari modo nuncupata fuere, cum intaminatus Virginis Conceptus sollemniter sancitus fuit. Tunc enim, ut Nosmetipsi in Apostolicis datis Litteris *Munificentis simus Deus* scripsimus, « christifidelium animi incensiore quadam spe permoti fuere, futurum ut a Supremo Ecclesiae Magisterio dogma quoque corporeae Assumptionis Mariae Virginis in Caelum quamprimum definiretur ».[1S]

Altiore igitur efficacioreque ratione exinde christifideles omnes ad ipsum Immaculatae Virginis Conceptionis mysterium mentem animumque suum convertere posse videntur. Ob arctissimam enim necessitudinem, qua inter se haec duo dogmata conectuntur, sollemniter promulgata in suaque luce posita Mariae Virginis in Caelum Assumptione — quae quidem est prioris marialis privilegii veluti corona ac complementum — eo ipso effectum est, ut plenius luculentiusque emerserit mirabilis illius divini consilii sapientissimus concentus, quo Deus Beatissimam Virginem Mariam cuiusvis originalis labis esse voluit expertem.

Quamobrem ob duo huiusmodi praeclarissima, quibus Deipara Virgo donata fuit, privilegia, ut terrestris eius peregrinationis ortus ita et occasus fulgentissima emicuere luce ; omnimodae eius animi innocentiae ab omni labe immuni, mirabili quadam congruentique ratione respondit amplissima virginei corporis « glorificatio » ; atque eadem, quemadmodum fuit cum Unigènito Filio suo adversus nequissimum inferorum anguem in certamine coniuncta, cum Ipso pariter gloriosissimum de peccato eiusque tristissimis consectariis participavit triumphum.

[15] *A. A. S.*, vol. XXXV, p. 744..

II

Verumtamen haec saecularis celebratio non modo catholicam fidem impensamque erga Deiparam Virginem pietatem omnium in animis refoveat oportet, sed christianorum etiam mores ad eiusdem Virginis imaginem debet conformare quam maxime. Quemadmodum matres omnes suavissime afficiuntur, cum suorum filiorum vultum cernunt propriam ipsarum faciem peculiari quadam similitudine in se referre, ita dulcissima Mater nostra Ma>ria nihil optatius habet, nihil iucundius, quam cum eos videt, quos sub Cruce Nati in eius vicem suscepit filios, sui animi lineamenta ornamentaque cogitando, loquendo, agendoque exprimere.

Verum enim vero quae pietas non inane sit verbum, non fucata religionis species, non infirmus ac caducus unius momenti affectus, sed sincera, sed vera, sed efficax sit, ea procul dubio nos omnes debet, pro nostra cuiusque rerum condicione, a.d virtutem assequendam advocare. Imprimisque necesse est ut nos omnes excitet ad innocentiam integritatemqüe morum, quae a quavis réfugiât atque abhorreat vel levissima peccati macula, cum mysterium illius Sanctissimae Virginis commemoremus, cuius ipse conceptus intaminatus fuit et quavis originali labe immunis.

Ac videtur Nobis Beatissima Virgo Maria, quae per totius suae vitae cursum —cum in gaudiis, quibus suavissime affecta fuit, tum in rerum angustiis atrocibusqüe doloribus, quibus martyrum Regina exstitit — numquam a Divini Filii sui praeceptis exemplisque vel minimum discessit, videtur Nobis, inquimus, ea verba nobis singulis universis repetere, quibus Canae nuptias celebrans, convivii administris Iesum Christum quasi digito indicans, eos allocuta est: « Quodcumque dixerit vobis, facite ».[16] Hanc eandem adhortationem, ampliore utique intellectu adhibendam, nobis omnibus hodie iterare videtur, cum

" Io. II, 5.

omnino pateat maiorum omnium radicem, quibus tam aspere vehementerque afflictantur homines, anguntur populi ac gentes, ex eo praesertim oriri, quod non pauci eum « dereliquerunt fontem aquae vivae, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas » ;[17] eum dereliquerunt, qui unus est « via et veritas et vita ».[18] Si igitur erratum est, in rectam redeundum est viam; si obductae fuere mentibus errorum tenebrae, quam primum discutiendae sunt luce veritatis; si mors, quae vera mors est, occupavit animos, sitienter actuoseque apprehendenda est vita; eam dicimus caelestem vitam, quae nescit occasum, cum a Iesu Christo proficiscatur, quem quidem si fidenter fideliterque hoc in mortali exsilio sequemur, sempiterna procul dubio fruemur una cum eo in aeternis sedibus beati tate. Haec nos docet, ad haec nos adhortatur Beata Virgo Maria, dulcissima Mater nostra, quae nos profecto plus quam terrenae omnes genetrices veraci caritate diligit.

Adhortationibus autem hisce atque invitamentis, quibus monentur omnes ut redeant ad Christum, eiusque praeceptis se diligenter efncienterqüe conforment, valde indigent hodie homines, ut probe nostis, Venerabiles Fratres, cum christianam fidem ipsorum ex animis non pauci radicitus evellere conentur vel callidis tectisque insidiis, vel etiam tam aperta ac pervicaci illorum errorum elatione praedicationeque, quos iidem petulanter iactant, quasi habendi sint progredientis fulgentisque huius saeculi gloria. At reiecta religione sanctissima, submotoque numine recta et prava sancientis Dei, iam fere nihil valere leges, fere nihil publicam valere auctoritatem nemo est qui non videat; ac praeterea fallacibus hisce doctrinis sublata spe exspectationeque bonorum immortalium, consentaneum est homines suapte natura immodice avideque terrena appetere, aliena vehementer per cupere, atque interdum etiam per vim ad se rapere, quotiens occasio vel aliqua facultas detur. Hinc inter cives oriri odia, invidias, discordias simultatesque; hinc

[17] **Ier. II, 13.**
[18] **Io. XIV, 6.**

privatim ac publice perturbari vitam; hinc ipsa Civitatum fundamenta pedetemptim subrui, quae haud facile queant legum publicorumque moderatorum adhibita auctoritate contineri ac roborari; hinc denique deformati passim pravis spectaculis, libris, diariis atque adeo sceleribus mores!

Haud infitiamur quidem multum eos hac in causa posse, qui publicae rei gubernacula tractant; verumtamen tan torum maiorum altiore ex fonte procul dubio petenda sanatio est; vis nimirum humana maior in auxilium est advocanda, quae mentes ipsas caelesti luce collustret, et quae ipsos attingat animos, eosque renovet divina gratia, atque efficiat ea aspirante meliores.

Tum solummodo fore sperare licet ut christiani ubique reflorescant mores; ut quae vera principia sunt, quibus Civitates innitantur, quam maxime solidentur;, ut civium inter classes mutua, aequa, sinceraque rerum aestimatio, una cum iustitia et caritate coniuncta, intercedat; ut odia tandem conticescant, quorum semina novas miserias pariunt, ac non raro ad humani etiam sanguinis effusionem exacerbatos compellunt animos; ut denique, mitigatis sedatisque inferiorum superiorumque ordinum, quae agitantur, contentionibus, sancta utriusque partis iura aequa lance componantur, ac mutua consensione debitaque verecundia, communi cum utilitate consistere ac conformari queant.

Haec omnia procul dubio christiana tantum praecepta, ad quae alacriter actuoseque sequenda Deipara Virgo Maria nos omnes excitat, penitus firmiterque efficere possunt, si modo ad effectum reapse deducantur. Quod quidem, ut oportet, considerantes, vos singulos universos, Venerabiles Fratres, per Encyclicas has Litteras invitamus ut, pro vestro, quo fungimini, munere, clerum pop illumque vobis creditum adhortemini ad Marianum Annum celebrandum, quem a proximo Üecembri mense ad eundem adventuri anni mensem ubique terrarum agendum indicimus, saeculo nempe exeunte primo, ex quo Deipara Virgo Maria plaudenti christiano populo nova gemma refulsit, cum, ut diximus, Decessor Noster imm. rec. Pius IX eam fuisse sol-

lemniter decrevit ac sanxit omnis prorsus labis originalis expertem. Ac futurum omnino confidimus ut Marialis haec celebratio eos edere queat optatissimos salutaresque fructus, quos vehementer praestolamur omnes.

Ad rem autem facilius ac felicius efficiendam, cupimus ut in singulis Dioecesibus hac de causa habeantur opportunae conciones opportunaeque acroases, quibus hoc christianae doctrinae caput luculentius mentibus patefiat; ita quidem ut populi fides augeatur, eius erga Deiparam Virginem pietas exardescat cotidie magis; atque inde sumant omnes, ut caelestis Matris nostrae vestigiis alacres volentesque insistant.

Ac quandoquidem omnibus in urbibus, in oppidis, in viculis, ubicumque christiana religio viget, vel sacellum aliquod, vel saltem ara habetur, in quibus sacra Beatae Virginis Mariae imago christiano populo veneranda renidet, Nos optamus, Venerabiles Fratres, ut eo contendant quam frequentissimi christifideles, ac non tantum privatas, sed publicas etiam una voce unaque mente ad suavissimam Matrem nostram admoveant supplicationes.

Ubi vero — quod in omnibus fere Dioecesibus contingit — sacrum exstat templum, in quo Deipara Virgo impensiore pietate colitur, illuc statis per annum diebus, concurrant piae peregrinantium multitudines, ac propalam in solis luce edant pulcherrimas communis fidei communisque erga Virginem Sanctissimam amoris significationes. Id quidem peculiari modo eventurum esse non dubitamus ad Lapurdense specus, ubi Beata Virgo Maria, sine ulla peccati labe concepta, tam incensa pietate colitur.

Omnium autem in exemplum praecedat haec alma Urbs, quae inde ab antiquissima christiani nominis aetate caelestem Matrem ac Patronam suam peculiari religione coluit. Non paucae — ut omnes norunt — heic habentur sacrae aedes, in quibus eadem Romanorum pietati proponitur; at maxima procul dubio est Liberiana Basilica, in qua Decessoris Nostri piae rec. Sixti III musivum opus adhuc refulget, divinae maternitatis

Mariae Virginis insigne monumentum; et in qua « Salus populi Romani » benigne arridet. Illuc igitur praesertim concurrant cives supplicaturi; atque ante sacratissimam illam imaginem cuncti pia, vota fundant, id potissimum implorantes, ut quae Urbs catholici orbis caput est, eadem sit quoque omnibus fidei, pietatis, sanctitatisque magistra. «Nam — vos Romae filios, Decessoris Nostri s. m. Leonis Magni verbis alloquimur — licet omnem Ecclesiam, quae in toto est orbe terrarum, cunctis oporteat florere virtutibus, vos tamen praecipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipsa apostolicae petrae arce fundatos, et Dominus Noster Iesus Christus cum omnibus redemit, et Beatus Apostolus Petrus prae omnibus erudivit».[19]

Multa quidem sunt, quae a Beatae Virginis tutela, ab eiusque patrocinio ac deprecatrice potentia petant oportet omnes in praesentibus rerum adiunctis. Petant imprimis ut sui cuiusque mores, ut diximus, christianis praeceptis, divina opitulante gratia, cotidie magis conformentur, cum fides sine operibus mortua sit,[20] et cum nemo quidquam possit — ut oportet — in commune bonum efficere, nisi prius ipsemet ceterorum in exemplum virtutibus refulgeat.

Petant etiam atque etiam supplicantes, ut generosa ac praefidens iuventus pura integraque succrescat, neu aetatis suae nitentem florem patiatur corrupti huius saeculi afflatu infici vitiisque consenescere; ut effrena sua studia irrumpentesque ardores aequo regantur moderamine, ët a quibusvis insidiis abhorrendo, non ad detrimentosa et prava convertantur, sed ad quaecumque sunt pulchra, quaecumque sunt sancta, amabilia, excelsa se erigant.

Petant unanimi comprecantes, ut virilis ac provecta aetas christiana probitate fortitudineque omnibus praestet; ut domesticus convictus inviolata fide eniteat, recte sancteque educata prole florescat, ac concordia mutuoque auxilio vigeat.

" *Serm. III,* 14; MIGNE *P. L.,* LIV, 147-148.

[20] Cfr. Iac. II, 20 et 26.

Petant denique ut senes bene actae vitae fructibus ita laetentur, ut, adventante aliquando mortalis cursus exitu, nihil habeant quod timeant, nullis conscientiae stimulis angoribusque pungantur, nulla verecundentur causa, sed potius diuturni sui laboris praemium se proxime accepturos esse firmiter confidant.

Petant praeterea, Divinae Matri supplicantes, famelicis panem; oppressis iustitiam; extorribus atque exsulibus patriam; domo carentibus hospitale tectum; iis, qui iniuste vel in carcerem, vel in publicae Custodiae loca coniecti fuere, debitam libertatem; iis, qui adhuc captivi post tot revolutos annos a postremo peracto bello, occulte suspirant gemitusque edunt, optatissimum reditum ad patrias sedes; iis, qui caeci vel corpore, vel animo sunt, f ingentis lucis laetitiam ; atque iis omnibus, qui odio, invidia, discordia invicem dissociantur, fraternam comprecando caritatem concilient et eam animorum concordiam operosämque serenitatem, quae veritate, iustitia, mutuaque necessitudine innitatur.

Peculiarique modo exoptamus, Venerabiles Fratres, ut precibus, quae per proximam Marialis Anni celebrationem ad Deum incensae adhibebuntur, suppliciter contendatur, ut — auspice Divini Redemptoris Genetrice ac dulcissima Matre nostra — tandem aliquando Catholica Ecclesia ubique gentium sibi debita libertate frui queat, quam eadem, ut luculentissime historia docet, semper in populorum bonum, numquam in eorum detrimentum; semper ad civium, nationum, gentium conciliandam concordiam, numquam vero ad disiungendos animos contulit.

Norunt omnes quibus in rerum angustiis Ecclesia Dei alicubi versetur; quibus mendaciis, obtrectationibus ac direptionibus vexetur ; norunt omnes in nonnullis regionibus sacros esse Pastores vel misere dispersos, vel in vincula nulla iusta causa coniectos, vel ita praepeditos, ut libere — quod oportet — suo ipsorum munere fungi nequeant; norunt denique omnes non propriis inibi litterarum ludis ac scholis uti posse, non publice

editis ephemeridibus ac commentariis christianam posse doctrinam docere, defendere, propagare, ad eandemque recte educatam conformare iuventutem. Quas igitur adhortationes hac de re non semel, occasione data, habuimus, eas etiam atque etiam per Encyclicas has Litteras ex animo iteramus; fore omnino confisi ut per indictum Marialem Annum undique terrarum ad Deiparam Virginem potentissimam suavemque Matrem nostram supplices admoveantur preces, quibus a praesenti ac valido eius patrocinio id potissimum impetretur, ut sacra ea iura, quae ad Ecclesiam spectant, et quae civilis ipse humanitatis libertatisque cultus postulat, ab omnibus palam ac revera agnoscantur, summa procul dubio cum omnium utilitate communisque concordiae incremento.

Haec vox Nostra, flagranti permota caritate, ad eos imprimis cupimus advolet, qui ad silentium coacti, atque omne genus insidiis laqueisque impliciti, suam maerenti animo cernunt christianorum communitatem afflictam, perturbatam, omnisque expertem humani auxilii. Hi quoque dilectissimi Fratres ac filii Nostri, una Nobiscum et cum ceteris christifidelibus coniunctissimi, apud misericordiarum Patrem et Deum totius consolationis[21] potentissimum interponant patrocinium Deiparae Virginis Matris nostrae, atque ab ea caeleste petant adiumentum, superna implorent solacia. Ac strenuo invictoque animo in avita fide perseverantes, hanc Melliflui Doctoris sententiam, hoc in gravi discrimine, quasi christianae fortitudinis insigne sibi sumant : ((Stabimus et pugnabimus usque ad mortem, si ita oportuerit, pro [Ecclesia] matre nostra, armis quibus licet; non scutis et gladiis, sed precibus et fletibüs ad Deum».[22]

Ac praeterea eos etiam, qui ob vetus schisma a Nobis seiuncti, sunt, et quos ceteroquin paterno adamamus animo, ad has efíundendas concordes preces supplicationesque advocamus, quandoquidem probe novimus eosdem almam Iesu Christi Genetricem venerari quam maxime, eiusque intaminatum cele-

[21] **Cfr.** ***II Cor.,*** **I,** 3.

[22] S. BERN., ***Epist: 221,*** 3; MIGNE ***P. L.,*** **CLXXXII,** 36, 387.

brare conceptum. Cernat eadem Beata Virgo Maria eos universos, qui se christianos esse gloriantur, caritatis saltem vinculis coniunctos, suppliciter oculos, animos, precesque ad ipsam convertere, lucem illam impetrantes, quae mentes superno lumine collustrat, atque illam efflagitantes unitatem, qua tandem aliquando fiat unum ovile et unus Pastor.[23]

Concordibus autem hisce supplicationibus pia paenitentiae opera coniungantur; facit enim precationis studium « ut animus sustentetur, instruatur ad fortia, ad divina conscendat; facit paenitentia ut nobismetipsis imperemus, corpori maxime, gravissimo, ex veteri noxa, rationis legisque evangelicae inimico. Quae virtutes, perspicuum est, aptissime inter se cohaerent, inter se adiuvant, eodemque una conspirant, ut hominem caelo natum, a rebus caducis abstrahant, evehantque propemodum ad caelestem cum Deo consuetudinem ».[24]

Quoniam vero solida, sincera ac tranquilla pax nondum animis, nondum populis áffulsit, ad eam plene feliciterque adipiscendam ac stabiliendam contendant omnes pie supplicantes, ita quidem ut, quemadmodum Beatissima Virgo Principem pacis[25] edidit, eadem suo patrocinio suaque tutela amico foedere coniungat homines; qui quidem tum solummodo possunt serena ea prosperitate perfrui, quam per mortalis huius vitae cursum nobis assequi datur, cum nempe non mutuis simultatibus disiungantur, non discordiis misere dilacerentur, non minacibus ac formidolosis consiliis in adversas compellantur partes, sed, coniunctis fraterno animo dextris, sibi invicem illius pacis dent osculum, «quae sit tranquilla libertas»,[26] et quae, iustitia duce, caritate attrice, ex diversis civium ordinibus, nationibus ac gentibus unam efficiat, ut oportet, concordemque familiam.

Haec flagrantissima vota Nostra, quibus, ut fore omnino con-

[23] **Cfr. Io. X, 16.**

[24] **LEO XIII, Enc.** ***Octobri mense,*** **d. 22 Sept., a. 1891;** ***Acta Leonis XIII,*** **XI, p. 312.**

[25] **Cfr. ISAI., IX, 6.**

[26] **Cic,** ***Phil.*** **II, 44.**

fidimus, non modo Nostrorum filiorum vota respondebunt libenter, sed eorum etiam omnium, quibus christianae humanitatis studium civilisque cultus incrementum cordi sint, velit Divinus Redemptor, auspice ac deprecatrice benignissima Matre sua, quam latissime felicissimeque ad effectum deducere.

Caelestium interea munerum conciliatrix esto, ac paternae voluntatis Nostrae testis Apostolica Benedictio, quam vobis singulis universis, Venerabiles Fratres, itemque clero populoque vestro peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VIII mensis Septembris, in Festo Nativitatis Beatae Virginis Mariae, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUS SYMPHORIANUS, MARTYR, PRAECIPUUS PAGI AB EO APPELLATI ET PROPE URBEM TURONENSEM POSITI PATRONUS CAELESTIS DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Non est sine nomine, quemadmodum accepimus, pagus a Sancto Symphoriano nuncupatus et prope urbem Caesarodunum seu Turones situs, cum peculiare quoddam habeatur religionis domicilium. Duabus enim in aedibus iuventus in spem Ecclesiae et archidioecesis Turonensis eo in loco instituitur pluresque religiosae familiae, ibidem constitutae, in pietatis versantur muneribus. Memores quoque die festo Sancti Symphoriani, Martyris, nempe vicesimo secundo mensis Augusti, anno millesimo nongentesimo quadragesimo quarto, agrum Turonensem in libertatem esse vindicatum, sacrorum administri et Christifideles voluerunt ut invictus hic athleta Christi et proprio sanguine purpureus verae religionis testis, pagi, quem diximus, caelestis renuntiaretur Patronus. Nos vero preces hac de re a Venerabili Fratre Ludovico Gallard, Archiepiscopo Turonensi> Nobis adhibitas, libenti animo statuimus audire. Quapropter ex Sacrae Rituum Congre-

gationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Symphorianum, Märtyrern, Praecipuum pagi ab eo appellati et prope urbem Turonensem positi Caelestem *Patronum* eligimus et declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Aprilis, anno **MCMLIII**., Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

Ii

BASILICAE MINORIS TITULO AC DIGNITATE AFFICITUR TEMPLUM DIVINI SERVATORIS IN URBE ((DINAN)) INTRA BRIOCENSIS DIOECESIS FINES EXSTANS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Prospicit Oceanum Atlanticum, in Gallia, urbs cui nomen « Dinan », quae, intra Briocensis et Trecorensis dioeceseos fines, ob vetustum castrum quod ei imminet vetustamque Ecclesiam paroecialem qua decoratur, haud mediocri fertur laude. Quae Ecclesia veteris aedificii duodecimi saeculi insignes ostendit partes, « byzantio », ut aiunt, structurae genere confectas, quibus hodierna ingens moles, saeculis xvi et xvn, « classico » stilo exaedificata, est superposita. Tandem, die xx mensis Maii anno **MDCLIV**, eadem Ecclesia, novis operibus aucta et pulchrior effecta, a Divino Servatore fuit nuncupata, sed nomine Sanctissimae Trinitatis dedicata. Prout Nobis innotuit, memoratum Templum, intus exteriusque maiestatem quamdam praeferens, pluribus iisdemque ornatissimis est decoratum altaribus per-

multaque non minus quam pretiosa affluii supellectile, quam principum civiumque pietas donavit. Permulti quidem, vel religionis vel studiorum causa, ad ipsum Templum accurrunt ibique illud Beatae Mariae Virginis, ((a Virtutibus » appellatae, Simulacrum, quod antiquitatum cultores admiran tur, impense venerantur fideles. Quibus omnibus mature perpensis, Venerabilis Prater Armandus Ooupel, Episcopus Briocensis et Trecorensis, eidem Sacrae Aedi antiquitate et magnitudine tam illustri peculiares tribuere honores atque congruens navitati Cleri fideliumque pietati praemium dare, tertio fere exacto saeculo ab Ecclesia Deo consecrata, cupiens, enixis Nos adiit precibus, ut memoratam Ecclesiam titulo et dignitate Basilicae Minoris benigne augere dignaremur. Nos autem, huiusmodi votis obsecundare volentes, Ordinarii preces excipiendas perlibenter censuimus. Quapropter, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, certa scientia ac matura diliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Divini Servatoris, in Gallica urbe « Dinan » intra Briocensis dioecesis fines positam, ad dignitatem *Basilicae Minoris*, cum omnibus honoribus ac privilegiis eidem titulo convenientibus, evehimus. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari..

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Aprilis, anno **MCMLIII**, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULA

AD EMUM P. D. ALFRIDUM ILDEFONSUM TIT. SS. SILVESTRI ET MARTINI AD MONTES S. R. E. PRESB. CARDINALEM SCHUSTER, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONGRESSUM EUCHARISTICUM EX ITALORUM NATIONE AUGUSTAE TAURINORUM HABENDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem, — Quinto expleto saeculo, postquam in urbe Pedemontii principe mirum illud contigit Eucharisticum, ex quo Augusta Taurinorum « Civitatis sanctissimi Sacramenti » nomen invenit, susceptum est consilium in ea urbe Congressionem e tota natione Italica Eucharisticam sollemniter celebrandi. Ut interea eiusmodi consilium ad secundum plane exitum adducatur, alacres Taurinenses, ut novimus perlibenter, flagranti animorum studio augustisque apparatibus in dies magis contendunt. Argumentum quoque in ipsis coetibus agitandum, id est « Eucharistia in hodierna societate », peropportunum sane videtur. Recenti enim Nostra Constitutione, cuius initinm <(Christus Dominus », in Epiphania Domini data, ideo legis Eucharistici ieiunii normas temperavimus, ut graves removerentur difficultates, ex peculiaribus horum temporum condicionibus exortae, quae possent <(homines a divinis participandis mysteriis abstrahere ». Quae quidem normae in ipso conventu commode declarabuntur, quod spectat praecipue ad civilem domesticamque vivendi rationem haud parum permutatam. Nemo profecto ignorat ex Eucharistiae institutione novam quandam vim in venas omnes societatis civilis et familiaris permanasse : novas inde homini cum homine coniunctiones ; nova publice et privatim iura, officia nova ; disciplinis, artibus, institutis novos cursus : quod autem est caput, animos et studia ad veritatem religionis morumque sanctitudinem traducta; atque ideo communicatam cum homine vitam caelestem plane ac divinam. Huc nimirum pertinent ea, quae in sacris Litteris enuntiantur, *verbum vitae, liber vitae, lignum vitae, corona vitae,* ac potissimum *panis vitae.* Nos igitur, qui nihil potius habemus, quam ut Italiae incolae, in civitatem sanctissimi Sacramenti confluentes, divini Redemptoris «vitam habeant et abundantius habeant » (Ioann. X, 10), Conventui ipsi adesse quodammodo ac praeesse decrevimus. Quapropter te, Dilecte Fili Noster, qui, amplissimi Ecclesiae Senatus consors, perinsignem regis Ambrosianam Ecclesiam, Lega-

tum Nostrum a Latere deligimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, Congressui Eucharistico ex Italorum natione Augustae Taurinorum proxime habendo Nostro nomine Nostraque auctoritate praesideat. Non est dubitandum, quin, et incensa qua flagras erga augustum Sacramentum pietate et sacrarum caeremoniarum quo nites decore, perhonorificum munus sis fauste feliciterque exsecuturus. Dum autem instanti prece Deum exoramus, ut ti **DÌ** tuaeque legationis sociis prospera omnia contingant, in auspicium caelestis praesidii, inque praecipuae caritatis Nostrae pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, iisque universis, qui celebrationi Eucharisticae intererunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Augusti, in Assumptione Beatae Mariae Virginis, anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

*Iis qui interfuerunt « Primo Symposio Internationali Qemticae Medicae », Romae habito**

Soyez les bienvenus, Messieurs, vous qui avez voulu profiter de votre *Primum Symposium Internationale G-eneticae Medicae*, pour Nous rendre visite. Nous répondons à votre délicate attention en manifestant Notre joie de pouvoir passer quelques instants avec vous.

Pendant ces dernières années, un certain nombre de Congrès de sciences naturelles se sont réunis ici. La caractéristique de votre science, ce qui la distingue parmi d'autres branches de la biologie et de la médecine, c'est sa jeunesse. Mais en dépit de son jeune âge, elle se signale par un développement rapide et les objectifs à longue portée, on serait presque tenté de dire téméraires, qu'elle s'est proposés.

Ces objectifs suscitent un vif intérêt de la part des institutions qui s'occupent de l'homme comme personnalité morale, de sa formation, de l'éducation qui doit façonner en lui un caractère mûr, ferme, conscient de ses responsabilités, de sa manière de penser et d'agir dans les questions décisives pour le temps comme pour l'éternité. En réponse au souhait

* Die 7 Septembris mensis a. 1953.

que de votre part on Nous a adressé, Nous n'avons donc pas cru pouvoir refuser de vous dire quelques mots au sujet de vos travaux et de vos efforts.

This is a building that has its foundations set deep on the gênerons and often trying sacrifices of the Bishops, the Alumni and the loyal faithful whom they serve. God reward them. Its large and majestic though severe Unes, drawn by an architect of rare distinction in his profession, have been measured by the far-seeing wisdom of a zealous hierarchy. Its completion lights a stronger flame of hope for the Church in the United States of America and in the world. Ali this, it seemed to Us, adds up to a grave and sacred responsibility that rests on you, Our dear young seminarians, and on those who are to follow you. Will the sacrifices cheerfully offered for your sake be repaid in kind and with interest? Will the hopes and plans cherished by your Bishops, cherished by Us, be fulfilled? Your eager hearts are quick to answer : yes. But reflect a moment. That will be true only under one condition, that you become priests worthy of the name.

In the priesthood man is elevated to an almost staggering height, a mediator between a world in travail and the celestial kingdom of peace. Christ's ambassador, steward of God's mysteries, he exercises a divine power. Heir to the priestly and kingly ofiices of the divine Redeemer, he is commissioned to carry on the task of salvation, bringing souls to God and giving God to souls. Never, then, unmindful of the supreme importance of such a vocation, the priest will not busy himself with useless things. Modeling his life on that of Him he represents he will gladly spend and be spent on behalf of souls. Souls he seeks everywhere and always, not what the world can offer him. « To be a priest and to be a man dedicated to work is one and the same thing », wrote Bl. Pius X ; and he liked to quote the words of the synod presided over by St. Charles Borromeo : « let every cleric repeat again and again : he has been called not to a life of ease and leisure, but to hard work in the spiritual army of the Church ».

Those words, beloved sons, recali another fact one dare not forget. We belong to the Church militant ; and she is militant because on earth the powers of darkness are ever restless to encompass her destruction. Not only in the far-off centuries of the early Church, but down through the ages and in this our day, the enemies of God and

Christian civilization make bold to attack the Creator's supreme dominion and sacrosanct human rights. No rank of the clergy is spared; and the faithful—their number is légion—inspired by the valiant endurance of their shepherds and fathers in Christ, stand firm, ready to suffer and die, as the martyrs of old, for the one true Faith taught by Jesus Christ. Into that militia you seek to be admitted as leaders.

Imprisonment and martyrdom, We know, do not loom on the horizon that spreads before your eyes. In an atmosphère of untrammeled freedom, where ((the word of God is not bound », the Church in your country has grown in numbers, in influence, in strength of leadership in ali that makes for the good of the commonwealth. The college on the via dell'Umiltà has seen your priests increase from twenty-fìve hundred to forty-fìve thousand and more-proud and glorious tribute to the unselfìsh, clear-visioned Catholic family life that prevails among you ; a mission country become a seminary of apostles for foreign fìelds. But the Church militant is « one body, with one Spirit ... with the same Lord, the same faith, the same baptism)).[1] And that Spirit calis for more than a dash of heroism in every priest who would be worthy of the name, whatever the external circumstances of time and place. The spirit of the martyrs breathes in every priestly soul, who in the daily round of pastoral duties and in his cheerful, unrelenting efforts to increase in wisdom and in grace, gives witness to the Prince of shepherds, who endured the cross, despised the shame « when He gave Himself up on our behalf, a sacrifice breathing out fragrance as He offered it to God ».[2]

We raise a fervent prayer to Mary Immaculate, under whose patronage you have placed your country, to Mary gloriously assumed into heaven, whom you have wished to honour in your chapel here, that she would always show a mother's loving care of the clergy of America, and guide you, beloved seminarians, bearers of such high hopes, along the way that leads to that holiness which will bring her to recognize in you a greater and greater resemblance to her own divine Son.

And thus, venerable Brothers of America, this seminary will be your pride and your delight. Ali the diocèses of your country will, We hope, receive of its apostolic power. For générations to come it will stand as a monument to your love of Rome and dévotion to the See of Peter, and your successors and their successors will take inspiration from your enlightened and admirable pastoral zeal to carry the

[1] *Eph.,* 4, 4 ff.

[2] *Eph., 5,* 2.

Church in your loved country on to yet greater conquests of souls for God's eternai Kingdom.

May the Apostolic Blessing, which We impart to you, venerable Brothers, beloved sons, to ali here présent, to ali the alumni and to ali who contribute to support this seminary, be a token of Our deep affection and a **Channel** of rich grâces for your souls.

V

*Adstantibus Emo P. D. Cardinali Magno Cancellario, Revmis Moderatoribus ac Doctoribus Decurialibus Pontificiae Gregorianae Studiorum Universitatis ceterisque praeclaris viris atque olim alumnis, qui convenerant ad celebrandum quartum expletum saeculum ab eadem Universitate condita**

Animus Noster gaudio perfunditur, cum nunc vos, Purpurati Patres, Venerabiles Fratres et dilecti filii, hoc fausto felicique die coram admissos oculis Nostris complectimur. Singulari benevolentia salutamus hic adstantes professores vosque, alumni Nostrae Gregorianae studiorum Universitatis, qui laeti et pii huc convenistis, ducibus iis qui in vestro maximo sacrarum disciplinarum domicilio potestate pollent, scilicet Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Seminariis studiorumque Universitatibus praepositae, utpote Magno Cancellario, cum Moderatore Generali Societatis IesUj qui eius vices gerit, et eiusdem Universitatis insigni sollertique Rectore. Salutamus episcopos et sacerdotes ex utriusque cleri militia, qui vestri Athenaei olim alumni fuerunt, frequens agmen lectamque coronam, necnon eos qui his in praesens aliorum Athenaeorum vel Universitatum studiorum partes sustinent, ceterosque hospites profecto dignos, qui omni humanitatis suscipiantur officio. Vos universi Romam sponte et ultro confluxistis ad celebrandum quartum expletum saeculum, ex quo Gregoriana studiorum Universitas condita fuit et a Nobis ipso ore aspectuque vestro poscitis, ut ei salutariter precemur et ad novum maiorisque usque honoris suscipiendum iter alloquio Nostro incitamenta adiciamus.

A vero deerrare Nos non putamus, si id asserimus postrema per decennia perfecte absoluteque in effectum deductum esse consilium, quod Sanctus Ignatius secum agitabat, cum ad Collegium Romanum instituendum curas convertebat. Quod quidem sanctissimus vir cupiebat, quod excelso animo volebat, hoc certo erat : huc, ubi totius Ecclesiae arx est

* Habita die 17 Octobris mensis a. 1953.

atque praesidium, ex omnibus orbis terrarum partibus arcessere iuvenes, ut, sacerdotes Christi et apostoli Evangelii domum reversuri, ipsi excultum ingenium et solidas virtutes sibi compararent.

Quod quidem Ignatii aetate et sat diuturno tempore post eius obitum, ex male superandis locorum intervallis aliisque obiectis impedimentis, contingere non poterat, — debitae Deo reddantur gratiae — feliciter nunc contingit. Ex quinquaginta octo nationibus et Rebus Publicis quinque terrarum orbis continentium in hanc Urbem congregati, iuvenes, in cleri spem succrescentes, pleno haustu purissimi fontis discendo sibi acquirunt totum complexum principiorum et legis naturae, veritatis a Deo revelatae opes, catholicae fidei divitias ; penitus cognoscunt de Ecclesia Christi, qua structura ipsa consistat, qua vita floreat, quibus incrementis provehatur, quae metuenda et nocentia eius possint itineri obsistere ; perdiscunt Ecclesiae historiam, iura, vias et rationes, quibus Christi Regnum exactis aevis per mundi plagas diffusum fuit et nunc per sacras expeditiones propagandum est; accipiunt denique disciplinam fortium et intemeratorum administrorum Dei, quae quidem hoc est sentire cum Ecclesia, et pro Christi causa usque ad extremum vitae halitum se devovere.

Collegium Romanum seu Gregoriana studiorum Universitas Romanorum Pontificum adsiduam gratiam et benevolentiam merito sibi conciliavit. Ex quibus nimis longum est memorando recolere eos, qui Gregorianae Universitati singulariter faverunt.

Liceat Nobis, occasione nunc data, nonnullorum saltem honestam mentionem facere : Iulii III et Pauli IV, qui Collegium Romanum ad gravioris disciplinae philosophicam et theologicam scholam evexerunt; Gregorii XIII, qui largissima liberalitate de Instituto vestro optime meritus est et huius veluti parens habetur, a quo nomen iure recepit.

Tacendum quoque esse non putamus Benedictum XIV, qui cum nonnullis eiusdem professoribus, ut Rogero Boscovich, praecipua familiaritate utebatur et cum iis artiorem coniunctionem disciplinarum quae experimentis innituntur cum philosophia et theologia spectativi generis prosequebatur ; Leonem XII, qui Collegium Romanum restitutae Societati Iesu administrandum tradidit eique nomen novum Gregorianae studiorum Universitatis imposuit. Huic Summi Ecclesiae Antistites decimi noni et vicesimi saeculi tot ac tantas benevolentiae significationes dederunt, ut iniuriam ceteris facere videamur, si alium alii antetulerimus.

Ad philosophicas et theologicas doctrinas quod attinet, Institutum vestrum in exordiis suis, dimidii saeculi spatio, tot magistris et doctoribus magnam laudem assecutis floruit, ut aetas illa iure aurea appellari

potuerit. At hoc minime detrahit subsequentium fastorum gloriam. Nam Praepositi generales Societatis Iesu nullo non tempore, usque ad praesens, operam dederunt, ut ibidem peritorum et etiam optimorum professorum copia suppeditaretur.

Laudamus scholasticam methodum, quae apud vos in usu versatur, Quam alibi haud raro negligi et contemni Nos minime latet. Ut ii ab ista incuria vel despicatione desistant, meminerint Summos Pontifices huiusmodi methodum saepe commendasse, quin etiam hortatos esse, ut ea in philosophicis et theologicis scholis in honore semper haberetur.

Id, quod scholastica methodus assequi contendit, ut scilicet hominis ratio revelatas a Deo veritates et eorum philosophica ediumenta perlustret, expoliendo illas quae eis insunt notiones et afferendo argumenta, quibus eorum certitudo solide fulcitur ; utque praeterea quae contra disputantur resolvat, et veritates omnes tum naturales metaphysicas tum divinitus revelatas concorditer apteque componere conetur : hoc semper fuit et est philosophiae et theologiae certum firmumque propositum. Neque opinandum est mysteria fidei et eorum supposita philosophica ab unoquoque ita comparari posse, ut facile vel ultro ab intellectu nostro obtineantur, neque opus esse, ut diuturno studio et apta methodo ratiocinando et meditando pertractentur.

Neve timueritis, ne ob studia spectativi generis illae quae « positivae » scientiae nuncupantur et praecipue theologia « positiva » aliquid detrimenti capiant. Inter utrasque enim nulla oppositio, quin etiam illae eo securius prodeunt, quo firmius hisce superstruuntur. Exemplo sunto vobis ipse Doctor Angelicus, qui « positivarum » cognitionum appetens erat, et ex primaevi Athenaei vestri theologis Franciscus Suarez, qui iure post Sanctum Thomam primoribus sacrae theologiae cultoribus accensendus est, recens autem — saltem unum memoria repetere fas Nobis sit — Ioannes Baptista Cardinalis Franzelin, qui utriusque ordinis disciplinis diligentissimum tribuit cultum easdemque mirabili modo in unum coniunxit.

Ipsa vestra studiorum ratio et programmata vestra annualia abundantiam rerum « positivarum », nostrorum temporum sacerdotibus valde utilium, continent, et quod summum est, in tractatibus vestris dogmaticis theologiae « positivae » amplum spatium praebetur ; et utinam studium Sanctorum Patrum et Scriptorum ecclesiasticorum apud vos floreat et augeatur.

Quod vero ad studia vestra et ad apostolatum vestrum attinet, ne indistincte permisceantur doctrina catholica et veritates naturales illi cohaerentes, et ab omnibus catholicis agnitae, cum eruditorum hominum

conatibus ad eas explicandas itemque cum propriis elementis peculiaribusque rationibus, quibus varia philosophica et theologica systemata, quae in Ecclesia inveniuntur, inter sese discriminantur; neve umquam ita agendum est, quasi sacrarum concionum materies et religiosa institutio hinc emanent atque dependeant. Nulla huiusmodi disciplina et ratio porta est, qua quis in Ecclesiam ingrediatur; maioreque ratione nefas hanc est asserere unicam portam patere. Etiam sanctissimo et praestantissimo Doctore numquam Ecclesia veluti primigenio veritatis fonte usa est neque nunc utitur. Doctores utique magnos habet et summis decorat laudibus Thomam et Augustinum; at falli nescios tantum Sacrarum Sripturarum caelitus inspiratos auctores profitetur. Ecclesia nempe Dei mandatu Sacrarum Scripturarum interpres et custos, in se viventis Sacrae Traditionis depositaria, ipsa est ad salutem adipiscendam porta, ipsa, sub tutela ductuque Spiritus Sancti, sibi fons est veritatis.

Varia doctrinarum systemata, quae Ecclesia teneri sinit, omnino conveniant oportet cum omnibus iis, quae philosophiae et antiquae et christianae ab eiusdem Ecclesiae exordiis perspecta erant. Haec vero a nullo alio doctore tam lucide, tam perspicue, tam perfecte proposita sunt sive singularum mutua consensio partium ob oculos habetur, sive cum veritatibus fidei considerantur coniunctio et harum splendidissima cohaerentia, a nullo tam apta solidaque structura una simul composita sunt quemadmodum a Sancto Thoma Aquinate, ut Praecessor Noster Leo XIII hisce verbis sculpsit potius quam dixit: « Rationem, ut par est, a fide apprime distinguens, utramque tamen amice consocians, utriusque tum iura conservavit, tum dignitati consuluit, ita quidem ut ratio ad humanum fastigium Thomae pennis evecta, iam fere nequeat sublimius assurgere, neque fides a ratione fere possit plura aut validiora adiumenta praestolari, quam quae iam est per Thomam consecuta ».[1]

In iis quae modo breviter attigimus, enumerentur, exempli causa, quae spectant ad naturam cognitionis nostrae; ad propriam veritatis rationem; ad principia metaphysica in veritate solidata eaque absoluta; ad Deum infinitum, personalem, Creatorem omnium rerum; ad hominis naturam, animi immortalitatem, personae congruentem dignitatem, officia, quae morum lex ei ex natura indita denuntiat et imperat.

His rebus haud dubio mentis retinendis assensu apponenda non sunt ea, quae, ad verum in natura « positivum » quod attinet, apud Sancti Thomae magnos commentatores et optimae notae discipulos adhuc in controversia sint. Neque de his loquamur, de quibus disputatur, an ad doctrinam Angelici Doctoris pertineant vel quomodo interpretanda

[1] **Enc. *AeternA Patris* Leonis XIII Acta, ed. Romana, I (1881) pag. 274.**

sint; itemque utpote caduca silentio premimus ea quae reapse consectaria sunt veterum hominum cognitionis et mancae et ieiunae de naturae rebus physicis, chymicis, biologicis vel alius generis.

Talem esse sensum illius legis, qua Codex iuris canonici[2] Sanctum Thomam ducem atque magistrum omnibus catholicis scholis praeficit, felicis recordationis Decessor Noster Pius XI hisce verbis asseruit: « Sanctum igitur unicuique eorum esto quod in Codice iuris canonici praecipitur ut " philosophiae rationalis ac theologiae studia et alumnorum in his disciplinis institutionem professores omnino pertractent ad Angelici Doctoris rationem, doctrinam et principia, eaque sancte teneant " ; atque ad hanc normam ita se omnes gerant, ut eum ipsi suum vere possint appellare magistrum. At ne quid eo amplius alii ab aliis exigant, quam quod ab omnibus exigit omnium magistra et mater Ecclesia : neque enim in iis rebus, de quibus in scholis catholicis inter melioris notae auctores in contrarias partes disputari solet, quisquam prohibendus est eam sequi sententiam quae sibi veri similior videatur ».[3]

Hac prorsus ratione insignes vestri auctores et magistri pulchro consociarunt foedere fidelitatem, quam Summo Doctori continenter servabant, cum magni aestimanda libertate, quae doctrinarum pervestigationi debetur, a Decessoribus Nostris, Leone scilicet XIII et iis qui in Petri Cathedra eum subsecuti sunt, semper in tuto collocata.

Unicuique igitur professorum integrum sit, intra assignatos limites, qui praetervehendi non sunt, alicui scholae adhaerere, quae in Ecclesia domicilii iure potita est, hac autem lege, ut veritates ab omnibus retinendas prorsus distinguat ab iis, quae lineamenta et elementa peculiaris sunt scholae, et in docendo haec discrimina notet, ut bene cordatura, decet magistrum.

Sed iam ad ceteras veniamus disciplinas, quae in Gregoriana studiorum Universitate docentur. Ab ea initium facimus, quae ibidem postremo tradi coepta est, ab Instituto nempe doctrinarum socialium, nuper Philosophicae Facultati aggregato. Probe nostis, dilecti filii, quale momentum studio socialis quaestionis eiusdemque rectae solutioni, si eam sperare licet, Ecclesia tribuat; adeo ut afiirmare non dubitaverimus, Apostolicam Sedem vix in ulla re tantas recens locasse curas quantas in huiusmodi quaestionibus enodandis. Quapropter paterno animo dilaudamus hoc Institutum eo consilio a vobis conditum, ut inibi sacerdotes sacrorumque alumni, etsi non ipsi unice, peculiari tamen modo, doctrinis socialibus instituantur. Revera huius Instituti studiorum ratione

[2] **Can., 1S66 § 2.**

[3] **Litterae Encyclicae** *Studiorum ducem,* **29 Sept. 1923 -** *A. A. S.* **XV, 1923, p. 324, 1.**

perspecta, facere non possumus quin ex animo gratulemur, meritaque honestemus laude sive animi alacritatem qua coepistis, sive doctrinae copiam, qua discipuli imbuuntur.

Hoc Institutum Ecclesiae de re sociali doctrinam tradendam suscepit, cuius quidem capita praecipua in Apostolicae Sedis documentis continentur, in Encyclicis Litteris nempe, in Allocutionibus et in Pontificiis Epistulis. Ad rem quod attinet, variae de re sociali scholae exortae sunt, quae pontificia documenta explanarunt, evolverunt atque in systemata redigerunt. Quod quidem iure meritoque factum esse arbitramur. At illud evitari nequibat, ut eaedem scholae in principiis applicandis atque in conclusionibus deducendis aliae aliter procederent, multumque haud raro inter se discreparent. Quapropter hac etiam in re id cavendum est, quod de catholicae fidei doctrina deque theologicis scholis supra monuimus, ne scilicet vera genuinaque Ecclesiae de re sociali doctrina cum variis ac propriis cuiusque scholae sententiis permisceatur; quae duo quidem semper inter se sunt apprime distinguenda.

Ad theologicorum vestrorum provinciam pertinent etiam Facultates Iuris Canonici, Historiae Ecclesiasticae atque Missionologiae.

Ut ad ea veniamus quae ius canonicum respectant, gratissima animum Nostrum subit eorum temporum memoria, cum sive qua sacrorum alumnus, sive a sacerdotio recentes in huiusmodi studia peculiari modo incubuimus, vel etiam cum asciti ad adiutricem praestandam operam Codici Iuris Canonici redigendo, plures annos in hoc ipso iure versati sumus. Hac autem oblata occasione, silentio praeterire nolumus praeclarissimum illum per tot annos vestrae studiorum Universitatis Professorem, itemque Societatis Iesu moderatorem supremum, Franciscum Xaverium Wernz, quocum tunc temporis saepe de rebus iuridicis collocuti sumus quique inter primarios suae aetatis disciplinae huiusmodi magistros excelsum tenuisse locum videtur. Diuturna igitur hac vitae experientia edocti, haec duo vobis commendanda censemus, quorum alterum ad rectam iuris canonici scientiam acquirendam, alterum vero ad sacerdotale obeundum ministerium spectant.

Quid vir iuris canonici addiscendi studiosus praestare debet, ut illud funditus pernoscat? Imprimis ipse iuris vigentis systema adeo teneat necesse est, ut universas normas perspicuas habeat, secundum earum sensum « positivum » et « speculativum ». Nequaquam enim recte vir Canonici Iuris peritus appellari potest, qui, etsi in canonum interpretatione sit versatus, non tamen iuris principia apprime noverit neque mutuas eorum rationes. Vestrae autem ducitur laudi quod huic rei efficiendae provehendaeque vim magnam tribuitis.

Quod similiter pro studio Theologiae moralis valere hic inserere iuvat. Theologia moralis, ut optime nostis, in Universitate vestra inde ab eius initiis peculiari modo excolebatur, duce Ioanne Cardinali de Lugo, Collegii Romani quondam magistro, qui doctrinam « speculativam » cum disciplinae « positivae » applicationibus mirabiliter coniunxit. Pergite igitur, ut egregie facitis, veritates morales divinas, naturales et « positivas », hominibus nostri temporis, qui non solum quoad mores in discrimine versantur, sed ipsa principia moralia in disceptationem vocant, adhibitis omnibus subsidiis, quae tum a disciplinis iuridicis, tum a recentioribus pervestigationibus suppeditantur, accurate, fideliter, ac rationibus usui accommodatis proponere et explanare.

Deinde qui iuris, canonici disciplinam apprehendere contendit, gradum ad iuris historiam faciat oportet, quae quidem ad res iuris mature aestimandas plurimum confert : adeo ut veterum sententiam circa eadem instituta iuridica exploratam habeat, iuris originem, progressionem nec non mutationes discat, atque exinde varia inter se iuris systemata comparare valeat. Denique studium theoreticum complendum manet per cognitionem usus et exercitii iuris, cui rei ((exercitationes » vestrae apte inservire possunt, eo vel magis quod heic in alma Urbe opportunitas datur — quae nusquam alibi in Ecclesia habetur — frequentandi « studia » quae apud Apostolicae Sedis Officia habentur.

In consideranda suorum munerum natura iuris canonici peritus hoc persuasum sibi habeat, quemadmodum omnia quae in Ecclesia sunt, ita ius canonicum quoque omnino in animorum curationem contendere, ut homines praesidio quoque nutuque legum veritatis et gratiae Christi sint compotes ac sancte, pie, fideliter vivant, crescant, moriantur. Sive cum is ecclesiasticas res administrat, sive cum iudicia exercet, sive cum sacrorum administros aut christifideles consilio iuvat, adsidue cogitet a se de animorum salute, quibus multum quidem utilitatis, sed etiam multum nocumenti afferre possit, rationem esse reddendam. Quam ob rem iuri tradendo schola, cum apostolatui exercendo debeat esse praevia, ad hunc fructuose obeundum alumnos, qui ibi sacrarum legum notitia imbuuntur, aequa diligentia et severitate praeparet summopere oportet.

Nobis vehementer placet in Athenaeo vestro historiae ecclesiasticae studium ad uberiora incrementa provectum esse, et propriam esse Facultatem constitutam, cui quidem ea accedunt, quae Missiologica Facultas facit ad sacrarum expeditionum res gestas pervestigandas, atque ad huiusmodi incepta per insignia opera ad ethnologiam, sinologiam et islamologiam pertinentia provehenda.

In Ecclesiae historia colenda hoc vobis unum ex praecipuis est certum

statimque propositum, ut huius disciplinae alumni criticae investigationis methodum sive ad eius praecepta, sive ad usum quod attinet ediscant. Neque mirum, immo laudabile est in id operam conferri, eo vel magis quod alienum praelucet exemplum. Quam appetenter, quam frugifere Instituta de rebus historicis colendis et studiosi viri, qui catholico non censentur nomine, praesertim postquam Vaticana secreta Tabularia patuerunt, repetendo diu recondita scripta documentaque, quae per longum praeteritarum aetatum decursum Ecclesiae labores et opera testantur, inde plurima cognitu utilia hauserunt, collegerunt, typis mandarunt !

Quanta fructuum ubertate etiam catholica Instituta et catholici homines, splendidis insistentes vestigiis tum Maurinorum benedictinorum doctorum, tum Bollandistarum, Societatis Iesu honoris et decoris, id genus investigationibus curas adhibuerunt!

Gratulamur igitur Nostrae Gregorianae studiorum Universitati, quod idem praeclarum terit iter et adhuc viginti per annos alumnos suos in huiusmodi ingenii industria, saepe eos ad Apostolicae Bibliothecae et Vaticani Tabularii pegmata mittens, exercet.

Eadem in re Nobis persuasum est vix esse aliud quod magis quam Ecclesiae historiae studium ecclesiastice sentiendi vim facultatemque alat, acuat, maturet, dummodo id teneatur, quod prorsus modus et prudentia exigunt : ne particulatim et plus aequo in hoc vel illo tantum eventu aut discrimine inspiciendo haereatur, sed singula referantur ad totum, negativa relata ad « positiva » ; ac magna et duratura ut magna perpetuaque habeantur, minora vero et transitura ut talia pari modo videantur. Idque imprimis menti praesens habeatur, quod ceteroquin a reverentia veritati debita omnino requiritur, Ecclesiam, quamvis in ea hominum menda deprehendantur, semper esse Ecclesiam Christi, eandemque veram et in servando ac tradendo sacro fidei deposito, veritatis scilicet et caelestis gratiae, falli nesciam sanctamque, ipsam denique esse « Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo ».[4] Cum Deus semper magnus et mirabilis est in operibus suis, tum maxime talis certo censendus est, ubi summa eius caritas fulget, ubi copiosa eius pro nobis redemptio perficitur, nempe in Catholica Ecclesia. Quam igitur viam ingressi estis, hac pergite, illam ingeminantes Pauli Apostoli vocem : « Deo gloria in Ecclesia, et in Christo Iesu ».[5]

Illis ex vobis, qui provectioris aetatis sunt, professores in memoriam libenter revocamus, qui, ut Ludovicus Billot — unum ex eis nominamus — qua animi praestantia et qua ingenii acie alumnos ad sacra stu-

[4] *Act.,* **20, 28.**

[5] ***Eph., 3,* 21.**

dia diligenda, et ad amplissimam sacerdotii dignitatem eiusque amorem incitabant. Tales alumnis magistros exoptamus ; eosque, qui in praesens apud vos exscolunt disciplinas, hisce verbis adhortamur :

Ex vestra studiorum Universitate, per saeculorum decursum, prodierunt agmina virorum, qui eius nomen insigniter honestarunt : prodierunt haud pauci, qui Sanctorum et Beatorum Caelitum serto decorati sunt, fortissimi Martyres, Antistites et sacerdotes, qui Evangelii praeconio, animorum curatione, scientia apprime sacra, iuvenum institutione, magisteriis, ecclesiastici iuris tutela, opere, sermone, calamo, actione vitae tum in terris ubi antiquitus catholica fides viget, tum in oris, quo recens invectum est Evangelium, enituerunt.

Ii omnes triplici exardescebant igne, qui ipsorum pectora invaserai : studio animorum salutis, studio disciplinarum colendarum et exantlandi laboris, ac denique impenso precandi ac sese abnegandi studio. Quia aetherio fiammati erant igne, ii se alacres et utiles praestiterunt. Nunc discendi studio vos anici oportet, lectissimi et dilectissimi Nobis iuvenes, ut, hac praevia nunc posita conditione, vobis suppetant Olim vires ad egregia pro Christo et Ecclesia patranda.

Hoc in amplissimo consessu summo sempiternoque Deo pio mentis absequio gratias persolvimus magnis pro incrementis, quibus Collegium Eomanum seu Gregorianam studiorum Universitatem quattuor per saecula provexit et auxit ; novum autem quod albescit saeculum caelesti eius Numini supplicibus cum votis dicamus, ut id Spiritus Sancti sui effusis muneribus repleat; moderatoribus, docentibus et discentibus universis perquam dilecti Nobis Athenaei necnon iis, qui prece et qualibet ope ei auxiliantur, omnia bona et salutaria ab Eo, qui unus est bonus et omnium auctor donorum, invocamus. Quod Deipara Virgo Maria, sapientiae sedes et pulchri mater amoris, cuius patrocinio et tutamini vos omnes credimus, materna praesenti deprecatione a Filio suo, Domino nostro Iesu Christo, imploret.

Testem denique benevolentiae Nostrae et supernae gratiae pignus, quae omnem exspectationem superet, vobis Apostolicam Benedictionem ex animo impertimus.

NUNTIUS

EPISCOPIS, SACERDOTIBUS, CUNCTISQUE PER ORBEM EVANGELII PRAECONIBUS ATQUE COOPERATORIBUS : OB DIEM PRO MISSIONIBUS DATUS. *

C'est d'un cœur paternel et « largement ouvert »[1] qu'à l'occasion de la Journée annuelle des Missions, Nous Nous adressons à vous, Vénérables Frères et chers fils, qui avez l'honneur d'être, sur tous les rivages du monde, les artisans infatigables des progrès de l'Evangile et parfois aussi, hélas, les témoins douloureux ou les glorieuses victimes des plus tragiques épreuves. Comment, à une heure si grave pour l'avenir de tant de Missions, Notre voix ne s'élèverait-elle pas pour vous porter, jusque dans les postes les plus reculés, un message de réconfort et d'espérance? Que chacun d'entre vous, en recevant Notre parole, sache la sollicitude affectueuse de Notre cœur de Père et de Pasteur; car, selon les paroles du Prophète : ((Comme le berger s'inquiète de son troupeau, quand il se trouve au milieu de ses brebis éparses, ainsi m'inquiéterai-je du mien)).[2]

Là même où les Missions connaissent depuis quelques années des progrès décisifs qui autorisent de légitimes espoirs pour l'avenir, les difficultés quotidiennes sont le pain de l'apôtre du Christ. Nous savons la générosité du sacrifice consenti, mais aussi les souffrances de l'isolement et les lassitudes au soir des rudes journées; Nous savons les joies du ministère sacerdotal ou du dévouement charitable, mais aussi les découragements qui guettent les meilleurs devant l'ampleur d'une tâche trop vaste; Nous savons les angoisses des pasteurs qui voient mûrir les moissons nouvelles et souffrent du manque d'ouvriers et de la pénurie des ressources. N'est-il pas vrai, au surplus, que des motifs d'inquiétude, nouveaux et graves, viennent, en de nombreuses contrées, assaillir les missionnaires conscients des périls qui, du dedans comme du dehors, menacent leurs jeunes chrétientés? Il n'est plus de territoires aujourd'hui qui soient à l'abri des propagandes, déguisées ou manifestes, du Communisme athée ; il n'est pas de peuples jeunes chez qui ne s'éveillent des aspirations nouvelles et des prétentions parfois impatientes, qui créent aux pasteurs responsables et soucieux du vrai bien de leurs peuples d'impérieux devoirs; il n'est plus

* **Die 18 Octobris mensis a. 1953.**

[1] ***II Cor.*, 6, 11.**

[2] ***Ez.*, 34, 12.**

de pays enfin qui échappent aux remous de la vie internationale et des rivalités économiques avec toutes leurs répercussions d'ordre culturel et social.

Dans Notre Encyclique « Evangelii Praecones », Nous avons précisé divers points qui appellent votre vigilance particulière et, en vertu de Notre charge pastorale, Nous vous avons donné les instructions opportunes. Nous les confions de nouveau à votre réflexion, et Nous tenons à les accompagner aujourd'hui, Vénérables Frères, de ce témoignage personnel de Notre sollicitude attentive, de Notre constante prière et de Notre affection : vos peines et vos préoccupations sont les Nôtres, comme aussi vos joies et vos espérances. Et, dans Notre pensée, Nous ne séparons pas des pasteurs, les membres de leur clergé, séculier et régulier, qui partagent avec eux labeurs et sacrifices, les séminaristes, espoirs des nouvelles chrétientés, les frères et les religieuses, qui se dépensent aux oeuvres d'évangélisation, d'enseignement ou de charité, les laïcs d'action catholique, appelés à l'honneur de collaborer à l'apostolat hiérarchique en une heure peut-être décisive pour l'avenir de leur pays, tous les fidèles et catéchumènes enfin, dont Nous souhaitons de voir le nombre s'accroître toujours davantage. N'est-ce pas là en effet, à l'exemple de l'Apôtre, « Notre souci quotidien, la sollicitude de toutes les églises! Qui est faible, que je ne sois faible? Qui vient à tomber, qu'un feu ne me dévore? ».[3]

Mais, de même qu'une mère se penche avec plus de tendresse vers ceux de ses enfants qui souffrent davantage, Nous Nous tournons avec une affection accrue vers les chères et glorieuses Missions d'Extrême Orient, qui offrent aujourd'hui au monde un héroïque spectacle de fidélité au Seigneur et à son Vicaire sur la terre.

Chers fils, voici que pour la cause de la foi, dont vous êtes les intrépides témoins, pour celle de l'espérance qui ne déçoit pas, et dont vous portiez la lumière aux multitudes « assises dans les ténèbres et l'ombre mortelle »,[4] pour celle enfin de la charité qui faisait de vous les messagers d'une paix fraternelle, vous êtes désormais, comme aux jours des pires persécutions, traités en ennemis du bien public, mis au ban de la société, livrés à la prison et à la mort. Et, ce qui est plus douloureux que la mort même pour vous tous, chers missionnaires en exil, vous êtes condamnés à abandonner dans la tourmente qui les ravage ces Missions lentement fondées, patiemment établies, fortement organisées, et vous assistez impuissants — loin de cette seconde patrie à qui vous avez

[3] *II Cor.*, *11*, 29.

[4] *Ps.*, 106, 10.

donné votre cœur — à la dispersion de vos ouailles, à l'écroulement de ce que vous aviez édifié au prix de tant de sacrifices.

Et cependant grâces soient rendues à Dieu, Père de toute miséricorde, qui a permis que, sous les coups de la persécution matérielle comme sous la pression des propagandes les plus insidieuses et perverses, le courage de la plupart des fidèles ne faiblît pas et que ne fléchît point non plus leur admirable résistance. Tout est déraciné dans vos champs de labeur, hormis la foi, l'espérance et l'amour. Et si la prédication et l'instauration du catholicisme sont compromis par la violence des adversaires, ceux-ci ne peuvent empêcher les vrais fidèles du Christ, ces pierres vivantes de l'édifice chrétien, de crier la vérité par le témoignage héroïque de leur fidélité : *Verbum Dei non est alligatum.* Non, « la parole de Dieu n'est pas enchaînée)).[5]

Cette dure épreuve de vos anciennes et glorieuses missions rappelle les contradictions que dut traverser l'Eglise primitive. Comme vos devanciers des premières générations chrétiennes, « vous avez soutenu de longs et douloureux combats. Tantôt donnés en spectacles sous les opprobres et les humiliations, tantôt prenant moralement part aux peines de ceux qui avaient à les subir, vous avez compati au sort des prisonniers, vous avez supporté avec joie la confiscation de vos biens, dans la certitude que vous possédiez de meilleures richesses, et qui ne périssent pas ».[6]

Nous avons sous les yeux et Nous gardons dans le livre d'or des fastes sacrés de l'Eglise les noms glorieux des communautés chrétiennes qui gémissent à présent sous les rafales de la tempête ; et, avec ces noms, la longue liste des victimes qui en ces dernières années payèrent de leurs biens, de leur liberté, de leur vie même, l'honneur de rendre à Jésus Christ, à la face du monde, le glorieux témoignage de leur foi et de leur constante adhésion à l'Eglise.

En évoquant ces longues souffrances des églises d'Extrême Orient, Notre pensée ne peut d'ailleurs pas ne pas se porter également, avec douleur mais aussi avec fierté et reconnaissance, vers ces Evêques, ces prêtres, ces religieux et ces fidèles de plusieurs pays d'Europe, terres d'antiques chrétientés, qu'un même déchaînement des forces du mal unit à vous dans la même épreuve, qu'une même fidélité vous associe dans la même confession de leur foi. De tous les points de l'univers, Nous parviennent à l'heure actuelle d'innombrables témoignages de l'émotion et de l'indignation du monde catholique à la suite des violences récemment exercées contre un nouveau membre du Sacré Collège, Notre très cher

[5] *II Tim.,* *2,* 9.
[6] *Hebr.,* 10, 32-34.

Fils le Cardinal Etienne Wyszynski, Archevêque de Gniezno et de Varsovie, Primat de Pologne; et Nous saisissons l'occasion qui s'offre à Nous pour lui redire Notre paternelle affection et pour élever Nous-même la plus douloureuse et la plus ferme protestation contre cette violation des droits sacrés de l'Eglise Catholique. Celle-ci, nul ne l'ignore, ne revendique hautement la liberté de sa divine mission que pour con courir plus efficacement au bien véritable des peuples en même temps qu'au salut de tous ses enfants.

Le témoignage de tant de valeureux serviteurs de l'Eglise a d'ailleurs une efficacité spirituelle qui autorise, au fort même de la lutte, les plus légitimes espérances. ((Courage, j'ai vaincu le monde! ».[7] Cette exhortation du Christ à la veille de sa Passion rédemptrice soutient depuis vingt siècles l'élan des messagers de la Vérité sur tous les continents. Elle vous rappelle, Vénérables Frères et chers fils, la valeur de vos propres souffrances pour la cause de l'Evangile, et le rôle privilégié qui vous échoit dans la grande entreprise de la propagation de la foi, dès que l'épreuve s'abat sur vous. Par la Passion, la foi s'est affermie dans le monde : c'est par elle encore que la lumière évangélique pénètre dans les âmes et dans les sociétés, c'est par elle que se gagnent les victoires définitives du Christ. Vous tous qui souffrez, vous êtes les premiers dépositaires de ces grandes espérances. Avec la grâce de Dieu, soyez dignes de l'attente de l'Eglise!

Sachez enfin que l'Eglise vous regarde avec émotion et reconnaissance. Plus que jamais, dans les conjonctures présentes « elle appelle tous ses fils, où qu'ils se trouvent, à aider selon leurs moyens les semeurs intrépides de l'Evangile par leurs offrandes, leurs prières et l'appui donné aux vocations missionnaires. Elle les presse maternellement de manifester des entrailles de miséricorde[8] et de partager le travail apostolique, sinon de fait du moins de cœur ».[9] Quand on considère en effet cette immense multitude encore privée de la vérité évangélique et que l'on mesure toute la gravité du danger où se trouvent tant d'hommes, comment n'être pas, comme Nous le sommes Nous-même, saisi d'une vive angoisse et poussé à promouvoir partout et de toutes ses forces les oeuvres de l'apostolat missionnaire.[10] Dieu veuille qu'une légion toujours plus nombreuse de jeunes gens et de jeunes filles

[7] **Io., 16, 33.**

[8] **Cfr. Col., 3, 12.**

[9] **Enc. «Evangelii Praecones».*4. .4. S. 43. pag. 527.**

[10] **Cfr. ibid.**

entendent F appel des missions ; Dieu veuille que les terres de chrétienté comprennent chaque jour davantage leur devoir d'aider par toutes les initiatives opportunes le labeur des Missionnaires : n'est-ce pas d'ailleurs pour vous le meilleur réconfort dans vos peines de sentir croître chez les fidèles du monde entier cette sainte émulation et cette magnifique solidarité pour le progrès de l'Eglise?

C'est dans cette confiance et avec ces sentiments de paternelle affection, que Nous implorons sur vous tous, Vénérables Frères et chers fils, la plus grande effusion de l'Esprit de force et de vérité, et que Nous vous envoyons le réconfort de la Bénédiction Apostolique.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(officium de indulgentiis)

DECRETUM

FAVORES SPIRITUALES CONCEDUNTUR OCCASIONE ANNI MARIANI

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XII, ad uberiores fructus spirituales ex Mariani Anni celebratione, per Litt. Enc. *Fulgens corona gloriae,* d. d. 8 Sept. a. 1953, indicti, assequendos, primo exeunte saeculo a definito Dogmate Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, in Audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 10 vertentis mensis data, sequentes dignatus est concedere favores spirituales, per integrum Marianum Annum valituros : I. Plenariam Indulgentiam ab omnibus christifidelibus toties lucrandam quoties ipsi, peccatorum venia obtenta et Eucharistica Mensa refecti, quodlibet templum in honorem Beatae Mariae Virginis extractum, vel sacellum, si de locis Missionum agatur, devote visitaverint et. ad Summi Pontificis mentem preces fuderint die, quo Marianus Annus initium capit itemque quo clauditur, nempe die octava mensis decembris anni 1953, et die octava eiusdem mensis anni 1954; pariterque in festis Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, Septem Dolorum et Assumptionis Beatae Mariae Virginis. II. Item christifideles, praefatis adimpletis conditionibus, Indulgentiam plenariam consequi valent singulis Anni Mariani sabbatis et quoties peregrinationem ad eadem templa turmatim instituerint. III. Iidem christifideles qui, uti supra dispositi, alicui sacrae functioni in honorem Beatae Mariae Virginis celebrandae devote interfuerint, Indulgentiam plenariam pariter lucrari possunt; si vero saltem corde contrito hoc egerint, Indulgentia decem annorum ipsis conceditur. IV. Singulis locorum Episcopis facultas facta est Papalem Benedictionem cum plenaria adnexa Indulgentia impertiendi diebus quibus idem Annus inchoatur ac clauditur

inter sacra solemnia pontificali ritu peracta. V. Omnia Altaria, Beatae Mariae Virgini dicata, erunt privilegiata in favorem animae alicuius christifidelis in Dei gratia vita functi, in cuius suffragium ibi Missa a quocumque Sacerdote celebrabitur. VI. Ubi vero peculiare Sanctuarium habetur, in quo Deipara Virgo Maria singularissima pietate colitur, et ad quod peregrinantium multitudines e dissitis etiam locis pie se conferre solent, in eo christifideles, praeter omnes recensitas gratias spirituales, lucrari possunt Indulgentiam plenariam non modo singulis sabbatis, sed etiam ceteris Anni Mariani diebus, dummodo rite confessi ac sacris Epulis refecti, Sanctuarium illud devote visitaverint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Paenitentiariae Apostolicae, die 11 mensis Novembris 1953.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior*

L. © S.

I. Rossi, *a Secretis*

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

ALBANEN. IN AMERICA

NULLITATIS MATRIMONII (SGAMBLORB -WERELEY)

Cum ignoretur locus commorationis actualis Dominae Marion Wereley, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis Sacrae Romanae Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 7 Ianuarii 1954, bora meridiana, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione.

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae dominae Marion Werele.v curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.*

Guillelmus Heard, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 3 Octobris 1953.

E. Fiore, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Marion Wereiey, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 7 Janvier 1954, à midi, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Marion "Wereley, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

il

MADISONIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (PANKHURST-CONRAD)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Eleonorae Luisae Conrad, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 8 Martii 1954, hora decima, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et diem disignandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Eleonorae Luisae Conrad curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.*

Guillelmus Doheny, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 27 Octobris 1953.

E. Fiore, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Eleonora Louise Conrad défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Concelleria) le 8 mars 1.954, à 10 heures pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fideles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Eleonora Louise Conrad, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la presente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, **20** ottobre **1953**, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Maestà HUSSEIN TALAI I, Re di Giordania.

Martedì, **20** ottobre **1953**, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il VISCONTE Dott. IOSEPH BERRYER, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Brasile, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Mercoledì, **21** ottobre **1953**, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. CHRISTIANO MONTEIRO MACHADO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Brasile, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Giovedì, **22** ottobre **1953**, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. IOSEPH SAOUDA, primo Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Libano, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERÌA dì stato

Con Biglietti della Segreteria di Stato in data 29 Ottobre 1953, la Santità di Nostro Signore Si è benignamente degnata di assegnare:

alPEminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Gaetano Cicognani le Sacre Congregazioni del Concilio, per la Disciplina dei Sacramenti, dei Riti e degli Affari Ecclesiastici Straordinari;

alPEminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Angelo Giuseppe Roncalli le Sacre Congregazioni per la Chiesa Orientale, de Propaganda Fide e dei Religiosi;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Pietro Ciriaci le Sacre Congregazioni Concistoriale, de Propaganda Fide, degli Affari Ecclesiastici Straordinari e dei Seminari e delle Università degli Studi;

alPEminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Beniamino de

Arriba y Castro le Sacre Congregazioni dei Religiosi, dei Riti e della Rev. Fabbrica di San Pietro ;

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Fernando Quiroga y Palacios le Sacre Congregazioni del Concilio, dei Riti e Ceremoniam.

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato in data 9 ottobre 1953, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare Sua Eccellenza Revma Monsig. Giuseppe Ferretto, *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del Santo Offizio.*

Parimente, con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio :

18	marzo	1953.	S. E. Revma Monsig. Hachens Giuseppe Gottardo, Vescovo di Hildesheim.
22	luglio	»	S. E. Revma Monsig. Zinato Carlo, Vescovo di Vicenza.
27	»	»	S. E. Revma Monsig. Mangino Bartolomeo, Vescovo di Caserta.
2	agosto	»	S. E. Revma Monsig. Faggiano Eugenio Raffaele, Vescovo di Cariati.
19	»	»	S. E. Revma Monsig. Pirastru Giovanni, Vescovo di Iglesias.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

29	aprile	1948.	Monsig. Hecker Ermanno, dell'arcidiocesi di Colonia.
23	marzo	1952.	Monsig. Boucher Alberto, della diocesi di Chartres.
18	ottobre	»	Monsig. Foulquier Pietro, della diocesi di Rodez.
20	gennaio	1953	Monsig. Mahieu Enrico, della dioecsi di Bruges.
13	febbraio		Monsig. Méricq Onorato, della diocesi di Tarbes e Lourdes.
18	marzo	»	Monsig. Burke Giovanni, dell'arcidiocesi di Delhi e Simia.
16	aprile	»	Monsig. O'Brien Riccardo, della diocesi di Buffalo.
11	maggio		Monsig. Lannon Giovanni Giuseppe, della diocesi di Corpus Christi.
»	»	»	Monsig. Mullen Clarenzio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Oberste Guglielmo A., della medesima diocesi.
9	settembre	»	Monsig. Petazzi Francesco, dell'arcidiocesi di Milano.
30	»	»	Monsig. Agostini Giuseppe, della diocesi di Treviso.
10	ottobre	»	Monsig. Bruggaier Lodovico, della diocesi di Eichstätt.
11	»	»	Monsig. Casey Giovanni, dell'arcidiocesi di Nuova York.
»	»	Ï>	Monsig. Maguire Giovanni, della medesima arcidiocesi.

11 ottobre 1953. Monsig. Shea Francesco S., della medesima arcidiocesi.
15 » » Monsig. Campbell Giovanni, dell'arcidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Czastka Teodoro, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Fasnacht Walter, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Kealy Geraldo, della medesima arcidiocesi.
)) » » Monsig. Kelly Riccardo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Maguire Roberto, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. McGuire Patrizio, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Mielcarek Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Parker Giorgio, della medesima arcidiocesi.

Prelati domestici di Sua Santità :

10 maggio 1949. Monsig. Blaine Ambrogio, della diocesi di Achonry.
25 ottobre 1950. Monsig. Arena Ignazio, dell'arcidiocesi di Palermo.
» » » Monsig. Napoli Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
15 marzo 1951. Monsig. Marino Francesco Paolo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Reverberi Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
2 agosto 1952. Monsig. Wenner Giuseppe, dell'arcidiocesi di Paderborna.
15 ottobre » Monsig. Schuemmer Giovanni Enrico, della diocesi di Aquisgrana.
» » » Monsig. Buchholz Pietro, dell'arcidiocesi di Colonia.
18 » » Monsig. Ferrieu Giuseppe, della diocesi di Rodez.
4 dicembre » Monsig. Fritscb Ermanno Enrico, dell'arcidiocesi di Colonia.
» » » Mnnsig. Oswald Giuseppe, della diocesi di Passavia.
14 » » Monsig. Fernandez Vincenzo, della diocesi di Kottar.
14 gennaio 1953. Monsig. Lieser Lodovico, dell'arcidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Teusch Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
20 » » Monsig. Quaegebeur Adolfo, della diocesi di Bruges.
» » » Monsig. Kraus Giovanni, della diocesi di Magonza.
7 aprile » Monsig. Büchner Francesco Saverio, della diocesi di Eichstaett.
» » » Monsig. Lechner Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Sperber Giovanni Battista, della medesima diocesi.
10 » » Monsig. Bernard Daniele, della diocesi di Lafayette.
» » » Monsig. Beruhe Gustavo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bodin Giorgio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. De Blanc Irving, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Hamel Enrico, della medesima diocesi.
11 » » Monsig. Gehlen Andrea, dell'arcidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Gielen Carlo, della medesima arcidiocesi.

17	aprile	1953.	Monsig. Lang Alberto, della diocesi di Ratisbona. .
21	»	»	Monsig. Dunne Kevin Antonio, della diocesi di Corpus Christi.
»		Ï>	Monsig. Miller Edoardo, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Palmer Aroldo, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Schmitt Alberto, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Gosselin Giuseppe, della diocesi di Salt Lake City.
»		/>	Monsig. Vaughan Guglielmo, della medesima diocesi.
23		a	Monsig. Miller Leone F., della diocesi di Toledo ri America.
		»	Monsig. Magyary Giulio, dell'arcidiocesi di Strigonia.
30		»	Monsig. Baumjohann Gerardo, dell'arcidiocesi di Paderborna.
26	giugno	»	Monsig. Ubaldi Giovanni, dell'arcidiocesi di Urbino.
28	luglio	»	Monsig. Braulio de J. Fernandes Edmondo M., dell'arcidiocesi di Goa e Damào.
»	»	»	Monsig. das Chagas Fernandes Antonio Valentino, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Riberio de Sant'Ana Aitino, della medesima arcidiocesi.
29		»	Monsig. Losavio Saverio, della diocesi di Conversano.
31	»	»	Monsig. Massimi Giuseppe, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
7	agosto		Monsig. Vannini Francesco, dell'arcidiocesi di Ancona,
»	»		Monsig. Galassini Antonio, della diocesi di Faenza.
12			Monsig. Cafarelli Sipontino, dell'arcidiocesi di Manfredonia.
»			Monsig. Ruggieri Luigi, della diocesi di Vieste.
13	»		Monsig. Maiellaro Giovanni, della diocesi di Monopoli.
»			Monsig. Olivieri Antonio, della medesima diocesi.
27	»		Monsig. Stepanian Stefano, del patriarcato di Cilicia degli Armeni.
28	»	»	Monsig. Cavallaro Amedeo, della diocesi di Diano-Teggiano.
2	settembre	»	Monsig. Drius Francesco, della diocesi di Trieste.
		»	Monsig. Labor Marcello, della medesima diocesi.
7	»	»	Monsig. Marinelli Emireno, della dioecsi suburbicaria di Albano.
26		»	Monsig. Kearns Bernardo, dell'arcidiocesi di Detroit.
		s>	Monsig. Matyn Alberto, della medesima arcidiocesi.
»		»	Monsig. Ryan Giovanni, della medesima arcidiocesi.
»		»	Monsig. Lehane Tommaso, della diocesi di San Diego.
»		»	Monsig. Purcell Giovanni, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Stack Kenneth, della medesima diocesi.

»	»	»	Monsig. Thompson Matteo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. van Veggel Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Byrne Leone Cristoforo, dell'arcidiocesi di San Luigi.
»	»	»	Monsig. Dieckmann Francesco E., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Drumm Guglielmo Martino, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Ebner Marco, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Faris Charle ville B., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Johnston Giacomo, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Mullally Guglielmo F., della medesima arcidiocesi.
			Monsig. O'Toole Edoardo L., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Sprenke Federico, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Stitz Enrico E., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Stumpf Luigi, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Sullivan Lloyd Antonio, della medesima arcidiocesi.

NECROLOGIO

12	agosto	1953.	Monsig. Focaccia Pietro Ermenegildo, Vescovo di Yütze.
28	»	»	Monsig. Jantzen Francesco Saverio, Arcivescovo tit. di Fasi.
29	»	»	Monsig. Haas Francesco, Vescovo di Grand Rapids.
30	»	»	Monsig. Castellani Giovanni M. Emilio, Arcivescovo tit. di Perge, Nunzio Apostolico.
31	»	»	Monsig. Batiot Giovanni, Vescovo tit. di Attalea di Pamfìlia, Vicario Apostolico di Majunga.
18	settembre	»	Monsig. Langlois Ubaldo, Vescovo tit. di Bisinio, Vicario Apostolico di Grouard.
19	»	»	Monsig. Debernardi Giuseppe, Vescovo di Pistoia e Prato.
2	ottobre	»	Monsig. Ugliengo Umberto, Vescovo di Susa.
10	»	»	Monsig. Vicentini Roberto, Patriarca di Antiochia dei Latini.
13	»	»	Monsig. Bertoglio Bernardo, Vescovo di Bobbio.
»	»	»	Monsig. Vismara Dionigi, Vescovo tit. di Timbriade.
5	novembre	»	Monsig. Guynot de Boismenu Alano, Arcivescovo tit. di Claudiopoli di Onoriade.

An. et vol. XXXXT 30 Novembris 1953 (Ser. II, r. XX) - N. IS

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PIT PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE AFRICA ORIENTALI BRITANNICA

IN KENIA, UGANDA, TANGANICA REGIONIBUS CATHOLICORUM ORDO EPISCOPORUM CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quemadmodum ad Nos, Dei numine et voluntate ad supremi Pontificatus fastigium elatos, redeunt omnium christianarum nationum luctus et dolores, cum in Ecclesiae sanctae navem illidunt procellarum impetus et maris commotio, ita ad Nos redeunt gaudia, cum fides catholica, quae est pupula oculorum Nostrorum, libero gressu fines profert novisque filiis ditatur non secus ac primo vere solent arbores viridi fronde laetari. Quod felici nuntio evenire novimus in Africa Orientali Britannica, ubi, etsi non multa praeterlapsa sunt decennia ex quo christiani nominis praecones eo pervenerunt et regionem errore involutam evangelica veritate conspargere coeperunt, tamen multa messis Ecclesiae parta est. Quae cum ita sint, hoc praesertim persuasum habentes ibi catholicam fidem posse aptius foveri latiusque dilatari ubi ordo Episcoporum constituatur, de sententia venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titulo Apameni in Bithynia, atque in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolici Delegati; de consilio venerabilium Fratrum No*

strorum S. E. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositorum ; eorum consensum supplentes qui aliquid iuris hoc in negotio sese habere arbitrentur ; re denique in animo diu revoluta ac proinde certa scientia eorum quae sumus acturi, de suprema et apostolica potestate ea quae sequuntur statuimus.

Omnes Apostolicos Vicariatus, quos Africa Orientalis Britannica complectitur, ad dioecesium dignitatem evehimus; atque eandem regionem quae Keniae, Ugandae, Tanganicae oris efformatur, in quattuor ecclesiasticas Provincias dividimus. Quarum prima erit Provincia ecclesiastica Ugandae quae constabit territorio metropolitanae archidioecesis Rubagensis, ac dioecesibus Masakensi, Kampalensi, Tororensi, Guluensi et Mbararensi e Vicariatu Apostolico orta qui de Ruwenzori appellabatur. Altera ecclesiastica Provincia Keniae appellabitur atque territoriis quae sequuntur constituetur : metropolitana archidioecesi Nairobensi, e Vicariatu Apostolico Zanzibariensi orta, ac suffraganeis dioecesibus JSTyerensi et Kisumensi. Tertiam Provinciam, quae Tanganicae orientalis nomen habebit, earum Ecclesiarum territoria constituent quibus sunt indita nomina : Daressalamensis, quae erit metropolitana archidioecesis, Iringaensis, de Moshi, quae ad hoc temporis a iugo Kilima-Njaro cognominabatur, Morogorensis, e Vicariatu Apostolico Bagamoyensi orta, Dodomensis et Mbuluensis. Ultimae denique Provinciae, quae est Tanganicae occidentalis, metropolitana praeerit archidioecesis Taborensis, cui suffraganeae erunt dioeceses : Bukobaensis, Rutaboensis, orta e Vicariatu Apostolico de Kagera Inferiore, de Mwanza, Maaswensis, Kigomensis, Karemensis et Mbeyaensis.

Decernimus praeterea ut sive abbatiae nullius dioecesis de Peramiho et de Ndanda, sive praefecturae apostolicae de Mem, de Tanga et de Musoma ad gradum dioecesium nondum evectae, quam metropolitanam Sedem habeant suo territorio propinquiorem, eam episcopalium conventuum, quos vocant, causa adeant. Volumus praeterea ut omnes dioeceses quas commemoravimus, sint residentiales ; atque iis sint suffraganeae et subiectae, quas in sua cuiusque provincia ecclesiastica metropolitanas constituimus. Cunctae autem Sedes, sive metropolitanae sive suffraganeae, Sacrae Congregationi Fidei Propagandae iurisdictione contineri iubemus et decernimus. Qui metropolitanis Ecclesiis praeerunt Bubagensi, Nairobensi, Daressalamensi, Taborensi, iis omnibus • iuribus, privilegiis, honoribus frui poterunt quibus ceteri eiusdem gradus et dignitatis Praesules : ut est crucem ante se ferre, intra fines suae provinciae, et pallio uti, postquam tamen fuerit expostulatum

in publico Consistorio et impetratum, iuxta liturgicas leges; tenebuntur autem iisdem officiis et obligationibus quibus Metropolitae omnes iure adstringuntur. Metropolitanae vero Sedes iisdem ornabuntur iuribus aut onerabuntur obligationibus, quae ceterarum Ecclesiarum eiusdem dignitatis sunt propria. Item dioeceses earumque Praesules iisdem fruentur privilegiis et obstringentur oneribus, quae reliquis dioecesibus reliquisque Praesulibus competunt. Sive Archiepiscoporum sive Episcoporum sedes ac domicilium in iis suae cuiusque Ecclesiae urbibus collocabuntur, quae sunt in regione principes e quibusve nomen archidioeceses vel dioeceses inveniunt. Cathedram vero statuent Antistites in eo urbium templo quod sive amplitudine sive maiestate dignius existimantur. Iubemus insuper ut in unaquaque dioecesi, ut est in iure, Collegium Canonicorum condatur. Quod si alicubi statim fieri nequeat, indulgemus ut Consultores dioecesani interea eligantur, quorum opera iuventur Episcopi. Qui, ut patet, erecto Canonicorum Collegio, a suo munere cessabunt. Educendis autem atque instituendis pueris, quos Pater caelestis ad sacerdotii honorem vocaverit, seminarium saltem elementarium in qualibet dioecesi erigatur, iuxta eas normas quae tum Codice Iuris Canonici continentur, tum a Sacra Congregatione Fidei Propagandae editae fuerint. Quae res si ad effectum adduci non poterit, qua tamen meliore potest ratione huiusmodi adolescentium institutioni consulatur. Mensae episcopales, quas vocant, iis bonis, si quae sint, constituentur quae unicuique Vicariatui Apostolico, ante dioecesium erectionem, accedebant; vel etiam iis pecuniis quas solet Sacra Congregatio Fidei Propagandae mittere ; vel denique iis sive bonis sive pecuniis, quae a fidelibus christianis suppeditabuntur. Quod ad electionem Vicarii Capitularis vel Administratoris Apostolici sede vacante, vel ad clericorum et populi iura et onera, in his omnibus religiose serventur quae iure praecipiuntur. Iubemus autem ut quibus religiosis Sodalitatibus curae fuerint Vicariatus Apostolici qui harum Litterarum vi in dioeceses redacti sunt, eorum laboribus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, concredantur. Spes enim certa Nobis est nihil eos, qui sunt hucusque de Ecclesiae sanctae bono quam qui optime meriti, esse praetermissuros quod ad utilitatem sui cuiusque gregis conferat.

Volentes autem nunc earum archidioecesi o m et dioecesium, quas Nostris hisce Litteris constituimus, regimini consulere, eadem summa et apostolica potestate, quam a divino Redemptore in universum christianum populum accepimus, deque eorum venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, quos supra memoravimus, consilio simulque de

venerabilis Fratris Davidis Mathew, Apostolici in Africa Orientali et Occidentali Britannica Delegati, sententia decernimus et statuimus ut qui iisdem archidiocesibus vel dioecesibus praesunt, ii residentialium Episcoporum honore augeantur et afficiantur. Qua de re eos, a prioribus Ecclesiarum vinculis quibus detinebantur solutos, ad Sedes quarum nomina hic subiciuntur, tranferimus, scilicet : Venerabilem Fratrem Iosephum Cabana, Societatis Missionum ad Afros Sodalem, ab Ecclesia titulo Sufetulensi ad archiepiscopalem Sedem Bubagensem. Venerabilem Fratrem Franciscum Xaverium Lacoursière, e Societate Missionum ad Afros, ab Ecclesia titulo Vulturiensi ad Sedem episcopalem Mbararensem. Venerabilem Fratrem Iosephum Kiwanuka, e Missionum Societate ad Afros, ab Ecclesia titulo Thibicensi ad episcopalem Sedem Masakensem. Venerabilem Fratrem Vincentium Billington, e Societate de Mill-Hill, ad Ecclesia titulo Avissensi ad episcopalem Sedem Kampalensem. Venerabilem Fratrem Ioannem Greif, Sodalem Societatis S. Ioseph de Mill-Hill, ab Ecclesia titulo Belabitenensi ad episcopalem Sedem Tororensem. Venerabilem Fratrem Ioannem Baptistam Cesana ab Ecclesia titulo Cerbalitana ad Sedem episcopalem Guluensem. Venerabilem Fratrem Ioannem Baptistam McCarthy ab Ecclesia titulo Cercinitana ad archiepiscopalem Sedem Nairobensem. Venerabilem Fratrem Carolum Cavallera, ex Instituto Missionum a Consolata, ab Ecclesia titulo Sufetana ad Sedem episcopalem Nyerensem. Venerabilem Fratrem Federicum Hall, e Societate S. Ioseph de Mill-Mill, ab Ecclesia titulo Albensi maritima ad Ecclesiam episcopalem de Kisumu. Venerabilem Fratrem Edgarum Aristidem Maranta, Sodalem Ordinis Fratrum Minorum Ca pulatorum, ab Ecclesia titulo Vindenensi ad Sedem archiepiscopalem Daressalamensem. Venerabilem Fratrem Attilium Beltramino, Instituti Missionum a Consolata Sodalem, ab Ecclesia titulo Tuburnicensi ad episcopalem Sedem Iringensem. Venerabilem Fratrem Iosephum Byrne, e Congregatione a Spiritu Sancto, ab Ecclesia titulo Vasadensi ad episcopalem Sedem de Moshi. Venerabilem Fratrem Gerardum Hilhorst, Congregationis a Spiritu Sancto Sodalem, ab Ecclesia titulo Metellopolitana ad episcopalem Sedem Morogorensem. Venerabilem Fratrem Antonium Pesce, e Congregatione Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C, ab Ecclesia titulo Caesariensi in Bithynia, ad episcopalem Sedem Dodomensem. Venerabilem Fratrem Patritium Winters, Societatis ab Apostolatu catholico Sodalem, ab Ecclesia titulo Burcensi ad episcopalem Sedem Mbuluensem. Venerabilem Fratrem Cornelium Bronsweld, e Societate Missionum ad Afros, ab Ecclesia titulo Caralliensi ad ar-

chiepiscopaíem Sedem Taborensem. Venerabilem Fratrem Alfredum Lanetot, Sodalem Societatis Missionum ad Afros, ab Ecclesia titulo Avensensi ad episcopalem Sedem Bukobensem. Venerabilem Fratrem Laureanum Rugambwa ab Ecclesia titulo Febianensi ad episcopateni Sedem Rutaboensem. Venerabilem Fratrem Iosephum Blomjous, e Societate Missionum ad Afros, ab Ecclesia titulo Bubastitana ad Sedem episcopalem de Mwanza. Venerabilem Fratrem ioannem van Sambeek ab Ecclesia titulo Gergitana ad episcopalem Sedem Kigomensem. Venerabilem Fratrem Iacobum Siedle, Sodalem Societatis Missionum ad Afros, ab Ecclesia titulo Adraensi ad episcopalem Sedem Karemensem. Venerabilem Fratrem Antonium van Oorschoot, e Societate Missionum ad Afros, ab Ecclesia titulo Oenensi ad episcopalem Sedem Mbeyaensem.

Harum Ecclesiarum Praesules ipsarum regimen et administrationem sive religiosarum rerum sive temporalium bonorum habebunt. Placet insuper sive Archiepiscopos sive Episcopos, antequam in suarum dioecesium canonicam possessionem veniant, coram quolibet catholico Praesule, sincerae fidei caritatisque vinculo cum Petri Sede coniuncto, iusiurandum fidelitatis erga Romanum Pontificem dare, iuxta statutas formulas, quarum exempla his Litteris adiciuntur. Haec vero sigillo impresso et subscripto nomine ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum transmittenda curabunt. Ab iteranda tamen fidei professione de Nostra apostolica potestate libera m ns. Haec omnia, quae praesentes Litterae continent, exsequenda curabit venerabilis Frater David Mathew in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolicus Delegatus, idemque Archiepiscopus titulo Apamenus, in Bithynia ; cui ergo conficiendae rei potestates tribuimus. Quas, si id visum fuerit, poterit etiam cuilibet viro subdelegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Volumus autem ut qui negotium perfecerit documenta quoque actae rei exaranda curet, quorum fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam pri mum transmittat.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi volumus. Nemini

propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat : quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum siquis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas qui summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo quinto mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

f& EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

loco @ Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXVII, n. 6.

II

S. MARIAE MONTIS OLI VETI MAIORIS

IN ABBATIALI TEMPLO S. MARIAE MONTIS OLIVETI MAIORIS CANONICORUM COLLEGIUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nullus hominum ignorat saepe in Sacris Litteris eos laude praedicari qui, gloriae Summi Dei solliciti, eius quoque templi splendorem augendum curarunt. Quod prae oculis habentes, qui universae Ecclesiae regendae munus accepimus, nihil earum rerum omittimus quae aeterno Dei Numini decori cedere videantur quibusque cultus nitor et caeremoïuarum promoveatur. Quae cum ita sint, preces Nobis exhibitas a dilecto Filio Romualdo Maria Zilianti, Ordinis S. Benedicti Montis Oliveti su-

premo Moderatore eodemque Abbatiae « nullius dioecesis » eiusdem nominis Abbate, admittendas censemus qui, cum fuisset Abbatia S. Mariae Montis Olive ti Maioris trium curiarum accessione maiore firmitate donata, expostulavit ab hac Apostolica Sede ut in abbatiali templo ad iuris normam Canonicorum Collegium conderetur. Quam ob causam ea probantes quae Sacra Congregatio Consistorialibus Negotiis expediendis praeposita decrevit esse facienda; eorumque consensum supplentes qui ius aliquod in his rebus habere arbitrentur; postquam id quod sumus acturi attento animo consideravimus, de Nostra summa et apostolica potestate, quae sequuntur statuimus. In abbatiali templo S. Mariae Montis Olive ti Maioris Canonicorum Collegium erigimus et constituimus, una tantum Dignitate ornatum, Primicerio scilicet, octoque Canonicis constans : quorum alter erit theologi munere insignitus, alter vero Poenitentiarii. His praeterea duo beneficiarii, qui vocantur, aggregabuntur. Beneficiorum omnium assignatio sive Dignitatis, sive Canonicorum, sive Beneficiariorum, fiet ad normam iuris communis et legum Ordinis S. Benedicti Montis Oliveti. Quod autem ad beneficia, ea bonis Abbatiae S. Mariae Montis Oliveti Maioris rusticis constituentur. Iubemus insuper leges Collegii quam primum fieri; cetera omnia, quae Canonicos respiciant, iure communi regi atque condendis ab eis constitutionibus. Quae his Litteris praecipimus dilectus Filius Romualdus Maria Ziiianti, quem supra memoravimus, exsequenda curabit : cui propterea omnes potestates agendae rei libenti animo, tribuimus cuilibet viro subdelegandas, si opus fuerit, dummodo ecclesiastica dignitate praedito. Habebit autem idem dilectus Filius onus peractae rei documenta exarandi eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendi. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum erit atque inane. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri, qui ecclesiasticam dignitatem fuerit adeptus, simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta siquis in universum

vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subitarum iis iure statutas qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
f& EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

Fr. ADEODATÜS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi
Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXVI, n. 51.

III

THARENSIS
(UBONENSIS-UDONTHANENSIS)

EX VICARIATU APOSTOLICO THARENSI QUAEDAM TERRITORIA SEPARANTUR, EX QUIBUS NOVUS VICARIATUS APOSTOLICUS NOVAQUE APOSTOLICA PRAEFECTURA ERIGUNTUR, QUIBUS SUNT NOMINA INDITA « UBONENSIS)) ET ((UDONTHANENSIS ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nos, quibus ad fastigium Pontificalis muneris evectis cuncta christianorum familia contigit Dei voluntate gubernanda, tunc praecipue singulare gaudii ac laetitiae argumentum sumimus, cum nempe novimus Ecclesiam sanctam fidei soliditate firmari, et Divini Redemptoris assectas editis virtutibus ac studio adipiscendae sanctitatis florescere. Quod unum prae oculis animoque habentes, nihil facere moramur, quod spem afferat posse alicubi rei christianae faciem in melius immutari. Cum igitur videatur catholico nomini proferendo aptius provideri si, diviso territorio Vicariatus Apostolici Tharensis, in Thailandia, novae circum-

scriptiones ecclesiasticae, quae dicuntur, constituantur, Nos de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositorum, de sententia venerabilis Fratris Ioannist)ooley, Archiepiscopi titulo Macrensis in Rhodope eiusdemque in Indosina Apostolici Delegati; eorum consensum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris se arbitrentur habere; post rem attentissimo animo consideratam, de Nostra summa et apostolica potestate, haec quae sequuntur decernimus. Ab Apostolico Vicariatu Tharensi duas partes distrahimus : quarum primam, quae civiles districtus Mahasarakham, Roiet, Sisaket, ITbon, Xaiyaphum, Buriram, Khorat, Surin complectitur, in novum Vicariatum Apostolicum redigimus *Uoonensem* appellandum, ac Sodalibus Societatis Parisiensis sacris Expeditionibus ad exteras gentes promovendis concredimus, qui ad hunc diem Vicaria tum Tharensem rexerunt. Alteram vero partem quam civiles districtus Loi, Nongkhai, Khonken, Udon terminant, per has Litteras Apostolicam Praefecturam constituere decernimus, eamque Congregationis a SS. Redemptore Sodalibus administrandam tradimus. Apostolicus igitur Vicariatus Tharensis, territoriis quae numeravimus imminutus civilesque tantum districtus : Kalasin, Nakhon-Phanom et Sakon-Nakhon comprehendens, clero saeculari curae erit, qui ut est divinae gloriae augendam cupidus, nulli labori nullique operae parcet uti christianae lumen veritatis quam latissime potest diffundatur. Sive novus Vicariatus Apostolicus, sive Praefectura, sive eorum Praesules pro tempore ob suam dignitatem iis omnibus privilegiis, iuribus, oneribus, obligationibus fruentur ac tenebuntur quibus solent ceteri Vicariatus, Praefecturae, Praesules eiusdem gradus per terrarum orbem. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis praescripta contraria officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis quavis auctoritate praeditus, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi volumus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis vel locis sive impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se

poenas esse subiturum iis iure statutas qui summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
ÉB EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXVI, n. 61.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BASILICAE MINORIS HONORIBUS PRIVILEGIISQUE DECORATUR ECCLESIA PAROECIALIS DEO IN HONOREM B. MARIAE VIRGINIS DICATA ET IN LOCO ((ARCACHON.,)) ARCHIDIOECESIS BURDIGALENSIS POSITA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat in Gallia, intra Burdigalensis archidioecesis fines, urbs quaedam non ita frequens, vulgato nomine « Arcachon » appellata, quae per unius circiter saeculi decursum adeo in crevit, ut, e « solitudine » prope mare Cantabricum in « vicum » conversa fuerit et « civitas » mox evadat. Praeterquam loci naturae caelique salubritati nec non hominum industriae, peculiari sane Dei ac Virginis Mariae benevolentiae civile hoc incrementum tribuendum esse videtur. Etenim, sicuti Nobis relatum est, religiosus quidam sodalis ex Ordine Sancti Francisci Asisinatis, Thomas Illyricus, parvum ex alabastro confectum Signum, Beatae Mariae Virginis cum Puero Iesu effigiem praeferens, decimo sexto vixdum ineunte saeculo, invenisse traditur, in cuius honorem parvam Sacram Aedem ex ligno exstruxit. Quae postea, decursu temporis, lapidibus denuo aedifieata et dilatata, in maio-

re Templo, pluries ampliato et, anno **MDCCCLIV**, paroeciali titulo aucto, inclusa est. Cum Deiparae ab « Arcachon » Effigies, per Litteras Apostolicas sub anulo Piscatoris Pii PP. IX, fel. rec, Decessoris Nostri, anno **MDCCCLXX** datas, aurea corona esset redimita, Ecclesia, quae Lauretanae Sacrae Domui, inde ab anno **MDCCCLIV**, fuerat consociata, solum tamen anno **MCMXXXIV** consecrata fuit. Illuc innumeri conveniunt, peregrinantium more, fideles ac praesertim finitimi nautae, qui, die festo Mariae ab Angelo salutatae et mense Augusto, sollemnem pompam in mari ducentes, Mariale Simulacrum pia cum animorum alacritate quotannis ferunt. Tam flagrans est civium religio, ut, novissimo saeviente atrocissimo bello, ipsi magnum se oblaturos Virgini Mariae per viginti annos cereum voverint. Quae cum ita sint, Venerabilis Frater Paulus Maria A. Richaud, Archiepiscopus Burdigalensis, nomine quoque Cleri populique, enixe a Nobis flagitavit ut Ecclesiae paroeciali Nostrae Dominae de « Arcachon » dicatae dignitatem Basilicae Minoris benigne tribuere dignaremur. Nos autem, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, ad augendam erga Deiparam Virginem pietatem, huiusmodi vota excipienda perlibenter censuimus. Quapropter, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam paroecialem, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis dicatam et in loco « Arcachon » archidioeceseos Burdigalensis positam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris,* cum omnibus iuribus et privilegiis rite competentibus, augere et honestare statuimus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Martii, anno **MCMLIII**, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

BEATA MARIA V., A ((CHÈVREMONT)) VULGO NUNCUPATA, OMNIUM EX LEODIENSI REGIONE CORPORA LUDI CAUSA EXERCITANTIUM, QUOS « SPORTIFS WALLONS)) DICUNT, PATRONA CAELESTIS ELIGITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Christianam vitam similem ducens certaminis ludicri, ait Sanctus Paulus afflatu divino tactus recti bonique praeceptor : « Nescitis quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem eurrunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis >> (I Cor., IX, 24). Quas quidem lusorias corporis exercitationes hisce temporibus maxime invaluisse neminem fugit. Meminerint igitur, qui huiuscemodi concertant agone, in palaestra quoque virtutum sibi procedendum esse in solem et pulverem atque supernum appetendum praemium animi continentia ac bene factorum laude. Quod ut expeditius âssequerentur, socii Leodiensis sodalitatis corporibus exercitandis Beatam Mariam Virginem, a « Chèvremont » vulgo appellatam, cuius Aedem, piae peregrinationis causa, quotannis mense Maio solent adire, Caelestem sibi Patronam statuerunt adoptare. Hoc autem recte fecerunt, cum Alma Deipara, submisse invocata, mortalibus, in hoc saeculo luctantibus, praesens adsit facilioremque victoriam paret. Preces igitur ad Nos delatae sunt ut in Dei Genetricis, nomine illo insignis, praecipuam tutelam, conimitteremus sodales, corpora ludiere exercitantes, ex regione Leodiensi. Quas postulationes, Venerabilis Fratris Ferdinandi Cento, Archiepiscopi titulo Seleuciensis pierii, Nostrique in Belgica Nuntii Apostolici, et Venerabilis Fratris Ludovici Iosephi Kerkhofs, Leodiensis Episcopi, commendatione suffultas, benigne statuimus audire. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Mariam Virginem a « Chèvremont » vulgo nuncupatam, omnium ex Leodiensi regione corpora ludi causa exercitantium, quos « Sportifs Wallons » dicunt, praecipuam apud Deum Caelestem *Patronam* eligimus et renuntiamus, cunctis adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus coetuum Patronis rite competant. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant, seu spectare

poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Martii, anno MCMLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

T

AD BXCMUM T. D. CAROLUM CHIARLO, ARCHIEPISCOPUM TIT. AMIDENUM, NUNTIUM APOSTOLICUM IN BRASILIA, QUINQUE AB INITO EPISCOPATU LUSTRA ET DECEM A SUSCEPTO SACERDOTIO CELEBRANTEM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem. — Laeto admodum comperimus animo, te Octobri mense proximo quinque ab inito episcopatu lustra et decem a suscepto sacerdotio, favente Dei gratia, fauste iucundeque esse celebraturum. Utriusque enimvero sacri eventus commemoratio commodam exhibet opportunitatem tibi publice significandi existimationem ac benevolentiam, quibus te semper prosecuti sumus. Postquam profecto, sacerdotio initiatus, officia tibi in flore aetatis conlata ad animarum bonum actuose obieras, Apostolicae huic Sedi adsiduam sollertemque operam navasti. Primo equidem Pontificiis Legationibus Limanae et Varsaviensi studium consiliumque contulisti ; deinde vero archiepiscopali auctus dignitate, in Bolivia, in Media America, inque Brasilia Apostolici Nuntii munus gessisti, dum per aliquot annos Nobismet Ipsis in aedibus Vaticanis curam industriamque tuam impendisti. Qua autem prudentia et sagacitate in expediendis Ecclesiae negotiis praeditus sis, qua veneratione populi tecum caritate coniuncti te prosequantur, concordia ipsa testantur studia, quibus nunc sacrorum Antistites fidelesque Brasiliani ad sacerdotii atque episcopatus tui laudes celebran-

das fervide apparantur. Sollemnia igitur proxima Nostris votis omnibusque adaugere exoptantes, tibi, Venerabilis Frater, gratulanti animo omnia fausta, prospera a Deo adprecamur. Quo interea duplicis eventus celebratio maiorem fructuum copiam christiano populo afferre queat, tibi ultro libenterque damus potestatem, ut statuta die, sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Denique in caelestium donorum auspicium, inque peculiaris Nostrae caritatis testimonium, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, cunctisque Brasiliae Praesulibus, sacris administris et fidelibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Septembris, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. IACOBUM ALOISIUM TIT. SANCTI HIERONYMI ILLYRICORUM S. R. E. PREB. CARDINALEM COPELLO, ARCHIEPISCOPUM BONAËRENSEM, QUEM LEGATUM DELIGIT AD PRAESIDENDUM CONCILIO PLENARIO EX ARGENTINAE EPISCOPATU.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Perii benter nuntium accepimus, universae Argentinae episcopatum decrevisse, ut, vertente proximo Novembri mense, Concilium Plenarium in sede ista Metropolitana concelebretur. Quod sane susceptum opportune consilium et merita laude exornamus et Nostra quidem exhortatione commendamus. Plurimum enimvero ad animarum salutem progressionemque fovendam conferunt et Praesulum cuiusque nationis voluntatum conspiratio et legum praeceptorumque concordia, ut, studiis omnium in unum collatis, communis quaedam norma ratioque in pascendis gregibus habeatur. Praecipua autem capita, quae in Concilio agitanda in primis Nobis videntur, sunt profecto quae sequuntur : De catechetica institutione tum pueris iuvenibusque in paroeciis scholisque tum adultis quoque hominibus in ecclesiis tradenda, ad praescripta Decreti Sacrae Congregationis Concilii « Provido sane », die xn Ianuarii an. MDCCCCXXXV dati; de catholica fide a Novatorum, Francomurariorum et communistarum studiis insidiisque strenue tuenda ; de Actione

laicorum catholica aliisque piis consociationibus suâdendis atque amplificandis; de domesticis publicisque moribus fideliter servandis vel redintegrandis; de ecclesiasticis fovendis omni ope vocationibus, deque animis clericorum adolescentium rite fingen dis, deque sacrorum administrorum praesertim paroecialium disciplina, pietate industriaque magis magisque provehenda; de quaestione sociali eiusque solutione ad evangelica praecepta et Sanctae Sedis praescripta alacriter promovenda ; de recta bonorum ecclesiasticorum administratione atque diligenti exsecutione onerum, quae pia legata piasque fundationes gravant. Quum autem ex Codicis Iuris Canonici norma Concilium Plenarium per Nostrum Legatum, qui eidem praesideat, sit Nobis convocandum, te, Dilecte Pili Noster, qui clarissimae sedis istius gubernacula tenes et Romanae purpurae splendore praefulges, Legatum Nostrum eligimus **ac** renuntiamus, ut Concilio Plenario, ex Argentinae episcopatu proxime istic habendo, nomine Nostro Nostraque praesis auctoritate. Pro certo quidem ducimus, sollemnes eiusmodi coetus ad religionis pietatisque avitae incrementum christiano populo plane esse profuturos, Deum effusa prece exorantes, ut omnium, qui istuc convenerint, mentes animosque caelesti gratia illustret ac moderetur, eademque congressio ad secundum felicemque exitum perducatur. Cuius interea superni auxilii conciliatrix et nuntia, praecipuaeque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, ceterisque Argentinae Antistitibus in primisque Cardinali Episcopo Rosariensi, eorumque cleris et fidelibus amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Septembris in festo Sancti Hieronymi, Presbyteri et Ecclesiae Doctoris, ann& **MDCCCCVIII**, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

*Sacerdotibus qui Romae Conventui de aptiore Catecheseos institutione adjuerwnt, atque iuvenibus qui de christiana doctrina certamen, (.(Veritas)) nuncupatum, vicerunt, a Consilio nationali Italico pro Catechesi indictum.**

U primo nostro paterno saluto è per voi, diletti figli, sacerdoti periti di attività catechistiche. Voi, rispondendo con prontezza e con zelo all'invito del Centro Nazionale, vi siete adunati in Roma per studiare i problemi del catechismo : per accertare i bisogni che urgono in questo campo, per ben considerare le forze di cui si può disporre, e in genere per discutere su ciò che potrebbe e dovrebbe essere fatto da sacerdoti e da laici. Sappiamo che domani, tornando alle vostre diocesi, vi metterete al servizio dei Vescovi e dello stesso Centro Nazionale, e andrete ovunque sarà necessario il vostro aiuto e l'opera vostra per organizzare l'insegnamento catechistico in tutta l'Italia.

Ci è anche noto che intendete di rivolgere particolari cure a quelle zone che risulteranno meno provviste e perciò spiritualmente più depresse. Se saprete superare, nell'obbedienza ai vostri Pastori, con spirito di cattolica carità, i confini delle diocesi ; se saprete correre ovunque vi è bisogno di voi, Noi ve ne saremo gratissimi e vi esprimiamo fin d'ora il Nostro vivo compiacimento.

Siccome, poi, desiderate da Noi non un complesso di ammaestramenti — il che sarebbe impossibile in questa occasione —, ma soltanto una parola di consiglio, eccovela nella sua pur semplice brevità.

Nell'insegnamento del catechismo si ha naturalmente premura che gli alunni apprendano bene quel che si viene loro spiegando; ciò è talmente indispensabile che, se mancasse, non si potrebbe parlare in alcun senso di vera scuola catechistica. Ma forse non altrettanta cura si pone nell'aiutare la mente degli alunni a emettere l'atto di fede; mentre è chiaro che a nulla gioverebbe saper bene, se poi non si credesse fermamente quanto Dio ha rivelato e quanto la S. Chiesa propone a credere. D'altra parte — e su questo richiamiamo particolarmente la vostra attenzione — voi catechisti non avreste conseguito il vostro scopo, se non vi studiaste di portare i vostri alunni alla pratica di ciò che hanno appreso, di ciò che hanno creduto.

* **Habita die 30 Septembris mensis a. 1953.**

Se dunque dovessimo lasciarvi un breve motto per i vostri alunni grandi e piccoli, diremmo così : che essi sappiano bene, credano fermamente, pratichino integralmente.

Con questi sentimenti e coi rinnovati sensi del Nostro paterno compiacimento per quel che fate e farete, vi impartiamo di gran cuore la Nostra Apostolica Benedizione.

Fra tante gare di velocità, di forza, di resistenza, nessuna — per dir così — ha dovuto rallegrare il Cuore divino di Gesù come la vostra, diletti figli, vincitori del Concorso « Veritas » 1953.

Eravate duecento mila studenti italiani, e già questo numero così confortante rivela lo sviluppo della provvida istituzione, che Noi abbiamo già incoraggiata, ed ora torniamo a benedire con tutta l'effusione dell'animo Nostro. Tanto più che il valore delle cifre mostrateci dai suoi organizzatori indica chiaramente un crescendo sempre più intenso di interesse e di partecipazione al Concorso « Veritas ». In un solo anno, per esempio, si è avuto un aumento di quaranta mila concorrenti, e alcune particolari mete già raggiunte fanno intravedere come possibile un avvio risoluto verso la quasi totale partecipazione degli alunni: a Ivrea, per esempio, su 2942 alunni delle scuole secondarie hanno preso parte al Concorso 2368, e inoltre tutti gli alunni del triennio superiore. A Firenze è quasi raddoppiato il numero delle classi partecipanti, mentre a Gaeta tutte le scuole medie della diocesi si sono presentate agli esami per la gara.

Abbiamo citato tre esempi scelti quasi a caso, poiché sarebbe presso che impossibile di descrivere anche soltanto sommariamente il lavoro fatto e i risultati ottenuti nelle diocesi dove tale azione si è svolta con tenace e perseverante zelo. Di tutto questo diamo lode al Centro Nazionale di Attività Catechistiche, esortando tutti i Nostri diletti figli, i Sacerdoti che ne fanno parte, a moltiplicare, se fosse possibile, le industrie che potranno condurre allo scopo.

Quando apprendemmo che voi, carissimi giovani, volevate vedere il Papa e per questo avevate espresso il desiderio che fosse scelta Roma come sede del vostro convegno, Noi Ci affrettammo a disporre affinchè l'Udienza avvenisse nel miglior modo possibile. Perciò abbiamo voluto vedervi qui a parte, per stare più a Nostro agio con voi e parlarvi più liberamente. Forse non immaginate nemmeno, diletti figli e figlie, con quanta gioia vi diamo il Nostro paterno affettuoso benvenuto, e come siamo felici che l'aura di una così promettente e prorompente primavera abbia invaso oggi la Casa del Padre comune dei fedeli.

Vorremmo avere tempo e possibilità d'intrattenerCi con ognuno di voi; vorremmo, non diciamo proprio cingervi la fronte di alloro, ma almeno appuntarvi una medaglia sul petto, perchè a voi, ai vostri genitori, ai vostri insegnanti, ai vostri compagni tutti, fosse segno di quanto è soddisfatto il Vicario di Cristo, e come quindi è contento lo stesso Gesù. Egli vi benedica, come Noi vi benediciamo, per lo sforzo silenzioso e costante che vi ha sostenuti nella gara e vi ha condotti alla vittoria.

Oggi — ne siamo sicuri -r— voi siete già in possesso di quella cultura religiosa, che è possibile alla vostra età e nel grado dei vostri studi. Avete dunque la certezza assoluta dell'esistenza di Dio, il Quale può parlare agli uomini e farsi intendere da loro. Con l'aiuto dei vostri insegnanti, e anche più con la vostra personale fatica, voi vi siete resi certi non solo dell'autenticità, ma anche del valore storico dei Libri sacri. E siccome vi siete convinti che in questi testi autentici e storici viene presentato un vero Uomo, che parla da Dio, agisce da Dio, vive da Dio, muore da Dio, e risorge come solo Dio può risorgere, cioè per virtù propria, voi avete potuto — anzi avete dovuto — emettere con piena coscienza e con serena gioia il vostro atto di fede esplicito e solenne.

Ma questo vostro fermo e giocondo credere Noi vorremmo che rima nesse in voi tale anche quando sarete nel pieno vigore della gioventù; quando la navicella della vostra anima potrebbe correre pericoli che forse oggi nemmeno immaginate.

Diletti figli e figlie!

Agli inizi di questo mese, rivolgendoci agli Assistenti Ecclesiastici Diocesani di Azione Cattolica, Noi abbiamo raccomandato di preparare alla Chiesa un esercito di giovani eroi, pronti a qualsiasi ardimento. Volete anche voi essere coraggiose avanguardie di questo pacifico esercito? Volete corrispondere pienamente a ciò che la Chiesa aspetta dalla sua gioventù studiosa?

Dopo il felice successo nel Concorso « Veritas », vi attende un'altra vittoria : quella sopra un mondo senza Cristo, senza Dio. Ma non si combatte e non si vince una tale battaglia spirituale, se non con una fede viva, integra, coerente. *Haec est victoria, quae vincit mundum, fides nostra.*[1] Essa potrebbe però vacillare per scarsa solidità di fondamenti, potrebbe frantumarsi contro gli scogli del dubbio, potrebbe essere addirittura sommersa nel fango della passione. Se dunque volete corrispondere a ciò che la Chiesa aspetta da voi, dovete prepararvi a sostenere la vostra fede e a difenderla con ogni mezzo.

[1] *I Io. o,* 4.

1. Nessuno pretenderà da voi, per estensione e per profondità, la cultura propria di chi frequenta un regolare corso di teologia; voi dovete, però, ugualmente rifuggire da certi piccoli manuali assolutamente insufficienti per gli uomini di cultura e vi guarderete da una superficialità che crea facili illusioni, e dà poi le immancabili delusioni a chi si contenta, per esempio, di sole formule mnemoniche.

Non vi è dubbio — e Noi cogliamo volentieri l'occasione per insistervi — che la gioventù studiosa cattolica debba eccellere in ogni ramo della cultura: lo esige il dovere e lo vuole la Chiesa, che, oggi come sempre, deve difendere la civiltà cristiana ed umana dagli attacchi di uno spesso ben mascherato materialismo. Ma è altrettanto certo che lo sviluppo sempre crescente delle vostre cognizioni storiche, letterarie, scientifiche senza il necessario adeguato approfondimento della religione potrebbe essere sommamente pericoloso alle vostre anime. Ecco perchè, carissimi giovani, vi scongiuriamo di continuare nello studio, con l'impegno e la costanza che vi ha portati quest'anno alla vittoria nel Concorso ((Veritas». Non stimatevi soddisfatti fino a quando non sarete penetrati — il più possibile — nell'intimo senso della verità religiosa, e fino a quando la verità stessa non sia penetrata profondamente in voi: nella vostra intelligenza, nella vostra fantasia, nel vostro cuore, in tutto il vostro essere.

2. Questo studio assiduo, attento e profondo, oltre che assicurare la solidità dei fondamenti della vostra fede, vi farà evitare o superare gli scogli del dubbio: altro pericolo cui va incontro l'anima dei giovani.

DESIGNATIO PRO TRIBUNALI SECUNDAE INSTANTIAE

Archiepiscopus Hartfortiensis ad normam can. 1594, § 2 Cod. I. C. designavit semel pro semper pro appellationibus a causis in prima instantia a suo Tribunali pertractatis Ordinarium Providentiensem; quam designationem S. C. Consistorialis die 21 Octobris 1953 adprobavit.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI MICHAELIS RUA, SACERDOTIS PROFESSI, RECTORIS MAIORIS SOCIETATIS S. FRANCISCI SALESII.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

S. Ioannes Bosco, qui, ut immane pondus sibi a divina providentia impositum portaret, conversationem in caelis habebat, illam inde sapientiam hauriebat, quam omnes stupentes admiramur. Hic in animum adulescentis Michaelis Rua demittens obtutum, felicia in eo virtutum germina introspexit, quas summa cura excolere sategit, eo fausto successu qualem postea eventus comprobavit, ut ex dicendis constat.

Die 9 Iunii anno 1837 Augustae Taurinorum e Ioanne Rua ac Ioanna Maria Perrero, pauperibus, honestis pietateque praestantibus coniugibus natus, die 11 lustralibus aquis renatus est. Mature patre est orbatus,

septennis enim. erat, Christianarum Scholarum Fratrum ludos prius celebravit, ubi S. Ioannem Bosco cognovit, apud quem sua admissa confiteri coepit, a quo per totam eius vitam nunquam recessit; postea vero, anno 1852 Salesiani Oratorii Collegium est ingressus. Gymnasialibus studiis adhuc incumbens, clericales induit vestes. Philosophicis theologicisque disciplinis in Archiepiscopali Seminario cum laude attendit.

Cholerica lue anno 1854 Taurini grassante, S. Ioannes Michaelem adhuc clericum in arduo munere eo morbo affectis assistendi socium assumpsit, quem adiutorem eximium probavit. Eodem anno Dei Famulus eundem Sanctum se numquam relicturum statuit; hic autem vicissim eum sibi arctius coniunxit atque novi Instituti, cuius primordia moliebatur, velut primarium lapidem constituit atque adhuc Subdiaconum anno 1859 spiritus moderatorem elegit. Ad sacrum Presbyteratus ordinem die 29 Iulii eiusdem anni promotus fuit. Anno 1862 triennalia, anno vero 1865 perpetua vota nuncupavit.

Spes, quam Sanctus de adulescente conceperat, eum non fefellit. Humilitas enim, quae est virtutum fundamentum, caritas, harum corona, in Dei famulo adeo excreverant, ut S. Ioannes dicere non haesitaverit : « Si quis mihi dixerit eum miraculum patrasse, facile credam ».

His perspectis atque perpensis dotibus, S. Ioannes eo largiter pro re nata usus est ad multiplicia munia ei concredenda, quae omnia egregie perfecit.

Ad superos, die 31 Ianuarii anno 1888, Sancto Societatis conditore vocato, unanimi electorum suffragio Dei Famulus uti Maior Rector fuit Leoni Papa XIII praesentatus, qui electionem die 11 Februarii anno eodem confirmavit.

S. Ioannes Societatis fundamenta iecerat, atque praecipua lineamenta statuerat; Dei famulus, qui eo vivente, Vicaria auctoritate Societati praeerat incepta perfecit. Difficile dictu est quanta, vere fidelis servus et prudens, operatus sit et quanta sit assecutus. Ut patet, praeter vitae sanctitatem, religiosae societatis Rector supernaturali prudentia praeditus esse debet. « Prudentis autem viri, ut docet S. Laurentius a « Brundusio, tria sunt vel maxime munera. Primum est, proposito fine, « prospicere sibi ad eum consequendum media necessaria, utilia, sufii- « cientia et quae sunt expeditiora et meliora; non enim temere nec prae- « cipitanter operatur vir prudens sed consiliatur et secum cogitat, ut ((semper eligat meliora. Secundum est inquisita inventaque media di- ci sponere et ordinare ad finem ... sic vir prudens sollicitus est et diligens « nec inconsiderate aut negligenter vel inconstanter agit. Tertium est « solerti animo et mente perspicaci praevidere et evitare pericula pruden-

« ter que declinare emergentes difficultates et timere rationabilia pericula ((semperque abundanti cautela uti » (vol. IX, p. 309).

Haec adamussim Dei Famulus servavit ac, Deo adiuvante, Salesianam Societatem longe lateque propagavit, pietatem atque animarum zelum in sodalibus fovit, missionales expeditiones multiplicavit, sodalium optato leprosis assistendi libenti animo assensus est ; ut in hospitiis, collegiis aliisque Societatis domibus pietas, studia, disciplina servarentur summa diligentia curavit ; nihilque neglexit, fortiter quidem sed suavissime, quod iuxta legiferi Patris mandata ad maiorem Dei gloriam cederet.

In sua agendi ratione ita semper se gessit ut suis sodalibus veluti viventem regulam se proderet. Beatissimam Virginem Mariam « Auxilium Christianorum » tenerrimo cultu est prosecutus atque intimam cum Deo coniunctionem fidelissime servavit. Quapropter nihil mirum si sub eius paterno 22 annorum regimine Salesiana Societas maiores in dies progressiones perficeret.

Laboribus fractus, gravi cardiaco morbo licet affectus, a sancto labore non destitit usquedum vires omnino defecerunt. Die 6 Aprilis anno 1910, sancte ut vixerat, Ecclesiae sacramentis conforta tus atque Apostolica Beati Pii X benedictione ditatus, lectissimum spiritum Augustae Taurinorum in domo Salesiana principe Deo reddidit.

Duodecim post annos, sanctitatis fama percrebrescente, Ordinaria auctoritate canonicae inquisitiones usque ad annum 1928 in Taurinensi Archiepiscopali Curia peractae sunt. Die 15 Ianuarii anno 1936 Pius Papa XI fel. rec. commissionem Introductionis causae manu Sua subsi gnavit. Apostolico processu ab anno 1936 ad annum 1939 Taurini constructo, servatis omnibus de iure servandis Antepraeparatoria Congregatio die 9 Decembris a. 1947 habita est, quam die 30 Novembris 1951 Praeparatoria est subsecuta; demum die 21 Aprilis anni huius coram Ssmo D. N. Pio Papa XII coacta est Generalis, in qua Revmus Cardi nalis Alexander Verde, Causae Ponens, dubium proposuit discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate, cum in Deum tum in proximum necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia,, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in casu et ad effectum de quo agitur.* Rev. Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores suum quisque suffragium tulit, quod attente Sanctitas Sua auscultavit ; Suam autem sententiam edere distulit ut Sua mens a Deo, interpositis precibus, magis illustraretur. Diem hunc selegit ut suam ederet sententiam.

Coacti sunt itaque Revmi Cardinales Alexander Verde, Causae Po-

nens, ac subscriptas S. Rit. Congr. Pro-Praefectus nec non R. P. Salvator Natucci, Generalis Fidei Promotor atque infrascriptus a Secretis ; Beatissimus vero Pater, divina Hostia sancte litata, edixit : *Constare de virtutibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico Venerabilis Michaelis Rua in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum promulgari ac in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 26 Iunii 1953.

£8 C. Card. **MICARA**, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNALE CARDINALIZIO
COSTITUITO CON PONTIFICIO CHIROGRAFO DEL 10 DICEMBRE 1951

Nel nome del Signore

Regnando Sua Santità Pio Papa XII, nell'anno decimoquarto del Suo Pontificato, il giorno 24 gennaio 1953, Gli Eminentissimi Signori Cardinali *Eugenio Tisser ant,* Vescovo Suburbicario di Ostia e di Porto e S. Rufina, Decano del Sacro Collegio, Presidente, *Clemente Micara,* Vescovo Suburbicario di Veli etri, *Giuseppe Pizzardo,* Vescovo Suburbicario di Albano, *Benedetto Aloisi Masella,* Vescovo Suburbicario di Palestrina, e *Nicola Canali,* Primo Diacono, Membri, riuniti nella Sala delle Congregazioni Plenarie del Palazzo Apostolico Vaticano, hanno pronunziato la seguente

SENTENZA DEFINITIVA

nel giudizio disposto da Sua Santità con il Venerato Chirografo « Il Sovrano Militare Ordine Gerosolimitano di Malta » del 10 dicembre 1951.

Considerato lo stesso Venerato Chirografo, con il quale il regnante Sommo Pontefice, accogliendo le ripetute istanze del Sovrano Militare Ordine Gerosolimitano di Malta, ha costituito il presente Tribunale ((per determinare la natura delle qualità di Ordine sovrano e di Ordine religioso del Sovrano Militare Ordine Gerosolimitano di Malta, a cui si riferiscono i numeri 2 e 4 del titolo primo delle vigenti Costituzioni del medesimo Ordine, l'ambito della rispettiva competenza, e le relazioni reciproche e nei confronti della Santa Sede », e ha investito questo Tribunale « dei più ampi poteri anche circa le forme del procedimento, salve le dovute garanzie per la legittima difesa delle parti » ;

riconosciuta la legittima costituzione in giudizio dell'Ordine e, con ciò, riconosciuto superfluo, agli effetti del presente giudizio, addentrarsi nell'esame dei singoli poteri del Luogotenente interinale dell'Ordine stesso;

veduto e confermato il Decreto di questo Tribunale in data 29 Dicembre 1952, con il quale sono state prese in esame e respinte, perchè prive di qualsiasi fondamento, le eccezioni pregiudiziali sollevate dall'Ordine e dai suoi Patroni;

considerati i documenti (prodotti in copia) e le deduzioni e i memoriali esibiti dai Patroni dell'Ordine, Avvocati del Sacro Concistoro Prof. Camillo Corsanego e Comm. Giovanni Battista Ferrata;

considerate le *Animadversiones* del Promotore di Giustizia, Sua Eccellenza Revma Monsignore Alfredo Ottaviani, ora Cardinale di Santa Romana Chiesa;

considerate le *Annotazioni* del Consulenti Giuridico di questo Tribunale, Sua Eccellenza il Principe Don Carlo Pacelli, Avvocato del Sacro Concistoro;

considerati i Documenti dei Sommi Pontefici concernenti l'Ordine e il <(Codice de Rohan » ;

considerate le vigenti Costituzioni del Sovrano Militare Ordine Gerosolimitano di Malta, conformate al *Codex Iuris Canonici;*

Gli Eminentissimi Padri hanno deliberato all'unanimità di rispondere come appresso ai quesiti posti dal Venerato Chirografo di Sua Santità :

I° *Natura della qualità di Ordine sovrano del Militare Ordine Gerosolimitano di Malta* (art. 2° del Titolo I delle Costituzioni).

La qualità di Ordine sovrano, a cui si riferisce l'articolo 2° del Titolo I delle vigenti Costituzioni del medesimo Ordine, ripetutamente riconosciuta dalla Santa Sede ed enunziata nel citato articolo, consiste nel godimento di alcune prerogative inerenti all'Ordine stesso come Soggetto di diritto internazionale. Tali prerogative, che sono proprie della sovranità — a norma dei principi del diritto internazionale — e che, dietro l'esempio della Santa Sede, sono state riconosciute anche da alcuni Stati, non costituiscono tuttavia nell'Ordine quel complesso di poteri e prerogative, che è proprio degli Enti sovrani nel senso pieno delia parola.

2° *Natura della qualità di Ordine religioso del medesimo Ordine* (art. 4° del Titolo I delle Costituzioni).

L'Ordine Gerosolimitano di Malta, in quanto composto dei Cavalieri e dei Cappellani, di cui agli articoli 4 a 9 del Titolo I delle Costituzioni, è una Religione e più precisamente un Ordine religioso, approvato dalla Santa Sede *(Codex Iuris Canonici;* can. 487 e 488, n. I° e 2°). Esso persegue, oltre la santificazione dei suoi membri, anche fini religiosi, caritativi e assistenziali (Costituzioni, Titolo I, articolo 10).

3° *Ambito della rispettiva competenza delle qualità di Ordine sovrano e di Ordine religioso del medesimo Ordine, relazioni reciproche e nei confronti della Santa Sede.*

Le due qualità di Ordine sovrano e di Ordine religioso, a cui si riferiscono le risposte ai quesiti I° e 2° della presente sentenza, sono intimamente connesse tra di loro. La qualità di Ordine sovrano della Istituzione è funzionale, ossia diretta ad assicurare il raggiungimento dei fini dell'Ordine stesso e il suo sviluppo nel mondo.

L'Ordine Gerosolimitano di Malta dipende dalla Santa Sede (Lettere Apostoliche *Inter Illustria* del Sommo Pontefice Benedetto XIV, 12 Marzo 1753, ((Codice de Rohan », passim, e vigenti Costituzioni, passim) e in particolare, come Ordine religioso, dalla Sacra Congregazione dei Religiosi, a norma del diritto canonico *(Codex Iuris Canonici,* can. 7, 499, § I e 251) e delle vigenti Costituzioni dell'Ordine medesimo (passim).

Gli insigniti di onorificenze dell'Ordine e le sue Associazioni dipendono dall'Ordine e, per esso, dalla Santa Sede, a tenore del cap. V del Titolo III delle Costituzioni.

Le questioni relative alla qualità di Ordine sovrano della Istituzione, e di cui al quesito I°, sono trattate dalla Segreteria di Stato di Sua Santità *(Codex Iuris Canonici,* can. 263).

Le questioni miste sono risolte d'accordo dalla Sacra Congregazione dei Religiosi e dalla Segreteria di Stato di Sua Santità.

Non sono toccati i diritti acquisiti, le consuetudini e i privilegi concessi o riconosciuti dai Sommi Pontefici all'Ordine, in quanto siano ancora in vigore a norma del diritto canonico *(Codex Iuris Canonici,* can. 4 e 5 ; can. 25-30 ; can. 63-79) e non in contrasto con le vigenti Costituzioni dell'Ordine medesimo.

La presente sentenza è immediatamente esecutiva.

Così deciso nella Città del Vaticano, nella Sala delle Congregazioni Plenarie del Palazzo Apostolico Vaticano, il 24 gennaio 1953.

£B **EUGENIO** Card. **TISSERANT**, Decano del Sacro Collegio, *Presidente*

f$ **CLEMENTE** Card. **MICARA**

£g **GIUSEPPE** Card. **PIZZARDO**

£g **BENEDETTO** Card. **ALOISI-MASELLA**

NICOLA Card. **CANALI**

L. S S.

Giovanni Battista Scapinelli, *Segretario*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

CHIGAGIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (BLONIEN-DAEHMS)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Haroldi Daehms, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 8 Martii 1954, hora decima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Haroldi Daehms, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Guillelmus Doheny, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 10 Novembris 1953.

E. Fiore, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Harold Daehms défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 8 mars 1954, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Harold Daehms devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

An. et vol. XXXXV 16 Decembris 1953 (Ser. I T . v. XX) - N. 16

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

1

DE ALTO ORINOCO
(PORTUS AYACUQUENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA ((DE ALTO ORINOCO)) AD GRADUM VICARIATUS APOSTOLICI EVEHITUR, ((PORTUS AYACUQUENSIS)) NOMINE APPELLANDI.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nulla maiore animi voluptate afficimur quam cum audimus fidem catholicam per terrarum orbem proficere hominesque qui adhuc errorum tenebris detinerentur christianae veritatis luce perfundi, sicuti in Alti Orinoci ora evenisse comperimus. Exoptantes igitur ut vera religio maiora semper in eadem regione incrementa capiat, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Fidei Propagandae praepositorum; de sententia venerabilis Fratris Armandi Lombardi, Archiepiscopi titulo Caesareae Philippi eiusdemque in Venetiolana Republica Apostolici Nuntii; eorum insuper consensum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris se habere arbitrentur ; re attente considerata ; de Nostra summa et apostolica potestate haec quae sequuntur decernimus. Praefecturam Apostolicam *de Alto Orinoco* ad gradum Vicariatus Apostolici evehimus quem ad Nostrum et Apostolicae Sedis nutum Sodalibus Societatis a S. Francisco Salesio concredimus regendum, ea spe ut, qui ad hunc diem amore Christi acti christianae doctrinae semina ibi impigre sparserunt, haud minores labores mox sint regno Dei dilatando suscepturi. Statuimus insuper ut novus Vica-

riatus Apostolicus *Portus Ayacuquensis* nomine appelletur. Quae vero iura, onera, obligationes, potestates solent Apostolicis Vicariatibus lege tribui et iniungi, huic quoque Vicariatui quem modo constituimus erunt propria. Similiter et eius Praesules pro tempore iis omnibus fruentur et tenebuntur. Ut autem ea quae his Litteris praecepimus ad effectum deducantur venerabilem Fratrem Armandum Lombardi, in Venetiolana Republica Apostolicum Nuntium, deligimus cui agendae rei omnes potestates tribuimus, quas poterit etiam alii viro subdelegare dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Quodsi quo tempore res perficietur alius eidem Nuntiaturae praeerit, hunc eligimus Nostrae voluntatis exsecutorem eidem quoque facultate facta easdem potestates subdelegandi, si opus fuerit. Curabit insuper idem venerabilis Frater ut post rem exactam documenta perficiantur eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittantur. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter siquis, quavis auctoritate praeditus, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi volumus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis vel locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
£g EUGENIUS Card. TI S SER ANT PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
Sacri Collegii Decanus *S. Cong. de Prop. Fide Praefectus*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXVI, n. 66

II

DE FOUT JAMESON

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE FORT ' JAMESON, IN AFRICA ORIENTALI BRITANNICA, AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR, IISDEM SERVATIS NOMINE AC FINIBUS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui ad supremum Pontificatum evecti Christi vices in terris gerimus, magno gaudio ac laetitia ea omnia agimus quae quoquo modo ad Ecclesiae profectum Deique gloriam attinent. Quod Nos modo efficiendum existimamus ad Praefecturam quod pertinet de Fort Jameson, ubi sollertes ob curas Societatis Missionariorum in Africa, quibus concredita est, religiosa res, uti laeto animo accepimus, non parum profecit. Quoniam igitur venerabilibus Fratribus Nostris Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositis, consilium fuit Apostolicam Praefecturam de Fort Jameson ad Vicariatum Apostolicum esse elevandam, Nobis a venerabili Fratre eiusdem S. Congregationis Fidei Propagandae a Secretis relatum, habito quoque favorabili voto venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titulo Apameni in Bithynia, et in Africa Orientali et Occidentali Britannica Delegati Apostolici; eorum insuper quorum interest, si opus sit, consensum supplentes ; re attento animo considerata, de apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur statuimus. Apostolicam Praefecturam de Fort Jameson, in Africa Orientali Britannica, quae dicitur, eodem nomine ac iisdem finibus servatis, ad gradum et dignitatem Apostolici Vicariatus evehimus, cui proinde eadem iura, honores, onera et obligationes tribuimus quibus ornari ac teneri solent ceteri omnes eiusdem dignitatis Apostolici Vicariatus. Quod idem de eius pro tempore Praesulibus dicendum est. Hunc vero Apostolicum Vicariatum Societati Missionariorum in Africa, qui ibidem tam sedulo allaborant, excolendum concredimus, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum. Quae autem his Litteris decrevimus venerabilis Frater David Mathew, quem supra memoravimus, exsequenda curabit, vel ille qui eo tempore quo exsecutioni mandabuntur ei Delegationi praeerit. Cui autem contigerit haec omnia peragere omnes potestates rei agendae necessarias eidem tri-

buimus, quae poterunt cuique viro subdelegari dummodo in ecclesiastica constituto dignitate. Cum vero haec decreta ad effectum deducta fuerint, oneri erit ei documenta exarare eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum transmittere. Has Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter servari volumus ac decernimus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos decrevimus, id prorsus irritum et inane haberi volumus. Iubemus quoque ut harum Litterarum exemplis vel locis, sive impressis sive manu exaratis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce ipsis haberetur ostensis, dummodo tamen ab aliquo publico tabellione subscribantur et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti muniantur. Nemini autem iis, quae per has Litteras a Nobis statuta sunt, obsistere liceat. Quod si quis ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. B. Cancellario
EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXVH, n. 1¡2.

III

KADUNAENSIS
(DE SOKOTO)

A PRAEFECTURA APOSTOLICA KADUNAENSI PARS SEIUNGATUR, DISTRICTUS CIVILES SOKOTO ET KATSINA COMPLECTENS, QUAE IN NOVAM ERIGITUR PRAEFECTURAM APOSTOLICAM, ((DE SOKOTO)) NOMINE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex iis praecipue terris, quae Missionalium laboribus excolantur quaeque nimis late pateant, solet Apostolica Sedes partes, cum id opportunum visum sit, seiungere novasque exinde condere circumscriptiones, ut aptiori christifidelium regimini eorumque maiori utilitati magis accommodato provideatur. Quod nunc faciendum censemus quoad Praefecturam Apostolicam Kadunaensem attinet. Quapropter Nos, sententiam sequentes venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titulo Apameni, in Bithynia, atque in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolici Delegati; consilium ratum habentes et confirmantes venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Fidei Propagandae praepositorum, per dilectum Filium Nostrum eiusdem S. Congregationis Praefectum Nobis relatum ; eorum omnium consensum supplentes qui aliquid iuris hoc in negotio sese habere arbitrentur; re attente considerata ac certa scientia eorum quae acturi sumus, de apostolica Nostra potestate ea quae sequuntur statuimus. A Praefectura Apostolica de Kaduna seu Kadunaensi, in Africa Orientali, eas separamus regiones, quibus vulgo sunt nomina : « Sokoto » et « Katsina ». Novam igitur ex his disiunctis territoriis Apostolicam Praefecturam erigimus et constituimus, quae posthac, ab huius regionis principis urbis nomine, de Sokoto appellabitur ; quam regendam tradimus Patribus Provinciae Chicagiensis ex Ordine Fratrum Praedicatorum, ad Nostrum tamen et Romanae Sedis nutum, nihil dubitantes eorum operam alacriter in regione illa catholicae fidei propagationi et incremento profuturam. Cui Apostolicae de Sokoto Praefecturae, quam hodie constituimus, eiusque pro tempore Praesulibus, omnia tribuimus iura, privilegia et honores, quibus ceterae Praefecturae earumque Praesules per terrarum orbem

fruuntur; quos tamen volumus iis etiam oneribus et obligationibus obstrictos, quibus ceteri onerantur. Quae omnia ita edicimus ac decernimus ut iusto polleant iure, non obstantibus quibuslibet contrariis. Ut autem ea quae Nostris hisce Litteris praecipimus efficiantur, venerabilem Fratrem Davidem Mathew, quem supra diximus, deligimus, vel eum qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Africa Orientali et Occidentali Britannica praeerit Delegationi ; cui ergo conficiendae rei potestatem tribuimus, cuilibet subdelegandam, si opus fuerit, viro dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Volumus autem ut qui negotium hoc perfecerit, documenta quoque actae rei exaranda curet, quorum fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum transmittat. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum et inane haberi volumus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

£B CLEMENS Card. MICARA
Sacri Collegii Subdecanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Conc. Ap., vol. LXXXVII, n. 56.

IV

IOSENSIS
(DE MAIDUGURI)

AB APOSTOLICA IOSENSI PRAEFECTURA QUAEDAM REGIO SEPARATUR, EX QUA NOVA EFFICITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA, ((DE MAIDUGURI)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Rem Nos facere cum christianae religionis incrementis admodum congruentem opinamur, si, uhi adiuncta id postulant, ab ecclesiasticis circumscriptionibus nimis late patentibus territorii partem quandam distrahamus, ac novam constituamus religiosae rei administrationem. Quam ob causam cum venerabilis Prater David Mathew, Archiepiscopus titulo Apamenus in Bithynia atque in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolicus Delegatus, se censere opportunum dixerit in Africa Orientali ab Apostolica Iosensi Praefectura partem disiungi ac novam exinde erigi Praefecturam, ac venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Christianae Propagandae praepositi, ad quos id relatum est, plane hanc probaverint sententiam, Nos eandem, utpote quae ad Evangelii praeconum labores allevandos valde conferat, ratam habemus. Re igitur attento animo considerata ac certa idcirco scientia eorum quae sumus decreturi; et consensum praeterea supplentes eorum, quorum id negotii quavis intersit ratione, de suprema Nostra potestate haec quae sequuntur statuimus. Ab Apostolica Iosensi Praefectura totam regionem separamus quae civilem districtum de Borau complectitur, ipsamque, iisdem servatis finibus, in novae Apostolicae Praefecturae formam redigimus, quae ex urbis territorii principis nomine de Maiduguri posthac appellabitur. Hanc vero Praefecturam regendam tradimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, sollertibus Fratribus Eremitis a S. Augustino, ex Hiberniensi Provincia. Cui Apostolicae de Maiduguri Praefecturae, quam hodie constituimus, eiusque pro tempore Ordinariis, omnia iura et honores attribuimus omniaque onera et officia iniungimus, quibus ceterae Praefecturae earumque Praesules per terrarum orbem et fruuntur et onerantur. Ut autem ea quae Nostris hisce Litteris iubemus efficiantur, eundem venerabilem Fratrem Davidem Ma-

thew deligimus, vel eum qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducetur, Apostolicae in Africa Orientali et Occidentali Britannica praeerit Delegationi; cui vero contigerit hoc exsequendum negotium, illi necessarias ad id potestates facimus cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro, qui ecclesiastica dignitate polleat. Praecipimus pariter ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in acta referat, quorum fide digna exempla ad S. Consilium de Propaganda Fide quam primum transmittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
© CLEMENS Card. MICARA
Sacri Collegii Subdecanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco $& Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXVII, n. 57.

V

DE BULA WA YO. DE SALISBURY
(DE WANKIE)

A VICARIATIBUS APOSTOLICIS DE BULAWAYO ET DE SALISBURY QUAEDAM TERRITORIA SEPARANTUR, E QUIBUS ERIGITUR NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA ((DE WANKIE)) APPELLANDA, ATQUE INSTITUTO HISPANICO A S. FRANCISCO XAVERIO PRO SACRIS EXPEDITIONIBUS AD EXTERAS GENTES COMMITTENDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad Christi religionem inter ethnicos populos aptius propagandam, opus est omnino curare ne territoria, Evangelii praeconum curis concredita, latius quam pro eorum viribus pateant. Quapropter Nos, qui nihil de agendis rebus omittimus quae bonam spem afferant rectius Ecclesiae rebus consulendi, libenter sequendum ducimus consilium venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositorum, qui, audita sententia venerabilium Fratrum Martini Lucas, Archiepiscopi titulo Adulitani et olim in Africa Meridionali Apostolici Delegati, atque Ordinariorum quorum res interest, censuerunt ut e Vicariatibus Apostolicis de Bulawayo et de Salisbury territorii partem distraheremus, in novam Praefecturam Apostolicam erigendam. Re igitur mature perpensa, certa scientia eorum quae sumus acturi, illorum insuper consensum supplentes qui aliquid iuris in hac re se arbitrentur habere, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine haec quae sequuntur statuimus atque decernimus. A Vicariatu Apostolico de Bulawayo, Sodalibus Missionalibus de Mariannhill commendato, districtum, quem vulgo Wankie vocant, eamque partem districtus Shangani quae inter flumina Kana et Shangani sita est, distrahimus ; e Vicariatu autem Apostolico de Salisbury, Sodalibus e Societate Iesu concredito, districtum Sebungwe separamus. E quibus avulsis territoriis novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam de Wankie nuncupandam, quam Instituto Hispanico a S. Francisco Xaverio pro sacris expeditionibus ad exteras gentes, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, excolendam concredimus. Novae huius Praefecturae iura et onera erunt propria quae ceteris Praefecturis iure tribui solent. Eius

vero pro tempore Praesulibus hinc iura, privilegia et potestates compétent, bine onera et obligationes quae ex iure communi eiusmodi Praesulibus competunt. Quae hisce Litteris decrevimus venerabilis Frater Caelestinus Iosephus Damiano, Archiepiscopus titulo Nicopolitanus in Epiro, et in praesens Delegatus Apostolicus in Africa Meridionali, exsequenda curabit, vel ille qui eo tempore quo res peragetur ei Delegationi praeerit, concessis rei gerendae opportunis potestatibus quae poterunt cuilibet viro subdelegari, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Ei autem cui hoc negotium contigerit exsequendum onus iniungimus rei confectae documenta exarandi eorumque digna exempla ad sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittendi. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus, ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum interest sedulo serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis vel locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino fides habenda erit quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
5$ EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f A. Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Dec. Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. ***in Cane. Ap., Vol. LXXXVI, n.*** *80.*

VI

DE OSLO

(OSLOENSIS)

APOSTOLICUS VICARIATUS DB OSLO AD DIGNITATEM PROVEHITUR DIOECESIS, ((OSLOENSIS)) POSTHAC APPELLANDAE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Faustum profecto divinae religioni accidit quod in Norvegia, in regione et rebus gestis et humanitatis cultu praeclara, catholicum nomen ita profecit ut suavis affulgeat spes Ecclesiam Sanctam suum pristinum fulgorem esse inibi consecuturam. In quo Nos, quibus summus caelorum Pater sui Regni curam hisce in terris commisit, valde laetamur, atque praeterea opportunum existimamus rei christianae administrationem ita ordinare atque disponere ut eius forma ac ratio cum rerum statu, qui nunc est, aptius congruat. Quam ob rem, Apostolicum Vicariatum de Oslo ad dioecesis perducimus dignitatem ; quae enim virtutis, pietatis ac sollertiae documenta hic data sunt, et praesertim a saecularibus sacerdotibus, quibus eiusdem Vicariatus cura concredita est, digna sunt quae iusto praemio donentur, ut iisdem sacerdotibus animus ad uberiores adipiscendos fructus addatur fideliumque constantia confirmetur. Quapropter, rata omnia habentes quae S. Consilium Christiano Nomini Propagando esse facienda existimaverit; atque eorum pariter consensum supplentes qui in hoc negotio sua interesse quavis arbitrentur ratione, re propterea attentissime cogitata ac certa ideo scientia eorum quae decreturi sumus, de Nostra apostolica potestate haec quae sequuntur constituimus. Apostolicum de Oslo Vicariatum ad dioecesis dignitatem provehimus, Osloensis posthac appellandae, quam Nostrae et Apostolicae Sedis auctoritati directo subicimus. Osloensis igitur Episcopus sedem ac domicilium in urbe Oslo, a qua nova dioecesis suum mutuatur nomen, habebit

pontificalemque cathedram in praeclara sancti Olavi aede, in eadem urbe exstante, collocabit, quae ad hodiernum diem pro cathedrali templo fungebatur. Huic modo erectae Ecclesiae, ob suam adeptam dignitatem, eiusque pro tempore Antistitibus ea omnia iura ac privilegia, onera et obligationes tribuimus, quibus ceterae episcopales Sedes ceterique per orbem eiusdem dignitatis Praesules decorari atque onerari solent. Quod ergo attinet ad Canonicorum Collegium, Osloensis Episcopus onus habebit istiusmodi coetum constituendi ; usque dum vero rerum locorumve difficultates id impediant, concedimus ut eorum loco dioecesani Consultores eligantur, qui Episcopo et prudenti consilio et alacri navitate fideliter assint. Cum praeterea omnium stabilitati dioecesium procurandae quam tutissime consulatur eorum institutione puerorum, qui divino quodam impulsu ad sacerdotalia munia contendant, volumus ut seminarium quam primum condatur. Episcopalem autem mensam, quam vocant, ea constituent bona, si qua sint, quae Vicariatui de Oslo accedebant ; vel emolumenta quae constitutae Curiae obvenient, vel denique pecuniae a S. Consilio Fidei Propagandae et a christifidelibus offerendam. Ut autem ea quae Nostris hisce Litteris praecipimus efficiantur, venerabilem Fratrem Iacobum Mangers, Episcopum titulo Seliensem, deligimus, qui hactenus Apostolico Vicariatui de Oslo praefuit quique hoc ipso die primus Osloensis Episcopus renuntiatus est. Huic igitur omnes necessarias atque opportunas ad id tribuimus potestates, cuilibet viro, si opus fuerit, subdelegandas, dummodo tamen aliquam in sacro sacerdotio obtineat dignitatem. Iubemus praeterea ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Consilium Christianae Fidei Propagandae quam primum transmittet. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est sedulo serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quinimmo harum Litterarum exemplis et locis, aut typis impressis aut manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur si ostenderentur. Quae Nòstra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo de-

trectaverit, sciat se poenas esse subiturura iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

j$j EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXVI, n. S2.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DITATUR ECCLESIA CATHEDRALIS POPAYANENSIS B. MARIAE VIRGINI IN CAELUM ASSUMPTAE SACRA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Antiquitas et religio Templi principis Popayanensis in Dicione Columbiana tantopere fertur ut peculiaris honor, Nostro concessu atque beneficio, non immerito ei videatur adiungendus. Praeclarum enim hoc pietatis domicilium, Deiparae Coelo receptae sacrum, recens ab institutis ibi christianis sacris condidit aetas. Non est quidem infitiandum eandem Aedem, cum urbs Popayanum sita sit haud procul a monte ignivomo atque in regione terrae motu ac fremitu saepe quassata, haud raro diffractam, eversam, conspirantibus vero Christifidelium animis semper refectam esse restitutamque. Quin per hominum aetates quater est exaedificata ab imo, novissime autem, super parietinas superiorum Templorum, hoc ineunte saeculo. Admireris ibi artis elegantiam, propter quam nomen Doricum inclaruit, ipsius Aedis molem et amplitudinem, simulacra sculpta vel colorum venustate expressa, praesertim vero sacram supellectilem, antiquitate illustrem, pretio-

sisque vestitam metallis. Neque desunt administri e canonicorum ordine, qui in eiusdem Templi officiis impigri alacresque versentur. Ea est praeterea Christifidelium in res divinas propensa voluntas, ut saepe ibi fiat sacer eorum coetus et frequentia. Quibus permotus, Venerabilis Frater Didacus Maria Gómez Tamayo, Archiepiscopus Popayanensis, vota quo que Nobis significans ordinis Sacerdotum et laicorum, Nos oravit rogavitque ut Aedem, quam laudavimus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus, pro Nostra erga Popayanensium civitatem benevolentia, libenter admissis, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam Cathedralem Popayanensem, Beatae Mariae Virgini ad caelestem gloriam Assumptae sacram, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Templis itidem insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Aprilis, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

BEATA MARIA VIRGO, A ((SUYAPA)) APPELLATA ET IN EIUSDEM NOMINIS PAGO, INTRA FINES TEGUCIGALPENSIS ARCHIDIOECESIS EXCULTA, TOTIUS REIPUBLICAE HONDURIENSIS PATRONA CAELESTIS ELIGITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Simulacrum Beatae Mariae Virginis, quod in pago, vulgo « Suyapa » appellato nec procul ab urbe Tegucigalpa sito, asservatur, a duobus saeculis religiosissimum est, quemadmodum

accepimus, apud universam gentem Hondurianam. Frequentes enim Christifidelium turmae, piae peregrinationis causa, eo accedunt perpetuisque Deiparam venerantur obsequiis. Haec autem se exorantibus superna munera cumulate dilargita est neque desinit dilargiri. Unde factum est ut Honduriani cives Dei Genetricem, hoc signo expressam, totius Reipublicae Patronam haberent. Quo vero marialis haec religio vel maioribus augesceret incrementis, Venerabiles Fratres Sacrorum Antistites Reipublicae Honduriensis conspirantes a Nobis petierunt ut Beatam Mariam Virginem, a « Suyapa)) nuncupatam, eiusdem civitatis Patronam constitueremus. Nos autem, quibus magnopere cordi est ut cultus Caelorum Reginae usquequaque propagetur, vota huiusmodi libenti animo statuimus explere. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestati» plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, a « Suyapa » appellatam et in eiusdem nominis pago, intra fines Tegucigalpensis archidioecesis fines, excultam, totius Reipublicae Honduriensis praecipuam apud Deum *Patronam* eligimus, facimus, renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter extare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum: irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Aprilis, anno **MDCCCÇLIII**, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD EXCMUM P. D. PAULUM RICHAUD, ARCHIEPISCOPUM BURDIGALENSEM : SEXTO DECIMO EXPLETO SAECULO AB ORTU SANCTI PAULINI NOLANI.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Per oficiosae pietatis plenam recens datam a te epistulam, de qua tibi gratias plurimas persolvimus, plane edocti sumus istic certatim apparari sollemnia ad recolendum sextum decimum fauste expletum saeculum, ex quo S. Paulinus Nolanus natus est. Tibi vehementer de consilio a te suscepto gratulamur, cum id ad religionis studium confirmandum et alendum magnopere collaturum esse prospiciamus, eo vel magis quod abs te percepimus, in piae accessionem laetitiae, etiam Dilectum Filium Nostrum Cardinalem Mauritium Feltin, Parisiensem Archiepiscopum, agendis celebritatibus adfore.

Burdigala, urbs ista ubertate soli, litterarum elegantia, ecclesiasticis fastis praeclara, iure meritoque singularis sibi titulum gloriae tribuit, quod Pontius Meropius Paulinus istic terrestris vitae in lumen prodivit et sat diuturnum temporis spatium degit.

Monsig. Grady Tommaso, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Higgins Giorgio, della medesima arcidiocesi.
Monsig. Houlihan Giovanni, della medesima arcidiocesi.
Monsig. Lavin Francesco, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. McElligott Francesco, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. McManus Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Meehan Tommaso, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Mozeris Damaso, della medesima arcidiocessi.
» Monsig. O'Donnell Cleto, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Pi wo war Stanislao, della medesima arcidiocesi.
Monsig. Wycislo Luigi, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Zock Raimondo, della medesima arcidiocesi.
19 Monsig. Llaguno Canals Alfredo, dell'arcidiocesi di S. Cristoforo dell'Avana.

Camerieri segreti soprannumerari di Spada e Cappa di S. 8.:

22 dicembre 1952. Il sig. Barone de Guttenberg Carlo Teodoro, dell'arcidiocesi di Bamberga.
15 febbraio 1953. Il sig. Barone de Loé Walter, dell'arcidiocesi di Colonia.
23 aprile ,> Il sig. Conte Capelle Roberto, della diocesi di Namur.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

11 settembre 1951. Monsig. Cusimano Rocco, dell'arcidiocesi di Palermo.
» » » Monsig. Faciano Francesco, della medesima arcidiocesi.
10 novembre 1952. Monsig. Boos Giuseppe, dell'arcidiocesi di Colonia.

30 gennaio 1953. Monsig. Oehmen Guglielmo, della diocesi di Aquisgrana.
13 agosto » Monsig. Pizzanelli Pio, della diocesi di Pontremoli.
27 » » Monsig. Spugnini Gaetano, della diocesi di Urbanía.
5 setetmbre » Monsig. Pregliasco Giuseppe Natale, della diocesi di Mondovì.
5 ottobre » Monsig. Borghesi Virgilio, della diocesi di Sansepolcro.

Cameriere d'onore soprannumerario di Spada e Cappa di 8. 8. :

17 luglio 1953, Il sig. Brusati Luigi, dell'arcidiocesi di Milano.

Cameriere d'onore extra Urbem di Sua Santità:

29 dicembre 1952. Monsig. Polizzi Giuseppe, dell'arcidiocesi di Palermo.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di 'Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

19 dicembre 1952. Al sig. Virissimo Cunha Paolo Arsenio, Ministro degli Affari Esteri del Portogallo.

La Oran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

24 marzo 1952. Al sig. Sarmento Rodrigues Emanuele M., Ministro d'Oltremare del Portogallo.
19 dicembre » Al sig. Trigo de Negreiros Gioacchino, Ministro degli Interni del Portogallo.
» » » Al sig. Ulrich Giuseppe F., Ministro dei Lavori Pubblici del Portogallo.
30 settembre 1953. A S. E. il sig. Gartz Ake Henrik, Ministro di Finlandia presso la Santa Sede.
7 ottobre » Al sig. Gilberti Ferruccio, dell'arcidiocesi di Milano.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18 settembre 1952. Al sig. Schmittlein Raimondo, della diocesi di Magonza.
19 dicembre » Al sig. De Espregueira Mendes Roberto (Portogallo).
» » » Al sig. De Sá e Melo Emanuele (Portogallo).
» » » Al sig. Trigo de Moráis Antonio (Portogallo).
31 luglio 1953. Al sig. Goretti Otriade, dell'arcidiocesi di Napoli.
21 agosto » Al sig. Cicogna Furio, dell'arcidiocesi di Milano.
10 ottobre » Al sig. Zeiller Giacomo, dell'arcidiocesi di Parigi.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

12 dicembre 1952. Al sig. da Cámara Liberale (Portogallo).
» » » Al sig. Esmeraldo Carvalhais Augusto (Portogallo).
31 luglio 1953. Al sig. Guedes Benard Paolo (Portogallo).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

31 luglio 1953. Al sig. Del Giudice Luigi, dell'arcidiocesi di Napoli.
19 settembre » Al sig. Batista y Gonzalez de Mendoza Agostino, dell'ai cidiocesi di San Cristoforo dell'Avana.
10 ottobre » Al sig. Freddi Bruno (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

13 giugno 1950. Al sig. Maurigi Giuseppe, dell'arcidiocesi di Palermo.
» » Al sig. Pavone Michele, della medesima arcidiocesi.
2 settembre 1952. Al sig. Scimone Salvatore, della medesima arcidiocesi.
6 dicembre » Al sig. Vogels Luigi, dell'arcidiocesi di Colonia.
12 » » Al sig. Morris Michele, della diocesi di Ranchi.
19 » » Al sig. Nazaré de Oliveira Giovanni (Portogallo).
» » Al sig. Banha da Silva Lionello Pietro (Portogallo).
» » » Al sig. Benavente Luigi (Portogallo).
26 gennaio 1953. Al sig. Coyle Cirillo Abbot, della diocesi di Sacramento.
» » » Al sig. Devine Enrico Giuseppe, della medesima diocesi.
» » Al sig. Mitchell Pietro E., della medesima diocesi.
29 » Al sig. Dovifat Emilio, della diocesi di Berlino.
14 febbraio Al sig. Mutsaerts Giovanni Francesco, dell'arcidiocesi di Malines.
17 Al sig. Pereira Giuseppe, dell'arcidiocesi di Bombay.
» » Al sig. Soares Luigi, della medesima arcidiocesi.
16 maggio » Al sig. Corridori Giuseppe, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Spagnolli Giovanni, della medesima arcidiocesi.
29 » » Al sig. Troyer Giuseppe, della diocesi di Vittorio Veneto.
24 giugno » Al sig. Fremiotti Pietro, della diocesi suburbicaria di Porto e S. Rufina.
14 luglio » Al sig. Monti Bruno, della diocesi di Treviso.
15 » » Al sig. Cassar Torreggiane Antonio, dell'arcidiocesi di Malta.
» » » Al sig. Pozzi Guido, dell'arcidiocesi di Milano.
21 agosto » Al sig. Ferrini Baldini Alberto, della diocesi di Arezzo.
19 settembre Al sig. Suárez y León Michele, dell'arcidiocesi di S. Cristoforo dell'Avana.
ottobre » Al sig. Migliore Giuseppe, dell'arcidiocesi di Otranto.

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

2	settembre	1952.	Al sig. Marzetti Gino, dell'arcidiocesi di Palermo.
»			Al sig. Mcoletti Vincenzo, della medesima arcidiocesi.
26	novembre		Al sig. Pareknnnel Giuseppe Tommaso, della diocesi di Palai.
6	dicembre	»	Al sig. Aust Giuseppe, dell'arcidiocesi di Colonia.
	»	»	Al sig. Laarmann Francesco, della medesima arcidiocesi.
19			Al sig. Homan Boni (Portogallo.
»		»	Al sig. Leotte Tavares Enrico (Portogallo).
»	»		Al sig. Louro Enrico (Portogallo).
7	gennaio	1953.	Al sig. Louie Ellis Giovanni, della diocesi di Sacramento.
8	febbraio	»	Al sig. Serretta Giuseppe, dell'arcidiocesi di Palermo.
14	»	»	Al sig. de Groof Francesco, dell'arcidiocesi di Malines.
7	marzo		Al sig. Laduron Edoardo, della diocesi di Namur.
1	aprile		Al sig. Vaerwick Valentino, della diocesi di Gand.
10	»		Al sig. Abdalla Antonio, della diocesi di Lafayette La.
»	»	»	Al sig. Abshire Rendali U., della medesima diocesi.
»	»		Al sig. Aycock Giovanni B., della medesima diocesi.
»		»	Al sig. Boudreaux Ernesto A., della medesima diocesi.
		»	Al sig. Broussard Alcide L., della medesima diocesi.
	»		Al sig. Broussard Wilmore Sr., della medesima diocesi.
	»	»	Al sig. Brulet Wilmore J., della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Connolly Giovanni, della medesima diocesi.
		»	Al sig. Cornay Howard J., della medesima diocesi.
	»	»	Al sig. Fruge Mattia, della medesima diocesi.
	»	»	Al sig. Gassie Voorhies L,, della medesima diocesi.
		»	Al sig. Ibert Carlo, della medesima diocesi.
»		»	Al sig. Landry Giacomo, della medesima diocesi.
		»	Al sig. Larcade Lorenzo, della medesima diocesi.
			Al sig. Lipari Frank, della medesima diocesi.
»		»	Al sig. Maraist Patrizio, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Martin Murry, della medesima diocesi.
	»	»	Al sig. Motty Roberto, della medesima diocesi.
	»		Al sig. Osterland Andrea, della medesima diocesi.
			Al sig. Peck Alberto, della medesima diocesi.
	»	»	Al sig. Provost Arturo, della medesima diocesi.
	»		Al sig. Riebl Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»		Al sig. Sabatier Giorgio J., della medesima diocesi.
»	»		Al sig. Stelly Aurelio, della medesima diocesi.
11			Al sig. Sehwering Leo, dell'arcidiocesi di Colonia.
18	»		Al sig. Scbuemmer Carlo, della medesima arcidiocesi.
2	maggio	»	Al sig. Tirez Giuseppe, dell'arcidiocesi di Malines.
»	»		Al sig. Van Breedam Carlo, della medesima arcidiocesi.

6 maggio 1953. Al sig. de Brouwer Maurizio, della diocesi di Bruges.
20 agosto » Al sig. Panceri Giuseppe, dell'arcidiocesi di Milano.
28 settembre » Al sig. Buddy Edoardo Filippo, dell'arcidiocesi di San Luigi.
» » Al sig. Haas Edmondo Lorenzo, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Henegan Giorgio E., della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Wieck Leone Giacomo, della medesima arcidiocesi.
29 » Al sig. Sanehirieo Prospero, della diocesi di Tricarico.
8 ottobre Al sig. Pierroz Enrico, dell'arcidiocesi di Madras e Meliapor.
18 » Al sig. Berger Rodolfo, dell'arcidiocesi di Chicago.
» » Al sig. Bissell Cushman, della medesima arcidiocesi.
Al sig. Brodnicki Francesco, della medesima arcidiocesi.
» Al sig. Callahan Giacomo, della medesima arcidiocesi.
Al sig. Cavanaugh Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
Al sig. Cronin Marco, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Cummings Walter, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Fitzgerald Matteo, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Galvin Paolo, della medesima arcidiocesi.
Al sig. Leander Rüssel, della medesima arcidiocesi.
Al sig. Merrion Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
» Al sig. Mulcahey Giacomo, della medesima arcidiocesi.
Al sig. Nash Erberto, della medesima arcidiocesi.
» Al sig. Nering Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» Al sig. Ryan Daniele, della medesima arcidiocesi.
» Al sig. Schmitz Erberto, della medesima arcidiocesi.
» Al sig. Sheehan Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Svetina Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» Al sig. Walz Giovanni, della medesima arcidiocesi.
16 Al sig. McGervey Guglielmo Paolo, della diocesi di San Diego.

/Î Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

19 dicembre 1952. Al sig. Ta vares Luigi Emanuele (Portogallo).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa :

19 dicembre 1952. Al sig. Pereira da Cunha Vasco (Portogallo).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

19 dicembre 1952. Al sig. Cunha Mario (Portogallo).
» Al sig. da Costa Giuseppe Emanuele (Portogallo).
» Al sig. Gaspar Giovanni (Portogallo).

19 dicembre 1952. Al sig. Lourenço Agostino (Portogallo).
18 settembre 1953. Al sig. Pamer Massimiliano, dell'arcidiocesi di Vienna.

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15 giugno 1953. Al sig. Del Grosso Angelo, dell'arcidiocesi di Milano.
21 agosto » Al sig. Ravaioli Giuliano, della diocesi di Forlì.

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa :

13 giugno 1950. Al sig. Mcastro Calogero, dell'arcidiocesi di Palermo.
16 » » Al sig. Ruffini Paolo, della diocesi di Mantova.
24 marzo 1952. Al sig. Nunes Emerico (Portogallo).
2 settembre » Al sig. Di Lorenzo Ignazio, dell'arcidiocesi di Palermo.
» » » Al sig. Loffredo Mario, della medesima arcidiocesi.
D » » Al sig. Mastroiacomo Aurelio, della medesima arcidiocesi.
15 novembre » Al sig. De Capitani Serafino, dell'arcidiocesi di Milano.
19 dicembre » Al sig. Barradas Giorgio (Portogallo).
» Al sig. D'Almeida Leopoldo (Portogallo).
» » » Al sig. D'Almeida Fernandes Stefano (Portogallo).
)) » » Al sig. De Melo Breyner Andressen Tommaso (Portogallo).
)) » » Al sig. Martins Barata Giorgio (Portogallo).
7 gennaio 1953. Al sig. Spreutels Maurizio Lodovico, dell'arcidiocesi di Malines.
2 febbraio » Al sig. Balisaux Roberto, della medesima arcidiocesi.
14)) » Al sig. Demain Roberto, della medesima arcidiocesi.
18 aprile » Al sig. Billstein Enrico, dell'arcidiocesi di Colonia.
20 » » Al sig. Lanman Carlo B. (Steubenville).
2 maggio » Al sig. Meert Ernesto, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Scbockaert Rufino, della medesima arcidiocesi.
11 » » Al sig. Faerber Carlo, dell'arcidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
20 » » Al sig. Raggi Luigi, dell'arcidiocesi di Newark.
29 » » Al sig. Saldanha Vittorino Francesco, dell'arcidiocesi di Goa e Damâo.
6 luglio » Al sig. Galasso Girolamo, della diocesi di Avellino.
9 » » Al sig. Bergerre Max (Roma).
21 » » Al sig. Chiatante Ennio, dell'arcidiocesi di Otranto.
22)) » Al sig. Lugari Francesco (Roma).
18 agosto » Al sig. Contessa Salvatore, dell'arcidiocesi di Genova.
» » » Al sig. Peschiera Emilio, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Scianatico Sabino, dell'arcidiocesi di Bari.
20 » » Al sig. Darby Antonio, dell'arcidiocesi di Milano.
21 » » Al sig. Buffetti Enrico (Roma).

21 agosto 1953. Al sig. Ficoneri Astorre (Boma).
29 settembre » Al sig. Botturi Giorgio Agostino, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Galli Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Trabucchi Emilio, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Bianchini Angelo, del patriarcato di Venezia.
5 ottobre » Al sig. Francesconi Ernesto (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine <M san Silvestro Papa:

5 settembre 1950. Al sig. Pasquale Antonio, dell'arcidiocesi di Palermo.
23 » 1952. Al sig. Peters Guglielmo, della diocesi di Münster.
6 dicembre » Al sig. Federico Carmelo, dell'arcidiocesi di Palermo.
.18 » » Al sig. Kabza Alessandro, dell'arcidiocesi di Colonia.
19 » » Al sig. Simöes Giuseppe (Portogallo).
29 gennaio 1953., Al sig. Goerlich Felice, della diocesi di Berlino.
» » » Al sig. Koehler Giuseppe, della medesima diocesi.
15 febbraio » Al sig. Bertinchamps Arturo, dell'arcidiocesi di Malines.
23 marzo » Al sig. Atzóri Onano Aldo, dell'arcidiocesi di Cagliari.
11 aprile » Al sig. Kolter Giovanni, dell'arcidiocesi di Colonia.
2 maggio » Al sig. Roels Leone, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Wevebergh Renato, della medesima arcidiocesi.
11 » » Al sig. Bavaj Antonio, della medesima arcidiocesi.
26 luglio » Al sig. Tortori Giulio (Roma).
27 » » Al sig. Pinto Ernesto (Uruguay).
20 agosto » Al sig. Rossi Mario, dell'arcidiocesi di Sassari.
21 » » Al sig. Di Rienzo Annibale, della diocesi di Isernia.
» » » Al sig. Giorgio Carlo, della diocesi di Venafro.
22 » » Al sig. Papetti Luigi, della diocesi di Brescia.
» » " » Al sig. Falsini Francesco (Roma).
» » -» Al sig. Majerotto Serafino (Roma).
» » » Al sig. Verdinelli Alberto (Roma).
28 » » Al sig. Alliata Adolfo (Roma).
1 settembre » Al sig. Picco Clemente, della diocesi di Pinerolo.
7 » » Al sig. Franceschi Giancarlo (Roma).
» » » Al sig. Mitolo Augusto (Roma).
18 » » Al sig. Fraschetti Italo (Roma).
29 » » Al sig. Pugiotto Giuseppe, del patriarcato di Venezia.
» » » Al sig. Scattolin Leone, del medesimo patriarcato.
3 ottobre » Al sig. Marcinone Stanislao, della diocesi di Tivoli.
» » » Al sig. Marziale Paolo, della medesima diocesi.
6 ottobre » Al sig. Rega Vincenzo, della diocesi di Castellammare di Stabia.

An. et voL.XXXXY 28 Decembris 1953 (Ser. U, v. XX) - N. 17

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LEOPOLDOPOLITAN1
(INONGOËNSIS)

E VICARIATU APOSTOLICO LEOPOLDOPOLITANO QUAEDAM TERRITORIA SEPARANTUR, QUIBUS NOVUS APOSTOLICUS VICARIATUS EFFICITUR NOMINE <(INONGOËNSIS)).

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Uti sollerti agricolae, qui velit suae vineae fecunditatem augere, earum est e vitibus excerpefe palmites eosque serere eo ferme consilio ut novas vites excitet quae uberiores fructus suo tempore pariant ; ita earum est Nobis, qui Dominicae vineae labores suscepimus, e dioecesibus quasdam demere partes iisque novas circumscriptiones, quae dicuntur, ecclesiasticas condere, cum spes affulgeat posse per boc christianam veritatem latius diffundi moresque gentium mitescere. Nunc autem videtur, si, diviso territorio Vicariatus Apostolici Leopoldopolitani, quod est in Congo Belgico, novus Vicariatus Apostolicus erigatur, id fore christianae rei in eadem regione magno usui animorumque utilitati. Quae cum ita sint, ea probantes quae venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacro Coetui Fidei Christianae Propagandae praepositi hac in re censuerint esse facienda; audita quoque sententia venerabilis Fratris

Petri Sigismondi, Archiepiscopi titulo Neapolitani in Pisidia, eiusdemque in Congo Belgico et in Buanda Urundi Apostolici Delegati ; eorum praeterea consensum supplentes qui arbitrentur in hoc negotio se aliquid iuris habere; re denique accuratius considerata, ea potestatis plenitudine quam a Cristo accepimus haec quae sequuntur statuimus. A Vicariatu Apostolico Leopoldopolitano eam regionem separantes, cui nomen dat lacus a Leopoldo secundo cognominatus, quaeque tum dextera ripa fluminis Kasai, tum finibus Praefecturarum Apostolicarum de Bikoro et Kolensis, tum denique limitibus Vicariatus Apostolici de Coquilhatville terminatur, hanc in novum Vicariatum Apostolicum redigimus, qui Inongoënsis appellabitur quique Sodalibus Congregationis ab Immaculato Mariae Corde, ad Nostrum tamen et apostolicae Sedis nutum, concredetur. Ii enim multo iam ibi labore christianae veritatis semina sparserunt? uberesque fructus ediderunt Ecclesiae. Apostolico Vicariatui Inongoènsi, quem modo constituimus eiusque Praesulibus omnia prorsus iura, privilegia, honores erunt quae omnibus Vicariatibus eorumque Praesulibus iure tribuuntur; tenebuntur similiter cunctis obligationibus et oneribus, quibus onerantur ceteri per orbem. Ut autem quae his Litteris praecepimus exsecutioni mandentur, venerabilem Fratrem Petrum Sigismondi, quem supra memoravimus, deligimus, cui omnes potestates agendae rei tribuimus, quas poterit etiam cuilibet viro subdelegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Eidem vero venerabili Fratri onus iniungimus actae rei documenta exarandi eorumque digna fide exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum transmittendi. Quod si eo tempore quo haec decreta ad finem adducentur alius ei Delegationi praeerit, huic peragendae rei iura et onera tribuimus cum iure item subdelegandi. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitatis nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis vel locis, sive tj^pis impressis, sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum siquis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas

esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus? Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

© EUGENIUS Card. TI S SER ANT PETRUS Card. FUMASONI BIONDI

Sacri Collegii Decanus *S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus*

Hamletus Tondini

Apostolicam Cancellariam Regens

f A. Carinci, Archiep. tit. Selene, *Dec. Proton. Apost.*.

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco @ Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXXXVI, n. 84.

II

ARABIAE

(DE KUWAIT)

AB APOSTOLICO ARABIAE VICARIATU QUAEDAM TERRITORII PARS SEPARATUR, EX QUA NOVA EFFICITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA^ ((DE KUWAIT)) NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quemadmodum dispensator ille « fidelis ac prudens, quem constituit dominus supra familiam suam » (Lc. 12, 42) ea quae domus sunt diligenter administrat ut sui domini utilitatibus impenso consulat studio, ita et Nos, qui in Petri Cathedra sedentes universum hominum genus habemus Dei voluntate commendatum, totis viribus accommodatiori in dies christifidelium regimini prospicere curamus, ut Dei regnum, hisce in terris cotidie laetiore proficiat auspicio. Cum ergo visum sit fore ut in Arabia Christi religionis incrementis opportunius prospiciatur, si e divulsa parte ab Apostolico Arabiae Vicariatu nova erigatur Apostolica Praefectura, libentissime probamus atque confirmamus quod de hoc negotio S. Consilium Christianae Fidei Propagandae faciendum esse decreverit. Re igitur attento animo considerata, atque propterea certa scientia eorum quae sumus acturi, consensum pariter supplentes eorum, quorum res quavis intersit ratione, de suprema apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur statuimus. Ab Apostolico Arabiae Vicaria-

tu, sollertibus sodalium Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum curis concredito, totam regionem quae ad orientem solem vergit quaeque sub dicione potestateque est civilis Principatus de Kuwait separamus, non excepta utraque buius territorii parte, quam vulgato nomine neutram appellant. Novam ergo ex bac regione Apostolicam Praefecturam erigimus, quae posthac *de Kuwait* appellabitur; cuius fines ac termini iidem erunt ac eius regionis, cuius supra meminimus. Eam vero regendam tradimus, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum, Ordini Fratrum Carmelitarum Excalceatorum. Cui Apostolicae de Kuwait Praefecturae, quam hodie constituimus, eiusque pro tempore Praesulibus, omnia concedimus iura, privilegia et honores, quibus ceterae Praefecturae earumque Praesules per terrarum orbem fruuntur; quos tamen volumus iis etiam oneribus officiisque obstrictos, quibus ceteri onerantur. Has vero Litteras?nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum emcacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

EUGENIUS Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

t Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc. in Is., *Dec. Prot. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

Reg. m Cane. Ap., vol. LXXXVII, n. 5.

III

HALIFAXIENSIS
(YARMUTHENSIS)

AB HALIFAXIENSI ARCHIDIOECESI QUAEDAM SEPARANTUR REGIONES EX QUIBUS NOVA EFFICITUR DIOECESIS, YARMUTHENSIS NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romani partes Pontificis has praecipue esse existimamus, ut nempe supernae veritatis lucem omnibus hominibus aptiore in dies ratione afferendam curent, quos Christus Iesus « de tenebris vocavit in admirabile lumen suum » (1 Pt. 2, 9) ; quapropter Nos, qui in Petri cathedra sedentes omnium saluti prospicimus, magnopere laetamur cum, Deo adiuvante, Ecclesias condere vel etiam immutare possumus, ut commodius in iisdem res christiana administretur. Hoc enim faciendum nunc putamus quod ad Halifaxiensem archidioecesim attinet, quae fines suos ita extendit ut nova sit ex ea dioecesis constituenda. Explorato igitur quid venerabilis Frater Hildebrandus Antoniutti, Archiepiscopus titulo Synnadensis in Phrygia et Apostolicus in Canadensi Natione Delegatus, de hoc sentiat negotio, atque consilio praeterea audito venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum ac consensum pariter eorum omnium supplentes, quorum quomodocumque res intersit, de plenitudine apostolicae Nostrae potestatis haec quae sequuntur consulto et cogitata decernimus atque statuimus.

Ab Halifaxiensi archidioecesi has separamus regiones, e priscis Comitum possesionibus appellatas, nempe Kings, Annapolis, Bigby, Yarmouth et Shelburne. Ex quibus distractis et in unum veluti coactis territoriis novam erigimus dioecesim, quam Yarmuthensem appellari volumus. Huius novae dioecesis episcopalem sedem in urbe statuimus cui nomen apud populum Yarmouth, quam igitur in civitatis episcopalis gradum, ad iuris communis normam, perducimus. Episcopi vero cathedram in templo collocari iubemus Sancto Ambrosio dicato, cui propterea, ad templi cathedralis dignitatem elato, omnia tribuimus iura et privilegia, onera pariter et obligationes quae ceterarum cathedralium aedium sunt propria. Haec praeterea Yarmuthensis diócesis eiusque Praesules iisdem iuribus honoribusque fruentur, quibus omnes ornantur per ter-

rarum orbem dioeceses earumque Praesules; item iisdem oneribus et obligationibus obstringentur. Quam Yarmuthensem Sedem suffraganeas! esse volumus metropolitanae Halifaxiensi Ecclesiae, cuius Metropolitis Archiepiscopis recto iure Yarmuthenses pro tempore Praesules subicientur. Quoadusque autem, ob rerum difficultates, Canonicorum Collegium nequeat constitui, facultatem facimus ut dioecesani Consultores, ad Iuris Canonici praescripta, eorum loco renuntientur, qui Episcopum et consilio et prudentia in administrandis dioecesis negotiis adiuvent. Episcopalem praeterea mensam, quam vocant, sive bona constituent quae e partitione bonorum Halifaxiensis mensae, pro rata parte, novae huic obvenient dioecesi, sive Curiae emolumenta, si qua sint, sive a fidelibus oblatae res; quae vero bona ita dividentur ut iussa canone 1500 Iuris Canonici descripta fideliter serventur.Quod pariter attinet ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad iuvenum institutionem qui in spem Ecclesiae succrescunt, ad fidelium et sacerdotum iura et onera aliaque istiusmodi servanda, eadem praecipimus quae Iure Canonico iubentur. Quod vero ad clerum nominatim spectat, decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius finibus iure optimo degunt. Volumus denique ut omnia documenta atque acta, quae ad nuper constitutam Yarmuthensem Ecclesiam spectant, ab Halifaxiensi Curia quam cito mittantur ad Yarmuthensis Curiae tabularium. Quae omnia ita decernimus et constituimus ut recto polleant iure, contrariis quibuslibet non obstantibus. Ut autem ea quae Nostris hisce Litteris iubemus efficiantur, venerabilem quem diximus fratrem Hildebrandum Antoniutti deligimus, vel eum qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Canadensi republica Delegationi praeerit ; cui propterea omnes necessarias ad id potestates facimus, cuilibet subdelegandas viro, qui tamen aliquam in sacro sacerdotio obtinuerit dignitatem. Iubemus pariter ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praedicus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrum-

pere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iura statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die sexto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

© EUGENIUS Card. TISSERANT — *Sacri Collegii Decanus*

© Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA — *S. Congr. Consistorialis a Secretis*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Selene, *Dec. Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg in Cane. Ap., vol. LXXXVI, n. 89.

IV

HARTFORTIENSIS

HARTFORTIENSIS DIOECESIS AD METROPOLITANAE ECCLESIAE DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Considerantibus Nobis ac intento animo meditantibus quot quantaque incrementa ceperint res religiosae in dioecesi Hartfortiensi, quarum progressus aequa gloria prosequitur, consilium fuit, ab ea detractis territoriis, alias dioeceses condere. Quas, Bridgeportensem scilicet et Norvicensem, apostolicis sub plumbo Litteris hoc ipso die datis, constituimus. Nunc autem cum velimus sive harum Sedium rebus sive aliarum eiusdem regionis aptius consuli, simulque cupiamus apertum benevolentiae Nostrae Hartfortiensi dioecesi testimonium praestare, mens

est Nobis hanc civitatem amplissima metrópolis dignitate et honore insignire eamque, quasi matrem, Ecclesiis, quas diximus, praelucere ac praeponere : ea spe ut quae tanta vitae plenitudine operumque fervore inter finitimas sedes excellât, eadem pergat vim virtutemque suam in dies magis augere easque quodammodo cum iisdem dioecesibus communicare. Ee attentissimo, quo opus est, animo considerata, rogataque venerabilis Fratris Hamleti Ioannis Cicognani sententia, in Foederatis Statibus Americae Septentrionalis Apostolici Delegati eiusdemque Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia; consilioque petito venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum ; auditis quoque venerabilibus Fratribus Episcopis quos hoc negotium respicit; supplentes denique eorum consensum qui in hac re aliquid iuris se arbitrantur habere, apostolica qua omnibus ex christiana familia praesidemus potestate, haec quae sequuntur exsequenda decernimus. Hartfortiensem Ecclesiam, cui ad hodiernum diem praefuit metropolitana sedes Bostoniensis, ab huius archidioecesis dicione solvimus et liberamus, eamque debitis cumulata honoribus, potestatibus, privilegiis, at oneribus quoque oneratam, ad gradum et dignitatem metropolitanae tollimus. Item venerabilem Fratrem Henricum I. O' Prien, cuius laudes in regenda Hartfortiensi dioecesi claruere, Archiepiscopi dignitate indutum volumus eique Ecclesiam, de qua dicimus, gubernandam tradimus. Quam, bona spes est, felici cursu ac valida manu eo diriget ubi christianorum exitus et portus est positus et patet. Cui venerabili Fratri eiusque successoribus ea omnia iura et privilegia hae Litterae Nostrae concedunt quae omnibus Archiepiscopis deferuntur, ut est : crucem ante se ferre intra fines dumtaxat provinciae cuius curam aget atque pallio uti, postquam tamen potestatem petierit in publico consistorio eandemque a Nobis impetraverit. Iisdem vero obligationibus tenebitur, quibus ceteri omnes eiusdem gradus Antistites. Nova ecclesiastica provincia Hartfortiensis his Ecclesiis constabit : Bridgeportensi et Norvicensi, quas modo apostolicis Litteris constituimus eique Sedi subiecimus; Providentiensi, quam pariter, per has Litteras a Bostoniensis archidioecesis iure solutam, illi accensemus. Cuius provinciae Metropolitis praeterea volumus harum dioecesium Episcopos, iuxta ea quae Codice Iuris Canonici continentur, subici ac parere. Fines Provinciae fines aequabunt omnium simul dioecesium ex quibus ipsa constat : Hartfortiensis videlicet, Bridgeportensis, Norvicensis, Providentiensis. Quae praesentes Litterae continent exsequenda curabit venerabilis Frater quem memoravimus Hamletus Ioannes Cicognani, vel ille qui eo tempore quo decreta ad exitum erunt adducenda illi Delegationi praeerit.

Cui vero, quisquis tandem est, contigerit hoc negotium perficiendum, ei omnium potestatum iura agendae rei tribuimus, alii quoque viro subdeleganda, si casus ferat, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Actarum vero rerum documenta exarentur, eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis vel locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino fides habenda erit, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit, vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die sexto mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

® EUGENIUS Card. TISSER ANT *fft* Fr. ADEODATUS **T.** Card. PIAZZA

Sacri Collegii Decanus *S. Congr. Consistorialis a Secretis*

Hamletus Tondini

Apostolicam Cancellariam Regens

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost,*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXVII, n. Iß.

V

HARTFORTIENSIS
(NORVICENSIS)

AB HARTPORTIENSI DIOECESI QUAEDAM REGIONES SEPARANTUR, EX QUIBUS NOVA ERIGITUR DIOECESIS ((NORVICENSIS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

' AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divina illa Christi vox, qua beato Petro, Apostolorum principi, commendabat christianorum gregem eiusque pastores, usque animum Nostrum personat monetque ut nihil omnino earum rerum omittamus quibus populorum necessitatibus consulamus. Cumque persuasum habeamus Ecclesiae sanctae commodis satius posse provideri uberioresque capi fructus si labores inter plures dividantur operarios, hac de causa non dubitamus, si res id postulet, latius patentia dioecesium territoria partiri novasque exinde condere sedes. Quandoquidem ergo Hartfortiensis Ecclesia in nimiam latitudinem distenditur, eoque sive humanarum sive religiosarum rerum incrementi pervenit ut vix possit Episcopus singulus, etsi gloriae Dei quaerendae cupidissimus patiensque laborum, tot tantisque negotiis incumbere, visum est Nobis de eius curis aliquid detrahere novamque dioecesim de suae Sedis territorio excitare. Quae cum ita sint, de sententia venerabilis Fratris Hamleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia, eiusdemque in Civitatibus Foede ratis Americae Septentrionalis Apostolici Delegati ; deque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum consilio; audito quoque venerabili Fratre Hartfortiensi Episcopo, cuius res intererat ; eorum denique consensum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris sese habere arbitrentur ; re attentissimo animo considerata, qua potestate universae christianae familiae praesidemus, haec quae sequuntur statuimus. A dioecesis Hartfortiensis territorio eas regiones separamus quibus sunt indita nomina : New London, Tolland, Windham, Middlesex, easque in novae dioecesis formam redigimus. Quam *Norvicensis* cognomine volumus appellari, eique urbem, quae per vulgus Norwich dicitur, sedem esse ac domicilium. Cathedra vero episcopalis in aede S. Patricii Episcopi et Confessoris exstabit, quae in eadem civitate Norwich invenitur, quamque ad cathedralis templi ho ñores et dignitatem evehimus. Norvicensibus Praesulibus novae huius

dioecesis regimen et administrationem tribuimus, una cum iuribus, privilegiis, oneribus et obligationibus, quae sunt ceterorum omnium Episcoporum propria. Modo condita Ecclesia erit Hartfortiensi Sedi subiecta et suffraganea, quam boc ipso die per apostolicas sub plumbo Litteras « Divina illa » extollimus ad metrópolis dignitatem ; item Norvicenses Antistites Metropolitae Hartfortiensis dicione continebuntur. Iuxta ea quae Codice Iuris Canonici praecipiuntur, Canonicorum Collegium condi iubemus. Quod si in praesens fieri nequeat, indulgemus ut eorum loco Consultores dioecesani eligantur, qui Episcopum sinceris consiliis sollersque opera iuvent in maioribus negotiis expediendis. Praecipimus praeterea ut Seminarium saltem elementarium pueris ad sacerdotii munere vocatis excipiendis quam primum erigatur. Quae usque dum res ad exitum perducetur, qua meliore potest ratione horum puerorum institutioni consulatur. Quod vero ad clerum attinet, praecipimus ut simul ac nova dioecesis erecta fuerit, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur ascripti, in cuius territorio legitime degunt. Documenta et acta quae novam dioecesim respiciant, a Curia Hartfortiensi ad Curiam Norvicensem mittantur. Mensam episcopalem, quam vocant, ea bona constituent quae pro rata parte ex divisione bonorum dioecesi Hartfortiensi pertinentium obvenient; vel quae a fidelibus christianis offeruntur; vel denique Curiae emolumenta. Omnia quae his Litteris mandavimus exsequenda curabit venerabilis Frater Hamletus Ioannes Cicognani, quem diximus, vel ille qui eo tempore quo haec decreta ad exitum adducentur ei Delegationi praeerit. Cui vero negotium contigerit perficiendum omnes potestates agendae rei tribuimus, cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, onusque iniungimus confectae rei acta exarandi eorumque digna fide exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendi. Has vero Litteras nunc et in posterum efiicaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis vel locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino fides habenda erit quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo mo-

do detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die sexto mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

© EUGENIUS Card. TISSERANT *Sacri Collegii Decanus*

f& Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA *S. Congr. Consistorialis a Secretis*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco **£& Plumbi**

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXXVII, n. 17.

VI

HARTFORTIENSIS
(BRIDGEPORTENSIS)

EX DIOECESI HARTFORTIENSI PARS QUAEDAM DISTRAHITUR, QUAE IN NOVAE DIOECESIS FORMAM REDIGITUR ((BRIDGEPORTENSIS)) APPELLANDAE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui urbis Hartfortiensis memoriam consideret, vehementer hoc mirari cogetur tot tantaque eam cepisse incrementa ut, quam parvis initiis saeculo decimo septimo nonnulli coloni ad amoenas oras fluminis Connecticut condidissent, ea brevi tempore magna eaque negotiis artibusque opulenta facta sit. Neque minus felicia fuerunt rerum religiosarum incrementa. Factum est enim ut qui primus catholicus sacerdos in eam regionem anno millesimo octingentesimo duo de tricesimo appulit, ecce iam nunc in agmina propagatus sit ; item, dum primus Episcopus huius dioecesis haud multorum filiorum pater exstitit, habeat nunc huius populi Praesul tam numerosum gregem, quam fere est arena in littore maris. Huius autem christianae plebis fidem templorum venustas et magnitudo, religiosorum Sodalium collegia, scholarum ludi, multaque

alia coeptorum genera magnifice testantur. Quae coepta cum tot tantaque sint ut vix iis singulus Episcopus, etsi rerum expertus Deique gloriae quaerendae studiosus, consulere possit, censuimus de Hartfortiensis dioecesis amplitudine aliquid territorii demere unde aliam condamus dioecesim. De sententia igitur venerabilis Fratris Hamleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia eiusdemque in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis Apostolici Delegati; deque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum consilio ; audito quoque venerabili Fratre Henrico Iosepho 0'Brien, Episcopo Hartfortiensi; supplentes insuper eorum consensum qui in hac re aliquid iuris sese habere arbitrentur; re denique ipsa attentissimo animo considerata, ea potestate quam summam a Christo accepimus in universam Ecclesiam haec, quae sequuntur, statuimus. Quam regionem per volgus cognominant Fairfield ab amplissima Hartfortiensi dioecesi separamus eamque in novae dioecesis formam redigimus, *Bridgeportensis* appellandam Cuius Ecclesiae sedem in urbe constituimus quae incolarum lingua Bridgeport nomen habet, quaeque in Fairfield territorio sita est; cathedram vero Antistitis in S. Augustini Episcopi et Confessoris templo collocandam censemus, quod idcirco ad gradum cathedralis templi evehimus. Sive novae Sedi sive eius Praesulibus ea omnia iura, privilegia, honores concedimus quae omnibus tum dioecesibus cum Episcopis eiusdem dignitatis sunt propria. Volumus tamen eos iisdem quoque oneribus teneri quibus ceteri omnes per orbem astringuntur. Ecclesia Bridgeportensis erit Hartfortiensi Sedi, quam per Apostolicas sub plumbo Litteras ((Divina illa » hoc ipso die datas ad metrópolis honorem et dignitatem extollimus, subiecta et suffraganea; item eius Antistites Hartfortiensis Metropolitae iuri erunt omnino obnoxii. Curet ille cui haec nova Ecclesia obtigerat regenda ut Collegium Canonicorum condatur, qui suo splendore caeremoniarum sollemnitatem augeant quique Episcopo assistant in maioribus sui regiminis negotiis. Quae res quoad perduci ad effectum non potuerit, indulgemus ut Consultores dioecesani eligantur, ad normam canonis 423 Codicis Iuris Canonici. Seminarium saltem elementarium erigatur educendis atque instituendis pueris quos Deus sua benignitate ad Sacerdotii munera vocaverit : sunt enim ii adolescentes spes magna Ecclesiae, futurique christiani populi duces. Quod ad clerum spectat, volumus ut simulac nova dioecesis erecta fuerit eo ipso clerici illi Ecclesiae censeantur adscripti, in cuius territorio legitime degunt. Quae vero vel acta vel documenta Sedem, quam constituimus, respiciunt, ea omnia a Curia Hartfortiensi ad Bridgeportensem Curiam mittantur. Quae hisce Lit-

teris mandavimus exsequenda curabit venerabilis Frater Hamletus Ioannes Cicognani, cuius iam meminimus; cui conficiendae rei omnes potestates tribuimus, quas poterit cuilibet viro subdelegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Quodsi eo tempore quo res executioni mandabitur alium eidem Delegationi praeerit, huic easdem facultates concedimus item subdelegandas, si opus fuerit. Ei vero qui negotium perficiet onus erit documenta peragere eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum transmittere. Has autem Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per, eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis vel locis sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die sexto mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

83 EUGENIUS Card. TI S SER ANT © Fr. I. ADEODATUS Card. PIAZZA

Sacri Collegii Decanus ***S. Congr. Consistorialis a Secretis***

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco 6B Plumbi

